



Sala SP  
Gab. -  
Est. Y  
Tab. 5  
N.º 15

~~R. 5~~ - 3815



D. BENEDICTI  
ÆGIDIJ  
J. C. LUSITANI  
TRACTATUS TRIPLEX

PRIMUS.

AD TEXT. IN LEGE SI NON NUPSERIT  
100. ff. de Cond. & Demonstr.

SECUNDUS.

DE DIRECTORIO ADVOCATORUM, ET DE  
*Privilegijs eorum.*

TERTIUS.

DE IURE, ET PRIVILEGIIS HONESTATIS.

IN QUIBUS DEFICILIORES, ET USU FREQUENTIORES  
quæstiones explicantur omnibus tam in scholis, quam in foro  
versantibus admodum utiles, & necessarij.

EDITIO NOVISSIMA A MENDIS MULTIS QUIBUS  
*prior scatebat expurgata.*

---

CONIMBRICÆ:

SUPERIORUM GRATIA

Apud JOSEPHUM FERREYRA  
Universitatis, & S. Officij Typograph.

Anno M.DC.LXXXVIII.



D BENEDICTI  
A G I D I J  
J C LUSITANI  
TRACATVS TRIPLEX

PRIMUS

AD TEXT. IN LEGE SI NON NOUERIT  
*Ad. Cond. & Demons.*

SECUNDUS

OR DIRECTORIO ADVOCATORUM, ET DE  
*Prælegit. conon.*

TERTIUS

DE IURE, ET PRACTICIS HONORARIIS  
IN QVIBUS DEFICIENTIORS, ET USU FREQUENTIORS  
*quæstiones explicantur omnibus iuris in scholis, parat in foro  
veritatis admodum utiles & necessar.*  
AD HOC NOMINIS A MEMORIS MOLLIS BOLIVIA  
*Prælegit. conon. expurgata*

CONIMBRICÆ

20 PARIORUM GRATIA

JOSEPHUM TERRERA

Universitatis & S. Officij Typographi

Anno MDC LXXXVIII



L. Str  
L. T  
L. Si  
num  
L. 1. 6  
1. pa  
  
L. Titi  
& de  
L. Titi  
diti  
L. quib  
& de  
L. Libe  
gat. i  
L. Sibil  
L. Eas  
trat.  
L. Titio  
ted an  
Hem 6.  
L. Hze  
mon  
mili p  
L. Mul  
mon  
L. Titio  
demo  
25 ve  
L. Hoc  
mon  
verfic  
L. Cum  
ff. de c  
L. Cum  
1. par



# INDEX LOCORUM

## JVRIS, QVÆ IN HAC RELECTIONE E X P L I C A N T U R.

### *Ex Digesto Veteri.*

- L. Item quia. §. 1. ff. de pact. 2. part. numer. 18.
- L. Promittendo ff. de jure dot. 2. part. numer. 18.
- L. Stipulationum ff. de jure dot. ibidem.
- L. Tali facta eod. titul. ibidem.
- L. Si ego in princip. ff. de jure dot. 2. part. numer. 19.
- L. 1. §. interdum. ff. de usufruct. accrescendo 1. part. numer. 29. versicul. nunc ergo.

### *Ex Infortiato.*

- L. Titio centum in princip. ff. de conditionib. & demonstrat. 2. part. numer. 14. & 22.
- L. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condition. & demonstrat. 2. part. numer. 20.
- L. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonstrat. 2. part. numer. 30.
- L. Liberto. §. Lutiis Titius ff. de annuis legat. ibidem.
- L. Si tibi legatum. ff. de legat. 3. p. n. 30.
- L. Eas causas 80. ff. de condition. & demonstrat. 2. part. numer. 31.
- L. Titio centum. §. Titio genero in versicul. sed ante nuptias 2. part. numer. 43. cum seq.
- L. Item §. in versicul. ante nuptias, ibidem n. 46.
- L. Hæres meus 79. §. final. ff. de condit. & demonstrat. 1. part. numer. 35. versic. & mihi probat.
- L. Mulieri, & Titio 74. ff. de condit. & demonstrat. 1. part. numer. 7. & n. 28. 30. 31
- L. Titia si non nupserit, ff. de condition. & demonstrat. 1. part. numer. 17. & numer. 20. & 25. versicul. quibus additur.
- L. Hoc genus legati, ff. de conditionib. & demonstrat. 1. part. numer. 62. & sequenti in versicul. unde Iulianum.
- L. Cum ita legatum versicul. si vero indignus; ff. de condition. & demonstrat. 1. p. nu. 72.
- L. Cum avus, ff. de condition. & demonstrat. 1. part. numer. 54. versicul. quod vero.

### *Ex Digesto Novo.*

- L. 2. §. fin. ff. de donationib. 2. part. numer. 14.
- L. Cum in testamento, ff. de fideicommissar. libertat. 2. part. numer. 30.
- L. Si divortio, ff. de verborum obligat. 2. part. numer. 17.
- L. Si ita stipulatus fuero, §. si tibi nupsero, ff. de verborum obligat. 1. part. numer. 67.
- L. Mævia, ff. de manumiss. testament. 2. part. numer. 33. versicul. unde cautè.

### *Ex Codice.*

- Authent. nisi rogati Cod. ad S. C. Trebel. 2. p. numer. 21.

### *Ex Authent.*

- Authent. de Sanctiss. Episcop. §. sed, & hoc præsentì collat. 9. 2. part. numer. 21. & 1. part. numer. 44. & 45. & numer. 54. versic. sed in quæstione.

### *Ex Decretalibus.*

- Cap. 1. de adulter. 3. part. numer. 9.
- Cap. 1. de eo, qui dux. in matrimonium, quã polluit per adult. ibidem.
- Cap. 2. de adulter. 3. part. numer. 11.

### *Ex Sac. Concilio Trident.*

- S. Concil. Trident. sess. 24. cap. 9. de reform. matrimon. 3. part. numer. 6.

### *Ex Ord. Regia.*

- Ord. lib. 5. titul. 23. §. 3. 3. part. numer. 8.
- Ord. lib. 5. titul. 23. in princip. 3. part. nu. 9.
- Ord. lib. 5. titul. 22. in princip. 3. part. numer. 20. & sequenti.
- Ord. lib. 4. titul. 88. §. 1. 3. part. n. 23. & 25.
- Ord. lib. 1. titul. 87. §. 19. 3. part. numer. 59.
- Ord. lib. 2. titul. 37. in princip. 3. p. numer. 60.
- Ord. lib. 4. titul. 91. §. 2. & fin. 3. part. numer. 62. cum sequentibus.
- Ord. lib. 4. titul. 105. 3. part. numer. 75. cum sequentibus.



# INDEX RERVM

## NOTABILIVM, QUÆ IN HAC

### relectione continentur.



- A**NNUS solaris, & bissextilis, qua ratione computetur, 3. part. num. 33.
- Annus civilis quomodo computetur, 3. part. num. 34.
- Arrhas amittit, qui eas dedit sub conditione, si matrimonio postea non consentiat, 3. part. num. 13.
- Arrharum datio valet, non vero pænæ promissio, 3. part. num. 16.
- Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet. 1. part. num. 53.
- Bona minoris illata in domum conductam, pro pensione domus obligata manent. 3. p. num. 77.
- Bona minoris sunt tacite hypothecata pro restitutione dotis, 3. part. num. 77.
- Cautione de modo adimplendo interposita, emolumentum legati consequitur legatarius, secus dicendum in contractibus, 2. p. n. 29.
- Clerici dicuntur, in minoribus ordinibus constituti, 2. part. num. 54.
- Clericorum appellatione, monachi continentur in favorabilibus non vero in odiosis, 1. part. num. 47.
- Clericus proximior de familia vocatus ad appellæ institutionem ille dicitur, qui proximior est in gradu sanguinis cum testatore, licet in remotiori gradu ordinum sit constitutus, 2. part. num. 55.
- Conditio, si non nupserit, è testamento rejicitur, 1. part. num. 1.
- Conditio, si non nupserit, non valet in donatione causa mortis, ibidem.
- Conditio, si non nupserit, è testamento tollitur non testatoris odio, ut turpes conditiones tolluntur, sed Reipub. favore, 1. p. n. 10.
- Conditio, si non nupserit, in contractibus adjecta nec vitiat, nec ipsos vitiat. 1. p. n. 11.
- Conditio, si liberos non habuerit, diversa est à conditione, si non nupserit, illa enim turpis est, præsertim si conjugato sit adscripta, & ut turpis è testamento rejicitur testatoris odio, 1. part. num. 12.
- Conditio, si non nupserit, injuncta viduis, hodie authent. jure valet, 1. part. num. 13.
- Conditio, si liberos non habuerit, nec viduis adscripta valet hodie, sed semper rejicitur ut turpis, 1. part. num. 13.
- Conditio, si non nupserit injuncta viduæ, sine à marito, sive ab alio ex tacita illius voluntate defecisse intelligitur, commissio stupro, 1. part. num. 14.
- Conditio, si liberos non habuerit, viduæ injuncta non facit amitti legatum, commissio stupro, 1. part. num. 15.
- Conditio, si non nupserit, pro impleta habetur beneficio legis muliere nubente, 1. part. n. 33.
- Conditio, si mulier non nupserit, valet in legato alteri relicto dummodo mulier in conditione posita legatario multum conjuncta non sit, & qualiter hoc accipiendum sit, declaratur, 1. part. num. 34. vers. ex illa autem lege.
- Conditio, si caste vixerit, an deficiat, secus nuptijs? remissive traditur, 1. part. nu. 38. in fin.
- Conditio, si non nupserit, adscripta virginibus etiam mulieri corruptæ quæ nunquam nupserit, non valet hodie, sicut antiquo jure, non valebat, nec super secundis nuptijs cautionem præstare, necesse est, 1. part. n. 37. que ad numer. 39. vers. cum sequenti.
- Conditio, si non nupserit, injuncta mulieri quam nuptæ, de primis tantum nuptijs intelligitur, & ad secundas protrahenda non est, 1. part. n. 40. & sequenti.
- Conditio matrimonij impeditiva valet, quibus præ causæ substitutio adjicitur. 1. p. nu. 48.
- Conditione legati eveniente, legatario facti monacho, legatum pertinet ad monasterium in quo tunc temporis ille commoratur, 1. part. num. 49.
- Conditio, si nupserit, de justis nuptijs intelligitur, & sufficit utriusque contentu cas partici, ut ante consummationem matrimonij conditio dicatur impleta, 1. part. num. 55.
- Conditio, si monasterium ingressa fuerit, deficit contracto matrimonio, & si postea marito mortuo, mulier monasterium ingrediatur, 1. part. n. 57. quod intelligitur de matrimonio copula contummato, in num. sequenti.
- Conditio, si Titio nupserit, nuptijs cum alio contractis, statim deficit, d. num. 57.
- Conditio appositæ in legato relicto Titio, sub conditione, si Sempronio non nupserit, valet, 1. part.



1. part. num. 59.  
 Conditio appositā in legato relicto Titiaē sub conditione, si hominibus certae familiae, aut certi generis non nupserit, valida est, 1. part. num. 59.  
 Conditio appositā in legato relicto Titiaē, si Titio non nupserit, non de primis tantum nuptijs intelligitur, sed etiam de ulterioribus, 1. part. num. 60.  
 Conditio appositā in legato relicto Titiaē, si Sempronio nupserit, de primis nuptijs intelligitur 1. part. num. 61.  
 Conditio negativa potentius negat, quam affirmativa affirmat, ibidem.  
 Conditio, si nupserit, an fato, & absque paren- di animo impleri possit? 1. part. num. 62.  
 Conditio, si Titio non nupserit, non solum morte Titij, sed etiam morte mulieris adim- pletur 1. part. num. 63.  
 Conditio, si nupserit Titio, adimpletur inter- cedente, inter Titium, & mulierem, aliquo indissolubili impedimento 1. part. num. 63. vers. adimpleri etiam.  
 Conditio, si Titio non nupserit, non censetur defecta ex eo, quod mulier à Titio carnaliter cognita est 1. part. num. 64.  
 Conditio, si non nupserit, generaliter concep- ta in persona viduae, defecta censetur, si mu- lier carnaliter cum aliquo se immisceat, non sic si respectu certarum personarum tantum prohibeatur 1. part. num. 64. vers. diversa ratio.  
 Conditio, si Titio nupserit, cum quo tamen honeste potest nubere, valet. 1. part. num. 65.  
 Conditio, si mihi nupseris, relinquo tibi cen- tum, valida est, 1. part. num. 66.  
 Conditio, si Sempronio nupserit, in quo cum conditione, si Sempronio non nupserit, con- veniat, & in quo discriminetur 1. part. num. 70. & sequenti.  
 Conditio, si Titio nupserit, deficit, muliere cū alio concubendo 1. part. num. 71.  
 Conditio, si Titio nupseris, deficit, cōtractis cū alio nuptijs, quanvis jure non subsistat n. 71.  
 Conditio, si Titio nupserit, adjecta puellae, an deficiat cōtractis cum alio nuptijs ex patris consensu? 3. part. num. 23. vers. ex quo.  
 Conditio, si Titio nupserit, cū quo contrahere non decet, non valet. 1. part. num. 72.  
 Conditio de indignis nuptijs, diverso modo in malculo, quam in fœmina intelligenda est 1. part. num. 73.  
 Conditio indignarum nuptiarum, non sem- per malculus parere tenetur 1. part. nu. 73. vers. res tamen hæc.  
 Conditio nubendi, appositā inter propinquos consanguinitate, vel affinitate, utrum valeat nec ne? 1. part. num. 74. & sequenti.  
 Conditio, si cum consanguineo secundi gradus nubat, utrum valeat nec ne? 1. part. nu. 76.  
 Conditio, si Sempronio nupserit, cum testator sciret, mulierem alteri nuptam esse, impro- ba reputatur 1. part. num. 79.  
 Conditio, si Sempronio nupserit, an improba reputetur, si testor ignoravit mulierem alte- ri nuptam esse 1. part. num. 80.  
 Conditio turpis, & impossibilis, quam testator honestam, & possibilem reputabat, an vitie- tur in testamentis 1. part. nu. 81.  
 Conditio viduitatis adjecta legato virgini reli- cto, valet, si restricta sit ad certum tempus, quo elapso, puella commode nubere potest, secundum communem, 3. part. num. 25.  
 Conditio, si non nupserit, ad certum tempus restricta, non valet 3. part. num. 26.  
 Conditio, si mulier non nupserit, in alterius le- gato valet, nisi is mulieri sit conjunctus, & qualiter hoc procedat 1. part. nu. 34.  
 Conditio, si fuerit clericus, per ingressum mo- nasterij censetur impleta, & limitatur, ut non procedat quando aliud constat de testa- toris voluntate 1. part. num. 47.  
 Conditio, si fuerit monachus, non impletur in seculari clerico 1. part. num. 46.  
 Conditio, si nupserit, an quodocunque imple- ri possit 1. part. num. 55.  
 Conditio, ne puella nubat ante vigesimū quin- tum ætatis annum sine consensum parentū, valet 3. part. num. 31.  
 Consuetudo publica, vel privata cujusque ho- minis quot actibus inducatur, judicis arbi- trario relinquitur 3. part. n. 44. & sequenti.  
 Consuetus occidere, vel pejerare, dicitur ille, qui his homicidium commisit, vel bis in ju- dicio falso juravit 3. part. num. 45. ad fin.  
 Decisio Lusitana 125. expenditur 1. part. nu. 78. vers. adquem casum.  
 Differentia inter modum, & conditionem non nubendi Titio 2. part. num. 2.  
 Dispositio legis, vel hominis, qua jubetur, ut aliquis alicui copuletur sub pena exhereda- tionis, vel aliqua alia, non valet 3. p. n. 6.  
 Donatio nomine dotis, seu, ut mulier nubat, valet absque eo, quod mulier nubere tenea- tur 2. part. num. 18.  
 Donatio Dotis nomine, quæ alterius, præter ejus, cui donatur, utilitatem respicit, non nisi nuptijs secutis obligat. 2. part. num. 20.  
 Dotis legatum, nec ut conditionale, nec ut modale, sed centeri debet 2. part. num. 10.  
 Ecclesia justitiæ cultrix, & auctrix est 1. part. num. 54.  
 Ecclesiæ appellatione monasterium cōtinetur in ijs, quæ favorabilia sunt 1. part. n. 52.  
 Exheredare non potest mater filiam turpiter viven-



# I N D E X

- viventem, quæ senio potius, quam erroris, & libidinis suæ tædio respicit. 3. part. n. 43
- Exhæredare potest pater filiam meretricem, licet ipse eodem vitio laboret 3. part. nu. 40.
- Exhæredare potest mater ante actæ vitæ pœnitens filiam turpiter viventem 3. part. numer. 41.
- Exhæredari non potest filia erroris sui pœnitens 3. part. num. 42.
- Exhæredare non potest mater filiam, quæ ante vigesimum quintum ætatis annum sine ipsius consensu nupsit, si mater ipsa, bis, sine parentum consensu nupsit. 3. part. n. 46.
- Exhæredari nō potest filia à matre ex eo, quia sine ipsius consensu, ante 25. ætatis annum nupsit, si tamen de patris consensu matrimonium contraxit 3. part. num. 48.
- Exhæredari non potest filia, quæ ante 25. annum in consultis parentibus viro digno nupsit, cum tamen parentes ipsi peregre abessent. 3. part. num. 50.
- Exhæredari non potest filia, quæ ante 25. annum viro digno nupsit sine patris licentia, si tamen patrem requisivit, & ipse noluit assentire 3. part. num. 53.
- Exhæredari non potest puella si ante 25. annū viro digno nupsit, si eam pater ad nuptias æquè dignas contrahendas cogere intendisset 3. part. num. 56.
- Exhæredari potest puella, quæ ante 25. annū alicui nubere spondit, & postea facta maior, ex vi promissionis, reluctantibus parētib, matrimonium contraxit 3. part. n. 47.
- Exhæredari potest filia à patre ex eo, quia ante 25. annum sine ipsius consensu nupsit licet matris licentia intervenerit 3. part. num. 48.
- Exhæredari potest filia à matre honesta si ante 25. annum sine ipsius consensu nubat, licet de patris licentia contrahat, dummodo tamē pater sit vilis persona, & filiam sibi simili locare intendat 3. part. num. 49.
- Exhæredari potest filia, quæ ante 25. annum indignas elegit nuptias, licet à patre aliæ similiter indignæ ei offerentur 3. p. nu. 57.
- Favore filiorum potius, quam odio parentum secundo nubentium, jubent leges servare bona filijs prioris matrimonij 3. p. n. 64.
- Fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero, & non debet plus operari 1. part. num. 27.
- Fictionis à lege inducendæ causa, æquitas semper est. 1. part. num. 21.
- Filia naturalis incidit in pœnam legis prohibētis filiam ante vigesimum quintū ætatis annū sine parentū consensu nubere 3. p. n. 35.
- Honestas non dicitur vidua, quæ habitu, & ornatu, qui honestas viduas non decet, utitur 3. part. num. 8.
- Honestas non dicitur vidua, quæ colloquijs cœtiosis, & conspectu inhonestorum hominum delectatur 3. p. n. 8. vers. idem esse recor.
- Impossibilis cōditio in testamento scripta pro nulla habetur ultimæ voluntatis favore, & ex conjecturata defuncti voluntate 1. part. num. 22. vers. sed in impossibili.
- Legata duo uni ab eodem relicta, quando non repetita, sed duplicata censentur, ut utrumque debeatur 1. part. n. 58.
- Legato uno relicto maioris quantitatis sub turpi conditione, & altero minoris quantitatis sub contraria relicto, utrumq̄ debetur legatario, qui contrariam conditionem justā, & honestam implevit 1. p. n. 21. 23. & 24.
- Legato uno relicto sub impossibili conditione, & altero sub contraria eidem relicto, utrumque debetur legatario 1. p. n. 22. & n. 26.
- Legato uno minoris quantitatis relicto sub conditione, si patrem ab hostibus non redemerit, & altero minoris quantitatis sub conditione si redemerit, posterius tantum debetur impleta conditione illius 1. p. num. 21.
- Legato uno maioris quantitatis relicto sub conditione, si monasterium ingreditur, & altero minoris quantitatis sub conditione, si nupsit, nubente muliere, minus legatum debebit, non vero maius 1. part. nu. 48.
- Legato uno maioris quantitatis puellæ relicto sub conditione, si nupsit, & altero minoris quantitatis sub conditione, si monasterium ingrediatur, illa monasterium ingrediens minus legatum debebitur 1. part. num. 51. vers. Sed nihilominus.
- Legatum alicui relictum sub conditione, si monasterium ingrediatur, eveniente conditione, pertinet ad monasterium, & qualiter hoc intelligatur 1. part. num. 49.
- Legatum alicui relictum sub conditione, si monasticam vitam profiteatur, nec pendente conditione renuntiari ab eo potest 1. p. n. 51.
- Legatum alicui relictu sub conditione, si monasterium ingrediatur, valet in minus solenni testamento, & gaudet omnibus privilegijs relictorum ad pias causas 1. part. num. 51.
- Legatum relictu sub conditione alia, quæ monasticæ vitæ professionem non tenet, potest à legatario pendente conditione renuntiari, & tenet renuntiatio, quanvis eadem facta monacho conditio existat, 1. p. n. 51.
- Legatum relictu conjugatæ mulieri, sub conditione, si Sempronio nupsit, utrum debeatur, 1. p. num. 77. & vide num. 78. ubi videtur traditur resolutio.
- Legatum instar conditionalis, an instar modalis habeatur plurimū interest, 2. p. n. 5.
- Legatum dotis nomine relictu conditio est, 2. part. num. 7.



R E R V M.

Legatum relictum mulieri, ut nubat, conditionale est 2. p. num. 8.

Legatum dotis nomine mulieri relictum, seu, ut nubat, modale esse tenent communiter doctores, qui fuerunt ante Bart. 2. p. n. 9.

Legatum relictum Mariæ, dotis, seu nuptiarum nomine, legataria, & Reipub. tantum respicit utilitatem 2. part. num. 12.

Legatum dotis, quando sine animo pietatis à testatore fuit relictum, modum tantum continet impulsivum 2. part. num. 14.

Legatum dotis nomine relictum nullam contrahendi matrimonij obligationem continet 2. part. n. 17.

Legatum dotis nomine relictum, vel pro se maritanda, debetur, etiam si mulier, tempore mortis testatoris nupta jam sit. 2. p. n. 24.

Legatum dotis nomine, seu pro se maritanda pauperi puellæ relictum intuitu pietatis, non debetur, si mulier tempore mortis testatoris nupta jam sit ibidem.

Legatum 200. à patre filia nomine dotis, seu, pro se maritanda relictum, si pater datus tantum 100. filiam maritavit, in 100. residuis tuitinetur 2. part. num. 25.

Legatum dotis nomine relictum, seu, ut nubat, si mulier antequam nubat, moriatur, ad hæredes transmittit 2. part. n. 26.

Legatum solvitur præstita cautione de modo implendo quando ex receptione legati modus adimplendus est, secus si solutio, de sui natura modi implementum non respiciat, 2. part. num. 30. & sequenti.

Legatum dotis nomine relictum, seu, ut mulier nubat, conditionale potius, quam modale judicari debet, 2. part. num. 35.

Legatum relictum Petro in causam dotis Mariæ statim peti potest præstita cautione de legato restituendo, cum Maria nupserit, 2. p. num. 44.

Legatum relictum mulieri nomine dotis, seu, ut nubat, muliere ante nuptias defuncta, hæredes non transmittitur 2. part. n. 45.

Legatum cujus commodum commune est ei, cum quo modus mixtus adimpleri debet, si modus deficiat per casum in alterius persona contingentem, deficit, secus si commodum commune non sit, 2. part. num. 46.

Legatum, cujus commodum commune est, nihil interest sub conditione mixta, aut sub modo mixto relinquatur 2. part. n. 47.

Legatum dotis nomine relictum, sub conditione, si mulier Titio nupserit, si muliere ad nubendum parata, Titius nubere noluerit, statim peti potest, 2. part. num. 48.

Legatum relictum sub modo, ut clericus fiat, vel religionem ingrediatur, instar conditionalis, an instar modalis censeri debeat, quaestionis

est, 2. part. num. 51.

Leges, quæ sunt impedimento nuptijs, non valent 3. part. n. 1.

Legitima filiorum, in vita parentum quasi debita censetur 3. part. num. 4.

Lex, quæ irrogat pœnam exhæredationis filiabus, sine consensu patris nubentibus, utrum valeat nec ne? 3. part. n. 2.

Lex, quæ irrogat pœnam filia, ex eo, quod non consentit nuptijs à patre quaesitis, contra bonos mores est, 3. part. n. 6.

Lex, quæ pœnam imponit filia voluntatem patris non expectanti, usque ad tempus, in quo commode nubere non potest, non valet, 3. part. num. 24.

Libertas in matrimonijs, metu pœnae infringi non debet, 3. part. num. 9.

Littera vera l. Titia, si non nupserit ff. de condit. & demonstrat. 1. part. n. 5.

Matrimonium libere contrahi, publicè interest, 1. part. num. 1.

Matrimonium de jure canonico valet sine consensu parentum in quorum potestate filij nubentes sunt, 3. part. n. 3.

Matrimonium omnimoda libertate gaudere debet, 3. part. num. 3.

Matrimonium cum certa persona contrahi recte prohibetur, 3. part. num. 17.

Matrimonium cum certa persona contrahi non bene prohibetur, si persona nubere prohibita, commode aliunde nubere non potest, 3. p. n. 18.

Matrimonium raptæ, cum raptore hodie secundum jus canonicum validum est, 3. p. n. 18.

Mensis intercalaris quis dicatur, 3. part. n. 33.

Meretrix exhæredare non potest filiam meretricem, 3. part. num. 39.

Modus, ut non nubat, habetur pro impleto, quemadmodum conditio, si non nupserit, 2. part. num. 1.

Modus, & conditio ingrediendi religionem valet, 2. part. n. 1.

Modus, ut nubat, affirmativè, vel negativè conceptus, ad certam personam, certum vè personarum genus relatus valet, 2. part. n. 2.

Modus adjectus ultimæ voluntatis, in solius legatarij utilitatem, nullum gravamen parere potest, 2. part. num. 11.

Modus, ut mulier nubat, à testatore pietatis animo, legato injunctus causam finalem continet, 2. part. n. 13.

Modus, ut nubat, injunctus legato mulieri relicto, Reipub. continet utilitatem, quam tamen testator non considerat, 2. part. n. 15.

Modus, an conditio contineatur in legato, qua ratione ex mente testatoris cognoscatur, 2. part. num. 28.

Modus, & conditio conveniunt in eo, quod sicut ante conditionis implementum agens



# I N D E X

- repellitur, ita ante modi implementum, dummodo modus talis sit, qui non desideret moram cum sumptu 2. part. n. 32.
- Modus, & conditio differunt in eo, quod licet conditio habeat moram cum sumptu, tamé ante ipsius conditionis implementum agens repellitur, secus in modo, qui habet moram cum sumptu, 2. part. num. 33.
- Modus, ut clericus fiat, vel, ut religionem ingrediatur finalis est, & adimpleri debet 2. p. num. 50.
- Modus sub quo aliquid relinquitur, ut quis clericus fiat, necessario adimpleri debet, sicut & conditio, ita ut deficiente modo, sive per casum impotentiae, sive voluntatis, deficiat, & relictum 2. part. num. 52.
- Modus, sub quo aliquid relinquitur, ut quis certum ingrediatur monasterium, adimpletur per ingressum alterius monasterij, si Abbas eum recipere nolit, 2. part. num. 53.
- Modus sub quo aliquid relinquitur, ut quis clericus fiat, de clerico sacerdote, secundum voluntatem testatoris intelligi debet, 2. part. num. 54.
- Monachi bona, quae secum detulit in monasterium in quo professus est, an eo, ad aliud alterius ordinis transeunte, maneat penes primum, an transeant cum eo in secundum? 1. p. n. 50.
- Monacho praemortuo, superstitibus parentibus debetur legitima de bonis, quae secum tulit in monasterium, non vero de alijs per eum monasterio adquisitis, 1. p. nu. 50. vers. qua etiam ratione.
- Monasterium, quod ingreditur vocatus sub nuptiarum aut liberorum conditione, admittitur excluso substituto etiam in foro interiori, ex praesumpta testatoris voluntate, contra eam vero non admittitur, 1. p. n. 54.
- Monasterium praefertur substituto in praedicto casu, etiam si nuptiarum conditio ad certam personam dirigatur d. n. 54. vers. an autem.
- Mulier, cui legatum est, ut nubat, si ejus sit conditionis ut aliquo indigeat ad faciendas expensas instanti nuptiarum causae necessarias praestita cautione, aliquid ad praedictas expensas de legato consequi potest. 2. p. n. 40.
- Mulieres pulchrae minori dote indigent, 3. p. num. 10.
- Mulier, quae post quinquagesimum aetatis annum nubit cum filios haberet de tertio tantum bonorum suorum disponere potest, non sic in masculo quinquagenario, 3. p. n. 75.
- Mulier quinquagenaria nubens habens filios non communicat bona cum marito in tertio nec in toto, 3. p. n. 76. & sequenti.
- Mulier praedicta facta vidua, an recuperet administrationem bonorum? 3. part. num. 79. vers. & sequenti.
- Mors civilis tunc comprehenditur sub legibus de morte loquentibus, quando eundem operatur effectum quem mors naturalis operatur, 3. p. n. 69.
- Monasterium an habeatur loco filij? 1. p. n. 49.
- Origo, & principium cujusque rei semper accipi debet, 3. part. num. 15.
- Pater an teneatur servare filijs ex secundo matrimonio bona, quae illi obvenere, ex fine praemortuo de secunda uxore nato? 3. p. n. 64. versicul. quo fit. vers. in fin. cum seq.
- Pater non tenetur servare bona filijs de primo matrimonio natis, si ex consensu ipsorum secundò nupsit, 3. p. num. 65.
- Pater secundo nubens, tunc tenetur servare bona filijs ex primo matrimonio, quando praedefuncto filio successit, secus si per viam adoptionis, aut simili titul. ei bona obveniant 3. part. num. 66.
- Pater tenetur servare filijs ex primo matrimonio bona, quae ei obvenierunt per ingressum religionis filij 3. p. n. 69. vers. in fin. cum sequenti.
- Patrimonium puellae, in Portugalliae regno communiter dos appellari solet, 2. part. num. 23. in fin.
- Paena apposita viro, qui virginem stupravit, quia non duxit, sed quia seduxit, apponitur, 3. part. num. 11.
- Paena amissionis bonorum imposita ei, qui duxerit in uxorem virginem, aut viduam honestam minorem viginti quinque annis, sine consensu ejus, in cujus potestate est, & in cujus domo puella vivit, valida est, 3. part. num. 20.
- Paena conventionalis ad contrahendum matrimonium, sive ab ipsis contrahentibus, sive ab eorum parentibus apposita, non valet, 3. part. num. 12.
- Paena exhaerederationis apposita filiae ex legitima dispositione, quae certae personae, aut certae personis nuplerit, valida erit, 3. part. num. 19.
- Paena legis exhaerederationem imponentis filiae, quae sine voluntate patris, se alicui copulaverit valida est, 3. part. num. 22.
- Paenam exhaerederationis incurrit filia, quae sine matris consensu, ante vigesimum quintum annum nuplerit, cum agitur de successione materna, licet mater eandem causam exhaerederationis commisisset, 3. part. num. 38.
- Princeps secularis, qui sub aliqua paena praecipit subdito suo, ut certa aliquam mulierem in uxorem ducat, anathema ipso facto fit, 3. part. n. 6. versicul. quo fit.
- Privilegia dotis competunt mulieri, ex actione danti sterili, 3. part. num. 27.



## R E R V M

Promissio nomine dotis, seu ut nubat, non nisi secutis nuptijs obligat 2. part. num. 18.

Reipub. interest hominibus repleri, & ob hanc causam privilegia dotis jure sunt concessa 1. part. num. 10. vers. expedit namque.

Relictum pro passagio terræ Sanctæ non potest statim peti nisi adveniente tempore generalis passagij 2. part. num. 36.

Relictum dotis nomine, seu, ut nubat, conditionale an modale sit, quæstionis est 2. part. num. 4.

Sponsalia de præsentia contracta monasticæ vitæ professionem non impediunt 1. part. n. 56.

Stipulatio facta facta sub conditione, si mihi nupseris, causa recompensandæ nobilitatis, vel ex aliqua justa ratione, & sic causa cognita valet 1. part. num. 69.

Substitutus vocatus post mortem gravati simpliciter absque alia conditione excludit monasterium 1. p. n. 54. versicul. ex hoc vero.

Substitutus vocatus post mortem gravati, sub conditione aliqua præter numeratas in auth. de Sanctissim. Episcop. §. sed & hoc præsentis, excludit monasterium 1. part. numer. 54. vers. sed & si.

Testatoris mens potius, quam verborum figura attendi debet 2. part. num. 27.

Testatoris voluntas probatur ex dispositione in valida dummodo turpitudinis causa non invalidetur, ut in turpi conditione 1. part. n. 23. versic. sed nihilominus.

Verba testatoris conservandæ honestatis causa impropiari solent 1. part. num. 75. versicul. quantomagis.

Viduis relinqui potest sub modo non nubendi generaliter scripto, quemadmodum, & sub conditione non nubendi 2. part. num. 3.

Virgines, secundum Babilonicam legem quomodo in matrimonium collocabantur 3. p. num. 10.

Viduitas temporalis valet in favorem impuberum liberorum, 3. part. num. 28.

Virginitatis statutus melior, ac beatior est, quàm conjugatorum status, conditio tamen, si non nupserit, adscripta puellæ, quæ nunquam nupsit, hodie non valet, sicut olim valebat, 1. part. num. 43 & sequenti.

Vsufuctus duobus relictus, altero repudian- te, etiam post acquisitionem, accrebit alteri 1. part. num. 3.

Vsufuctus maxima, & media capitis diminu- tione amittitur de jure novo, olim etiam mi- nima capitis diminutione amittebatur 1. p. num. 29. circa princip.

Vsufuctus legatum sub conditione relictum non perimitur, mediam capitis diminutione legatario interim passo, sed maximam tantum 1. part. num. 29. vers. & movetur.

Vsufuctus formalis infundo hæreditario pe- nes heredem esse potest, quando ei, & alteri simul vsufuctus in eo à testatore relictus est expressè vel tacitè 1. part. num. 20.

Vsufuctus mulieri, & Titio relictus, sub con- ditione, si mulier non nupserit, nubente muliere, penes hæredem manet pro parte Titij, tanquam pars vsufuctus causalis 1. part. num. 30. versicul. manebit itaque.

---

## R E L E C T I O N E M I S T A M S E U C O M M E N T A R I O L A A D L. T I T I Æ, S I N O N N U P S E - r i t, ff. de conditionib. & demonstrationib. in tres divisi- m u s p a r t e s.

**P**rima relectionis pars pertinet ad ipsius legis intellectum, & ad conditiones, *si non nupserit, ac si nupserit*, tam genericè, quam specificè ad certam alicujus per- sonam relatas.

Secunda est de legato, sub modo, *ut non nubat, & ut nubat*, relicto, & de modo, ad clericatus, seu monachatus statum incitante.

Tertia versatur circa Hispanorum leges, quæ pænam exhæredationis imponunt filia- bus ante vigesimum quintum ætatis annum nubentibus sine consensu parentum, cum interpretatione aliquarum legum, & constitutionum, tam juris communis quam regij, in materia libertatis matrimonij.



# PRIMÆ PARTIS

## SUMMARI A.

- M**ovetur difficultas contra tex. in l. Titia, si non nupserit ff. de cōditionibus, & demonstrat. qua parte in eo remittitur cōditio, si non nupserit, contra testatoris voluntatem ejusque communis solutio adducitur.
- 2 Solutio communis impugnatur, & difficultas corroboratur ex l. Mulieri & Titio ff. de condition. & demonstrat. & numer. 3.
  - 4 Movetur difficultas contra tex. d. l. Titia, si non nupserit, qua parte, mulier nubendo, non admittitur ad legatum relictum sub conditione, si nupsisset.
  - 5 Qua sit vera litera text. d. l. Titia si non nupserit, assignatur.
  - 6 Respondetur ad difficultates objectas contra utramque d. legis partem, & num. 7.
  - 8 Duplex objectio adducitur contra responsionem, & num. 9.
  - 10 Condicio, si non nupserit, turpis non est, & diversa ratione, ab illa, qua turpis est, è testamento rejicitur.
  - 11 Traditur, conditionem, si non nupserit, in contractibus, nec vitiari, nec vitare, sed valere, adversus cost. & alios.
  - 12 Traditur, conditionem, qua à liberis procreandis avertit directò, & principaliter, turpem esse, & diversam à conditione, qua avertit à contrahendis nuptijs.
  - 13 Utilis differentia assignatur inter conditionem, si non nupserit, & conditionem, si liberos non habuerit, adscriptam vidua.
  - 14 Condicio, si non nupserit, hodie adjuncta vidua, stupro, quanvis non nubat: secus in conditione, si liberos non habuerit, num. sequenti.
  - 16 Premittitur pro intellectu d. l. Titia, si non nupserit, in specie illius nunquam mulieri viri, que legatum prestari, potuisse, sive nupsisset, sive non nupsisset, ex defuncti voluntate.
  - 17 Vexus assignatur intellectus ad tex. in presenti.
  - 18 Respondetur ad difficultates contra illum antea objectas, & numero 19.
  - 20 Explicatur Papiniani ratio scripta in tex. versicul. Ridiculum est enim.
  - 21 Traditur differentia inter conditionem, si non nupserit, & turpes, & impossibiles conditiones; ad speciem nostri text. & num. 22. & 23.
  - 22 Opponitur contra resolutionem traditam circa turpem conditionem, ejusque contrariam.
  - 25 Respondetur ad objectionem, & tradita resolutio confirmatur.
  - 26 Limitatur resolutio tradita circa turpem conditionem, ejusque contrariam, ut procedat quāda minoris quantitatis legatum relinquitur sub turpi, & maioris sub contraria; nec turque differentia quoad hoc, inter turpem conditionem cum ejus contraria, & impossibilem cum contraria ipsius.
  - 27 Agitur de interpretatione l. mulier, & Titio ff. de conditionibus, & demonstrat.
  - 28 An mortuo Titio, vel statum mutante, in casu d. l. mulieri, & Titio, pars ususfructus qui illi relicta fuerat, accrescat mulieri? questionis resolutio ponitur num. 22.
  - 29 Refertur, & explicatur Costa intellectus ad l. Mulieri, & Titio, tradentis, ibi partem ususfructus Titio relicti mulieri accrescere mortuo, vel maximam capitis diminutionem passo.
  - 30 Contra Cost. & alios contenditur, non esse distinctè verum, pertinere ad mulierem in specie d. l. mulieri, & Titio, partem ususfructus Titio relictam, illo mortuo, vel maximam capitis diminutionem passo, sed aliquando ad heredem pertinere; ad quod expenditur l. si interdum ff. de usufruct. accrescend.
  - 31 Probat, in specie d. l. mulieri, & Titio, nubentem mulierem post mortem Titij, aut statum illius mutationem, etiam eam partem ususfructus habituram, qua Titio relicta fuerat: & in casu isto accipitur sententia Cost. & aliorum: secus si antea nupsisset, quo casu communis sententia accipitur, & ita ad concordiam utraque reducitur, & num. 22. & 23.
  - 34 Condicio, si mulier non nupserit, valet in legato alteri persone relicto: quod limitatur, ut non procedat in legatario propinquo mulieris, secundum glossam, & doctores.
  - 35 Predicta limitatio declaratur, quando accipienda sit; & pro declaratione expenditur text. in l. haeres meus 79. §. final. ff. de conditionibus, & demonstrationibus.
  - 36 Iure Auth. condicio, si non nupserit, valet in viduis tam masculis quam feminis; & in persona viduae non solum deficit secus nuptijs sed etiam commissio stupro. An autem condicio si caste vixerit, adjuncta vidua, difficiat si nubat, remissivè traditur.



## Prima Pars.

- 37 *Conditio, si non nupserit, valet etiam hodierno jure in virginibus, & etiam in muliere corrupta, qua nunquam nupsit: & refertur nova Coste sententia contra omnes tradentis, conditionem, si non nupserit, adjectam personis antea nunquam nuptis, hodierno jure valere respectu futurarum nuptiarum post primas.*
- 38 *Objicitur difficultas contra novam Cost. sententiam, & ei respondetur.*
- 39 *Probatur contra Cost. conditionem, si non nupserit, injunctam personis qua nunquam matrimonium contraxerunt, hodie non valere, sicut jure antiquo non valebat, etiam respectu secundi, & ulterioris conjugij, & numer. 40. & 41.*
- 40 *Nova adducitur difficultas, qua videbatur, conditionem, si non nupserit, hodie etiam in virginibus, & ijs personis qua nunquam matrimonium contraxerunt, fore validuram.*
- 41 *Respondetur ad praedictam difficultatem, probaturque communis sententia, & conclusio, quod conditio, si non nupserit, non valeat hodie in personis, qua nunquam matrimonium contraxerunt.*
- 42 *Traditur, valere conditionem alicui injunctam, si sacris ordinibus initiatur: & pro ea expenditur tex. in Auth. de Sanctissim. Episcop. §. sed & hoc praesenti, Collat. 9 & numer. 45.*
- 43 *Secundum antiquiorum sententiam monasterium loco filij habetur, recentiores contra.*
- 44 *Conditio, si monasterium ingressus fuerit, vel, si monachus fuerit, valida est, nec impletur ex eo quod is cui adscripta fuit, clericus secularis fiat.*
- 45 *Conditio, si clericus fuerit, monasterij ingressu censetur impleta in dubia voluntatis conjectura; & clericorum appellatione in favorabilibus monachi continentur.*
- 46 *Communis sententia contra Bart. probatur, que tenet, valere conditionem, si monasterium ingressa fuerit, & si matrimonij carnalis impeditiva sit; limitaturque text. d. l. Titia, si non nupserit, ut non procedat casu, quo maritus legatum relinquatur sub conditione, si puella monasterium ingressa fuerit.*
- 47 *Traditur, legatum puella relictum sub conditione, si monasterium ingressa fuerit, evniente conditione, monasterio acquiri, non quasi bona qua secum ferat in monasterium; & qua inde utilitates proveniant, & numer. 50. & duobus sequentibus.*
- 48 *Legatum alicui relictum sub conditione, si monasterium ingressus fuerit, renuntiari ab eo non posse, traditur, posse vero renuntiari paternam hereditatem ab ingressuro religionem, servatis servandis.*
- 49 *Traditur, legatum alicui relictum sub conditione, si monasterium ingressus fuerit, valere*
- in testamento minus solemnibus, & frui omnibus prerogativis relictorum ad pias causas.*
- 53 *Si puella unum legatum relinquatur sub conditione ingrediendi monasterium, & maritus aliud sub conditione, si nupserit, an pinguius debeat, ingressa illa monasterium?*
- 54 *Limitatur tex. in d. l. Titia, si non nupserit, & intelligitur tex. in Auth. de sanctissim. Episcop. §. sed, & hoc praesenti, collat. 9*
- 55 *Conditio, si nupserit, adimpletur contractis jure nuptijs, & sufficit pro implemento matrimonium viriusque consensu perfici etiam non secuta copula.*
- 56 *Anilla, cui unum legatum relictum fuit sub conditione, si nupserit, & in eodem testamento alterum sub conditione, si monialis fuerit, viriusque conditionem adimplere, possit, ita ut utrumque adquirat? & numer. 58. & 59.*
- 57 *Conditio, si monacha fuerit, deficit nubente puella, ita, ut & si postea viro mortuo velum suscipiat, non ideo magis legatum habere debeat, juxta Cost. sententiam contra Corn.*
- 58 *An ubi duo legata ab eodem relinquuntur, censeantur tanquam unum, & idem repetitum legatum, an ut duo legata? & cui hujus rei probanda onus incumbat?*
- 59 *Traditur, quod, conditio, si non nupserit, ad certam alicujus personam, certive generis, aut familia relata, valet, praeterquam si persona illis nubere prohibita, aliunde nubere, commode non possit.*
- 60 *Probatur cum communi sententia, conditionem, si Titio non nupserit, non ad primas tantum, sed ad ultiores etiam nuptias referri.*
- 61 *Conditio, si Titio nupserit, de primis tantum nuptijs intelligitur, & affirmativa oratio de primo tantum actu, negativa vero trahitur in infinitum.*
- 62 *Defenditur glossa, & communis expositio ad text. in l. hoc genus legati versicul. final. ff. de conditionib. & demonstrat. & an conditio, si nupserit, fato, & absque anima parendi, impleri possit? remissive traditur.*
- 63 *Traditur, quando, & quomodo adimpleatur conditio, si Titio non nupserit, & defenditur Iulianus Iurisconsultus. in d. l. hoc genus legati, a nota Coste.*
- 64 *Conditio, si sempronio non nupserit, an deficiat per illicitum mulieris cum illo coitum, quanvis nunquam ei nubat? & remissive traditur, quid de legato relicto viduae a marito sub praedicta conditione, aut pure, qua post viri mortem stuprata est, & an ob id dotem perdat?*
- 65 *Agitur de conditione, si sempronio nupserit, & in tres casus dividitur, primus est, quando*
- mulier*



## Relectio Legis Titia

- mulier cum eo, cui nubere, in conditione jubetur, decenter nuber. potest, quo casu conditio valet.*
- 66 Traditur contra communem, valere conditionem in testamento ita scriptam, Titia, si mihi nupserit, centum.
- 67 Diversum traditur in contractibus, & intelligitur tex. in l. si ita stipulatus fuero §. si tibi nupsero ff. de verbor obligat.
- 68 Limitatur tex. in d. §. si tibi nupsero, & reducit ad concordiam cum c. de illis, extr. de conditionib. apposit.
- 69 Traditur cum Bart. & alijs, stipulationem istam, promitto tibi centum, si mihi nupseris, aliquando ex justa causa valere, & movetur difficultas contra predictam conditionem ultimis voluntatibus adjectam, cui respondetur.
- 70 Traditur, quod conditio, si nupserit Sempronio, jure valida est, & in quo conveniat cum conditione, si non nupserit Sempronio, & in quo ab ea differat, & numer. sequenti.
- 71 Conditio, si nupserit Sempronio, deficit si mulier alteri prius, juste, vel injuste copuletur.
- 72 Conditio, si nupserit Sempronio, cum hic illius nuptijs sit indignus, non valet, & intelligitur l. cum ita legatum versicul. si verò ff. de conditionib. & demonstrat. & quosdam talis conditio in vidua persona valeat, remissive traditur.
- 73 Traditur, non ejusdem vis esse conditionem indignarum nuptiarum in persona masculi, ac femina, & nobilitate mariti uxorem, & liberos nobilitari, non e contra.
- 74 Proponitur questio, an valeat conditio, si nupserit, in persona eorum, inter quos matrimonium esse, nequit absque Romani Pontificis dispensatione, & in ea contraria referuntur sententia.
- 75 Resolvitur predicta questio distinctione biniabri, qua contraria opiniones ad concordiam rediguntur.
- 76 Traditur, valere conditionem, si nupserit cum consanguineo in secundo gradu conjuncto, sive addatur, ex dispensatione Romani Pontificis, sive non, dummodo inter eam legitima dispensandi causa subsistat.
- 77 Proponitur questio de legato conjugate mulieri de relicto sub conditione, si nupserit Sempronio, & traditur, in ea locum non habere distinctionem, an sciverit testator ignoraverit, mulierem esse nuptiam, quae si traditur, ubi mulier nupta legatum sub conditione, si nupserit, non adjecta alicujus persona.
- 78 Resolvitur predicta questio alia distinctione, cujus primum membrum est, quando mulier erit viro in conditione designato nupta erat, & tunc praesens semper debetur legatum, & quod membrum reduciatur casus decisit Lusitana. 125.
- 79 Traditur secundum membrum predictae distinctionis, quod est, quando mulier cui legatum fuit sub conditione, si Sempronio nupisset, alteri nupta erat, & tunc conditionem improbare esse, & non valere, referuntur.
- 80 An predicta sententia locus sit etiam ubi testator ignoravit, mulierem esse nuptam, & an turpis, & impossibilis conditio, quam testator honestam, & possibilem esse, cogitabat, vitietur in testamentis? & numer. sequenti.





# RELECTIONIS

L. TITIÆ, SI NON NUPSERIT,

D. de conditionib. & demonstrat.

## PRIMA PARS.

*De ipsius legis intellectu, & de conditionibus, si non nupserit, si Monasterium ingressa fuerit, si nupserit.*



NA PARS legis, Titiam admittit, altera dimittit, & quæ admittit, non nubendi conditionem in testamento scriptam, mulieri remittit, quod certè contra testatoris voluntatem palam committit, quam alio-

*versicut. & in mortis, supr. de conditionib. instituit. secundum receptam sententiam in l. 1. d. titul. de conditionib. institutionib. in eis quoque, viduitatis conditionem fore rejiciendam, probat Costa in l. cum tale. §. si arbitrari, ampliat. 2. supr. hoc titul. Arque ita est communis, & inter omnes constans resolutio ad prædictam difficultatem.*

qui in conditionibus primum locum obtinet, eamque, illas regere, certum & vulgare juris axioma est. qua de re, ultra alia, celebris & latis notus Jurisconsulti Ulpiani locus est in l. in conditionibus, sup. hoc titul. de conditionib. & demonstrat. Ex quo difficile videtur præsens Papiniani responsum, quatenus, non nubendi conditionem, non ejus, qui sub ea legavit, sed ejus, potius, cui sub ea legatum fuit, voluntate regit, & relaxat. Cui difficultati occurrent omnes confestim dicendo, non nubendi conditionem, bonis Republicæ moribus perniciosam esse, quia matrimonij impeditiva est, quod libere contrahi, publicè interest, ad sobolem, scilicet, procreandam, replendamque liberis civitatè, ut scripsit Pomponius in l. 1. sup. solut. matrim. Paul. Jurisconsult. in l. interest infr. de privileg. creditor. & Imperat. in l. 2. prope finem C. de indict. viduit. tollend. Unde, nimirum si conditio, si non nupserit, è testamento rejiciatur in præsentem, sicut & alibi non rarò, ut in l. sed si hoc §. final. l. cum tale §. Marcia. l. heredi meus §. final. l. avia §. Titio, sup. eod. l. servo vivo. §. 1. Infr. ad S. C. Trebell. cum alijs; quia nempe, in conditionibus, quæ contra leges, aut bonos mores sunt, nullum locum obtinet voluntas defuncti, ut pote, quæ, & si testator eas adimpleri, maxime voluisset, relicto viro manente, pro non scriptis habeantur, Quod quia etiam in donationibus causa mortis locum obtinet, per l. qua sub conditione,

2 Sed tunc gravior insurgit difficultas ex eodem nostro tex. dum in eo, legatum in eventum nuptiarum derelictum, mulierem nuptam non posse petere, Papinianus definivit: nam, si non nubendi conditio tollitur ex testamento, resquæ perinde manet, ac si pure legatum esset d. l. heres meus §. final. cum alijs: cur, si Titia, sub non nubendi conditione ducenta legata fuerunt, centum deinde eidem legatis, addita nuptiarum conditione, quæ honesta, possibilis, & favorabilis est: maritæ mulieri, & sic, quæ legitimam ac Republicæ utilem conditionem adimplevit, si non nupserit, conditio, impedimento est, quominus centum, sub nubendi conditione quam adimplevit, derelicta, possit, exigere? Apparet ergò, illam, si non nupserit, conditionem, non nullius momenti esse, quæ talem effectum operatur: Constat namque, nec ullus ambigit, quod, si Titia ducenta legata forent nulla adjecta conditione, & præterea sub conditione, si nupisset centum, nupta mulier, ad utrumque legatum admitti, deberet citra juris ullam controversiam. Ex quo, non nubendi conditio, alicujus valoris esse, apparet, quæ usque adeò valuit in præsentiarum, ut & validæ conditionis implementum invalidaret, ut sic immerito, pro non scripta dicatur, quæ tantum valuit contra nuptiarum conditionem in testamento mulieri adscriptam.



3 Hoc idem, apparet, contigisse apud eundem Jurisconsultum in *l. mulieri, & Titio, 74. sup. eod.* quo loco, facti species proponitur de ususfructus legato, mulieri, & Titio conjunctim relicto sub conditione, si non nupserit mulier: Et nuptam mulierem, ad ususfructus partem duntaxat fore admitte[n]dam, *Papinian.* respondet, non verò ad partem Titij, qui conditione defectus apparet: quam, etsi Titius repudiasset, nihilo magis mulier, quæ nupsit, petere posset in proposita specie, cum tamen, si non nubendi conditio mulieri perinde remitteretur, ac si scripta non esset, defecta pars Titij, ei jure accrescendi competeret; Constat enim, quòd ubi conjunctim, duobus quidquam legatur, pars in alterutrius persona deficiens, alteri accrescit, de quo est expressius, & capitalis in materia tex. ubi tradunt *scrib. omnes, in l. re conjuncti, sup. de legat. ter. l. unic. §. ubi autem legatarij, C. de caduc. tollend. §. si eadem res, instit. de legat. cum alijs de quibus Gomes. 1. tom. variar. c. 10. numer. 38.* Sed & in usufructu hoc plus est, Authore *Ulpian. in l. 1. §. interdum, supr. de usufruct. accrescend.* quòd repudiante conlorte partem sibi jam adquisitam, ea alteri accrescet: nec refert conjunctim, an separatim relicto fuisse: quod in proprietate secus est, juxta tex. singularem in *d. §. interdum*, quem commendant ibi communiter *scrib. ut per Gomes. d. c. 10. num. 14.* Unde cum in *d. l. mulieri & Titio*, si non nupserit conditio ad scripta mulieri, in ususfructus legato jus accrescendi impediatur, talem conditionem, alicujus momenti in jure esse, negari non potest, cum si nullus esset, nullum utique præstaret impedimentum, *regul. non præstat de reg. jur. libr. 6.* ac proinde manet integra, & corroborata difficultas contra priorem nostri tex. partem, quatenus in illa probatum legitur, Titiam, ducenta, sibi sub non nubendi conditione derelicta, tali conditione derelicta, petere posse, veluti, quæ testamento scripta, pro non scripta, jure habeatur, cum constet, eam, circa posteriorem ejusdem tex. partem, & circa speciem *d. l. mulieri, & Titio*, non parum operari.

4 Sed maior insurgit difficultas contra posteriorem legis partem, quæ probat, nuptam mulierem, centum, sub expressa conditione, si nupserit, sibi relicta, non posse petere: circa quod certè, antequam difficultatem proponam, adnotare libet, quòd *Jurisconsult. Papinian.* antea nimis liberalis extitisse videtur, qui nunc avarus esse incipit, antea enim in pri-

ori, inquam, legis parte, veluti exuberanti quadam ingenij liberalitate, mulierem, quæ non implevit conditionem, ad ducentorum legatum vocat, nunc vero veluti tantæ liberalitatis pœnitens, sed non in genio pœnitendo, avocatur legatum a muliere, quæ adimplevit conditionem iustam, & honestam, sub qua relicto fuerat: quod certe difficultatem patitur, quandoquidem, nec crebrius, nec certius quidquam in jure nostro legamus, quam legatum sub conditione relicto, impleta conditione, exigi statim posse, ut potest cujus, tunc temporis, & cesserit, & venerit dies, *l. eodere diem, infr. de verbor. significat. & est vulgare.*

5 Quæ difficultas, aliquibus, & boni nominis authoribus tam gravis visa fuit, ut non defuerint, qui pinguius legatum, in lege nostra, mulieri, sub conditione, si nupserit, relicto legerint, exiguius verò, sub conditione, si non nupserit, quasi sic litera textus habeat *Titia, si nupserit, ducenta, si non nupserit, centum legavit, &c.* Quam literam, communiter teneri, testatur *Philip. Dec. in cap. in præsentia, numer. 59. in fin. de probationib.* Sed verior est litera, quæ maius legatum, sub negativa nuptiarum conditione, exiguius verò, sub affirmativa, relicto mulieri, repræsentat, hoc modo, *Titia, si non nupserit, ducenta, si nupserit, centum legavit.* Et hæc est litera libri mei, Parisijs, sub ciconijs editi, & ita meminisse, me legisse in libro inelyti nostri Senatus, qua die, hæc nuptiarum, mihi sorte data fuit, eodem hora postridie relegenda, sicque, multo melius ab *Accurs. Bart. & alijs leg. scripsit Covar. libr. 1. variar. resolut. cap. 19. numer. 10. in princip.* ac denique, præsens *Papiniani responsum* ita legi in pandectis, *Pitanis olim, nunc Florentinis, testatur Anton. August. li. 1. emendat. c. 2.*

6 Qua litera retenta, quærenda erit solutio, ad præcedentem, difficultatem, & imprimis inquirendum est, an sit eadem quam scripsit *Papinian.* in præsentia, quæ postquam dixit, mulierem in proposita sua specie, si nupsit, ducenta sibi legata petere, posse, non item residua centum, quorum, in forma specifica, conditionem, secutis nuptijs, impleverat, veluti difficultatem præsentiens. *Ridiculum est enim, inquit, eandem, & ut viduam, & ut nuptam admitti.* Quasi sic *Papinianus* declaret, ideo mulierem nuptam, centum sibi, sub nuptiarum conditione relicta petere, non posse, quia ducenta petere



in eodem testamento sub non nubendi conditione relicta: Unde, ducenta petit quasi non nupta, quæ idcirco, centum residua sub nubendi conditione relicta, quantumvis secutus nuptijs, petere non poterit, quia ridiculum est, eandem, & ut viduam, id est, ut non nupta, & ut nuptam admitti. Qua una, eaque brevissima ratione, videtur Papinian. utramque difficultatem superius aliam dissoluisse: Nam & si aliàs, si non nupserit, conditio in testamento scripta nihil operetur, ut pote, quæ nullius momenti sit, sed tamen in præsentem talis conditio, mulieri injuncta, alterius legati, cujus conditio, illa nubente impleta fuit, impedimentum operatur, quia esset ridiculum, ut mulier, unum, quasi non nupta peteret, eademque mulier, eodem tempore, & ex eodem testamento ad alterum, quasi nupta admitti, postulare. Quo fit, ut & si, nec crebrius, nec certius quidquam in jure nostro legamus, quàm, legatum sub conditione relicta, ea existente, debere legatario præstari, ut antea argumentabamur, non tamen in præsentem, nuptæ mulieri, & sic ux, legitimam, ac utilem Reipublicæ conditionem, nubendo, in forma specifica amplevit, centum, sub ea relicta, præstatur, quia, ut non nupta ad ducentorum legatum admitti postulabat.

7 Quod verò spectat ad *d. l. mulieri & Titio*, ex qua, antea priorem difficultatem augere, videbamus, dum ibidem, conditio, si non nupserit, mulieri injuncta, impedimentum præstat juri accrescendi, in usufructus legato, ibidem quoque Papinian. hujus rei rationem subjunxit. *Tantum enim, Beneficio legis, ex legato concessum mulieri, intelligendum est, quantum haberet, si conditioni paruisset.* Nec enim contentaneum erat, ut mulier ex testamento defuncti plus commodi haberet, si ejusdem voluntati non paruisset, quàm si paruisset: Unde, cum si non nubendi conditioni paruisset, ad usufructus partem Titius admitti deberet, ut potè adimpleta in persona mulieris, si non nupserit, conditio, sub qua vocatus & ipse fuit, profecto summa eadem ratione definitum est, ne talis pars magis mulieri accrescat, quia conditio non paruit, cui si pareret, Titio deberetur, tantum enim beneficio legis, ex legato concessum esse mulieri, intelligendum est, quantum haberet, si conditioni paruisset.

8 Sed & si præfatis rationum compendibus, à Jurisconsulto concinne latis, & elegantè adducto, superiores difficultates cessare

videantur, adhuc tamen videbuntur urgere, & forte magis ingravescentes adversus Jurisconsult. rationes in prædictis locis, si circa eas paululum insistamus: In primis enim, quòd attinet ad rationem, quam scripsit Papinian. in *d. l. mulieri, & Titio, versicul. tantum enim*, illa convinci videtur ex eo, quod scriptum legimus in fine ejusdem textus, ubi, postquam Jurisconsult. tradiderat, partem usufructus, ob conditionis defectum in Titij persona defectam, non accrescere mulieri quoad Titius & vivit, & in eodem statu manet, idem esse, respondit, & si Titius repudiet, cum tamen videretur, quod, si mulier conditioni paruisset, atque idcirco, & pars usufructus Titio deberetur, ea ab eodem postea repudiata mulieri accresceret, quia & jam acquisita usufructus pars, ac deinde repudiata, accrescit alteri, juxta *text.* expressum & singularem in *l. i. §. interdum, sup. de usufruct. accrescend.* undè apparet, quòd non tantum habet mulier in specie *d. l. mulieri & Titio*, quæ non nubendi conditioni non paruit, quantum haberet, si eidem paruisset, ut sic, scripta ibidem à Papiniano ratione non videatur evicta illius *text.* difficultas, qua antea contencebamus, conditionem, si non nupserit, in testamento mulieri injunctam, non omnino remitti.

9 Quod verò spectat ad difficultates ex nostro textu suscitatas, ratio seu solutio Jurisconsulti scripta in *d. versicul.* Ridiculum est enim, ubi scribit, idè ad utrumque legatum, mulierem admitti, non debere, quia ridiculum est, eandem, & ut viduam, & ut nuptam admitti, in eo claudicare videtur, quòd, si mulier ad utrumque legatum admitteretur in præsentem, non ut vidua, & ut nupta videbatur admitti: nam, quòd attinet ad ducentorum legatum, sub conditione, si non nupserit, relicta, illud, non quasi vidua, id est, non nupta, sicuti conditio jubebat, petebat mulier, sed magis, quasi viduitatis conditio, pro non scripta, à lege haberetur, centum verò residua, sub conditione, si nupserit, relicta, ut nupta postulabat, itaque nihilominus quàm statum vidualem, ad alterutrius legati comparationem Titia allegabat, quæ, nihil magis quàm se maritatum, coram judice asseverabat, cum, vidua si esset, alterum dutaxat legatum consequi posset, maritata verò, utrumque posse, videbatur, unum legis, alterum, testatoris beneficio. Ut quid ergo in tam lepido, ac tam festivo nuptiarum con-



textu, tristem viduitatis flatum, mulieri maritatae Papinianus objecit? Sic itaque apparet, quod superiores de nostro textu difficultates, contra eundem graves sunt, quodque eae, solutione à Jurisconsulto adducta, magis ingravescent.

10 Quare, pro solutione, veraque ac clara nostri text. interpretatione, duo praemitti oportet, primum, conditionem, si non nupserit, injunctam mulieri, è testamento tolli, nec tamen rem perinde manere, ac si purè legatum foret, sed magis, quasi, contractis nuptijs, praefata conditio fuerit impleta: remittitur itaque viduitatis conditio in testamento scripta, idque, contra apertam, & expressam testatoris voluntatem, hoc tamen, diverfa quidem ratione, ab illa, qua sic in turpibus conditionibus cautum extat in *l. non dubitamus, sup. hoc tit. l. reprehendenda C. de institutionib. & substitutionib. sub cond. fact.* cum alijs: Illae namque, è testamento tolluntur contra testatoris voluntatem, nec tamen propter aliqujus favorem, sed in odium ipsius testatoris, qui talem conditionem adimpleri, voluit, & jussit: haec autem, & si contra voluntatem defuncti remittatur, non tamen id, odio illius, sed Reipublicae favore cautatum est, sobolis, scilicet, procreandae gratia. *l. hoc modo legato, 64. sup. eod.* expedit namque Reipublicae, matrimonia contrahi, ut proles edatur, & civitas liberis hominibus repleatur. *l. 1. ubi Doctores sup. solut. matrimon. l. 2. C. de indict. viduit. tollend. l. 1. versicul. & generaliter, infr. de ventr. in possess. mittend.* ubi Ulpian. de partu loquens ait. *Partus enim iste alendus est: qui non tantum parenti, cujus esse dicitur, verum etiam Reipublicae nascitur.* Concinit illud Ciceronis act. 5. in Verrem. *Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriae, qui non modo tibi voluptati, sed etiam aliquando Reipublicae usui esse possent.* Quin & Plato dialog. 7. de legib. & Aristot. lib. 8. polit. alendorum puerorum curam, non privatam, sed publicam esse, censent. tradit ex nostris recentioribus Eman. à Cost. in *d. §. si arbitrato, in princip.* & pluribus adductis Covar. in epitome de sponsalib. 2. p. c. 8. in princ. per tot. Didac. à spino in speculo testamentor. Glossa. 14. principal. de legat. sub condit. relict. num. 68. cum sequentib. Mantie. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 1. ob quam causam, doti privilegia non rara jure conceduntur, ut probat text. in *d. l. 1. sup. solut. matrim.* ibi, *cum dotatas esse feminas, ad sobolem procreandam replendamque liberis civitatem, maxime sit necessarium.* Ubi praclarus Barbosa Lusitaniae nostrae maximus Cancel-

larius post emeritam magna cum laude supremam juris civilis cathedram in Conimbricensi Academia, ac deinde Regij senatoris, & consiliaris munus in suprema curia exactè peratum, & eleganter explicat in prim. leg. part. num. 81. Vnde Hadrian. Imperatorem refert. *Jurisconsult. Paul. in l. cum raris. §. fraudis, infr. de bon. damnator.* In hac sententiam scripsisse. *Favorabilem apud me causam liberorum Albin, filiorum numerus facit, cum, ampliari imperium, hominum adjectione, potius quam pecuniarum copia, malim.* Atque ita cum, conditio, si non nupseris, avertat à nuptijs, & per consequens, à legitimae proles susceptione, merito talis conditio, non testatoris odio, quia turpis non est, (quavis eam, ut turpem, & inhonestam, è testamento rejici, inadvertenter scripserit Gomes. 1. tom. c. 12. num. 78.) sed Reipub. favore rejicitur è testamentis: Vnde merito Papinian. in *d. l. mulieri, & Titio*, talem conditionem, beneficio legis remissam esse, scripsit, cujus etiam beneficij legis meminit Gaius in *l. cum ita legatum, sup. eod.* ut potè quae, non testatoris odio, sed potius legis beneficio, Reipub. causa impenso, è testamento rejiciatur. Quod quidem eam conditionem, turpem non esse, nec ut turpem rejici, indubitanter concludit, cum si turpis esset, dubitari non potest, quin jure ordinario remitteretur, *l. non dubitamus, sup. eodem*, nec ullo ad id specul. legis beneficio esset opus. Quae autem lex, ista fuerit, tradit & latè declarat Didac. spino in *d. gloss. 14. ex numer. 71. cum sequentib.*

11 Illud verò ex praedicta observatione notatu dignum colligitur, conditionem, scilicet, si non nupseris, in contractibus, nec vitari, nec ipsos vitare de primo constat, cum, quod extraordinario quodam jure, ac singulari legis beneficio placuit in ultimis voluntatibus, non liceat, sine lege extendere ad contractus, ex regul. qua a jure communi exorbitant, *regul. jur. libr. 6.* praesertim quòd non ea qua ratio erat introducendae legis in contractibus, ac in testamentis, facilius namque fuit, legem ferre contra unius hominis voluntatem, quam contra duorum simultaneum consensum, & voluntatem. Secundum verò ex primo deducitur, si quidem in contractibus, ad quos, extraordinarium jus illud, & speciale legis beneficium non extenditur, ut diximus, conditio, si non nupseris, jure ordinario judicanda erit, quo jure inspecto, eam, & actus sub ea conceptos valere, certum est, cum & in sup. premis voluntatibus, secluso illo speciali bene-



Prima pars.

beneficio legis, valituram fuisse conditionem, dubium non sit, qua ex beneficio legis rejecta, dispositio jure suo valida manet. Ex quo subinfertur, verum non esse, quod ex sententia Bald. in *Auth. cui relictum C. de iudic. viduit. tollend. tradit Cost. Imol. & Aret.* quos retulit secutus, in d. §. *si arbitratu*, limit. 2. num. 1. & 2. nempe, conditionem, si non nupseris, invalidare contractus, quibus adjicitur, juxta *l. si plagij, infr. de verbor. obligat.* quasi, conditio illa turpis sit, quod etiam in hac specie Costæ placuisset, idem placere debuit ei, in promissione virgini facta sub conditione, si arbitratu Titij nupserit, in qua diversum jus probavit in num. sequentibus. siquidem, in utraque specie, ejusdem legis beneficio, & ex eadem ratione, remittitur in testamentis conditio, quam nuptijs impedimentum fore, existimatum est, quo circa, quod in arbitratu conditione, diligenter Cost. probavit, probandum utique erit, in conditione, si non nupseris, promissioni rejecta, utraque, namque in testamentis relaxatur, speciali quodam legis favore, & beneficio, & quia turpis, aut impollicibilis non est, in contractibus obligabit, ex *regul. l. legem quam dixisti. C. de pact. l. legem quam venimus. C. de donationib.*

12. Quia verò talis conditio, sobolis procreandæ causa, legis beneficio sublata fuit in testamentaria dispositione, ut diximus, respondit Socin. *conf. 98. incip. alias consu-* numer. 7. *libr. 2.* eadem ratione, conditionem remitti, quæ, à liberis procreandis avertit, quem refert, & sequitur *Man. in d. §. si arbitratu, in princip. numer. 1.* ubi id, pro prima legis ampliacione scripsit.

Circa quod tamen, ego animadvertendum duxi, conditionem, quæ, à liberis procreandis, directè, & principaliter avertit, (ut puta Titio, si liberos non habuerit, centum, Scia, si sine liberis decesserit, fundum heredes dato) non parum differre à conditione, quæ à nuptijs avertit de qua præsens est scripturam, tamen si æquiparaverit eas Socin. *d. n. 7.* Etenim, conditionem illam, si liberos non habuerit, inter condiciones turpes annumerandam esse, censeo, præsertim si conjugato sit adscripta, ac proinde, eodem jure, ac illas, remitti debere, ut pote quæ, turpissimi criminis, aut etiam fædissimorum criminum periculo, eoque non rato sit obnoxia, qui enim in conditione, quam præcipit testator, non à nuptijs contrahendis, sed à procreanda sobole interdicitur, quid aliud jubetur, quam, aut conjugii, debitum conjugale non reddere, quod illi volenti, sine

labe criminis, hic negare nequit, aut à conjugate divertere, quod, reprehendendum esse, ac idcirco, conditionem quæ id jubet, ut turpem, nullius esse momenti, jam olim *Impp.* responderunt in *l. reprehendenda. C. de instit. & substit. sub condit. fact.* aut etiam alia deteriora procurare, ut non gignatur proles, aut, ut in utero genita non egatur, aut ut edita, à parentibus crudeliter abjecta, & exposita, non educetur, aut denique, educatam, contra naturæ votum, parentes abhorrere, non raro talis conditio cauſabit, crudelis ergò, & inhumana conditio est, quæ tot ac talium criminum periculum, & occasionem secum ferre potest, id verò, non raro eventurum, si ea valeret, facilè conjicitur ex non raro auditis, & ultra alias multas, in Regio Ulyſipponensi hospitali, quotannis infesto communi omnium sanctorum, spectatis infantium expositionibus, & ex non raro auditis pessimarum mulierum (quod longè deterius est) procuratis abortibus, turpitudinis suæ, turpissimo crudelitatis genere celandæ gratia, cui crimini ut obviaret, ejus absolutionem, sanctæ Sedi Apostolicæ, motu proprio reservavit felicis recordationis *Sixtus. V. Pontifex Maximus,* quam deinde reservationem Gregorius decimus quartus misericorditer sustulit. Cum ergo talia facinora, protegendi honoris causa, aut (ut melius dicam) protegendæ turpitudinis causa, non raro perpetrari videamus, cur non etiam, ea, credemus, lucri causa aliquando perpetrari? quid enim, non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Quare, conditio illa, quæ, non aliud, quam, plurimum, & nefandorum malorum secum fert periculum, & occasionem, merito, non Reipub. alicujus vè favore, sed odio potius testatoris, tanquam turpis, & iniqua è testamento rejicitur. Quod fit, ut talis conditio, ejusdem juris, & rationis non sit, cujus, illa, si non nupserit, in quo à *Socin. & Cost.* ubi supra, utramque conditionem, eodem jure, & ratione consentibus dissentio: nec enim conditio, quæ à liberorum procreatione avertit, legis beneficio remissa fuit, nec, ut remitteretur, aliquo speciali beneficio legis opus erat, ut constat ex dictis, sicut evenit in conditione, quæ à nuptijs celebrandis avertit, quam, non testatoris odio, sed propter Reipublicæ favorem speciali quodam legis beneficio sublata fuisse, antea ostendimus: nec enim talis conditio, turpis est, nec etiam, qui, lucri invitamento captus, à nuptijs abstinere, intendit, turpiter facit, ut facit, qui, dum non abstinet à copula, (quam talis conditio



ditio non vetat) liberos tamen non habere, procurat, sicuti scelerate quidem faciebat Onan ille, filius Iuda, atque idcirco percussit eum Dñs. eo quod rem de testabilem faceret, ut habetur *Genes. c. 38.* item qui abstinet à conjugali copula, consorti invito, obtinendi relictæ animo, injuste facit. Quare, merito, beneficio legis opus fuit, ut illa conditio, quæ à nuptijs contrahendis avertit, vocatis relaxaretur, quia turpis non est, nec impossibilis nõ sic, ut ista, quæ tanquam turpis, turpium conditionum regula, & jure, æstimanda erat, de quo in *l. non dubitamus, sup. eod. l. conditiones 1. & 2. sup. de conditionib. institut.*

Hæc autem ad utranque conditionem observatio, non verbalis, sed realis est, plurimi namque refert quo ad juris effectus, inter conditionem, si non nupseris, quia non propter odium testatoris, sed propter Reipubl. favorem remittitur in testamentis, & turpes conditiones, quæ in odium, & pœnam testatoris, è testamentis rejiciuntur, ut jam apparebit ex his quæ sup. diximus circa conditionem, si non nupseris, contractib. adjectam, & quæ latius inferius trademus.

13 Interim modo, inter has conditiones, de quibus egimus, eã erit utilis differentia adnotanda: quod conditio, si non nupserit, hodiè adscripta viduis, non rejicitur è testamento, sed valet in talibus personis, masculis, si ve fœminis, per *tex. in Auth. cui relictum. C. de indict. viduis. tollend.* & in corp. unde sumitur: conditio verò, si liberos non habuerit, & in nunquam nuptis, & in conjugatis, & in viduis, masculis, si ve fœminis nunquam valere potest, quia eandem turpitudinis occasionem, quam antea expendebamus, præbere semper potest: unde, veluti conditio turpis, rejicienda semper erit, *d. l. non dubitamus. l. reprehendenda. C. de instit. & subst. sub condit. fact. cum alijs.*

14 Ex supra dictis autem inferitur secunda inter prædictas conditiones differentia, videlicet, quod, si maritus uxori quidquam relinquat sub viduitatis conditione (quam hodiè valere, constat, *d. Auth. cui relictum*) talis mulier, quanvis non nubat, perdet legatum; si stuprum commiserit, perinde ac si viduitatis conditio à viro injuncta expressa voluntate, ex tacita illius voluntate, in hoc etiam casu locum sibi vendicet, & nè aliquid habeat amplius castitate luxuria, juxta *regul. tex. in l. his solis. C. de revocand. donationib. & in Auth. de restit. & ea que par. undecim mens. §. fin. collat. 4.* atque ita hanc sententiam ex Petro retulit Cost. in *d. §. si arbitrari, limitat. fin. un. 25.* & eam ibidem cum *num. sequent.* sequitur, & declarat. Ego vero, prædictæ sententiæ

addendum putarem, ut locum habeat, & si non maritus, sed quilibet alius, præsertim pater, filius, aut consanguineus, mulieri viduæ, sub conditione viduitatis reliquisset, talis nã conditio, ex verosimili mente defuncti, (quæ ut postea dicemus, magis quam verba, attendi debet) ad stuprum quoque pertinere, non dubiè credetur, & denique in hoc etiam casu locum sibi vendicat argumentum *d. l. his solis, & d. Auth. de restit. & ea que par. §. final.*

15 Quæ cum ita sint in conditione, si non nupserit, adjecta viduæ, in conditione tamen si liberos non habuerit, longe aliter dicendum fore, arbitror, videlicet, quod, si ve illa injungatur à marito uxori, si ve è contra, si ve quilibet alius, viduæ relinquat sub conditione, si liberos non habuerit, nunquam ob stuprum amittetur legatum: differentia verò ratio inter utranque conditionem, constans & perspicua est, nam, in non nubendi conditione maritus, uxori, & quilibet alius, viduæ mulieri, nihil magis quam castitatem præcipit, ideo namque talem conditionem imposuit per eam, vidualis continentia statum, mulieri injungeret, unde, quæ stuprum commisit si non, contra verba conditionis jure valere fecit, tamen contra mentem ejusdem conditionis palam commisit. At verò qui, non procreandi liberos, conditionem scripsit, non continentia statum, ea conditione præcipit, continentia namque, tali conditione, & si ea valeret matrimonium non prohiberi, sed duntaxat prolis susceptionem: unde conditio talis, per stuprum defecta censerit nequit, nec tunc aliquid amplius castitate, luxuria, habere, invenietur, quoniam similiter, cui talis conditio adjuncta fuit, ad castas nuptias secundo transmigret, relictum utique obtinebit, quia prædicta conditio, à nuptijs non avertit, ut jam dictum fuit, similiter ergo non aliquid amplius, sed tantundem mulier obtinebit, si luxuriose vivat: Præterea, conditionem istam quæ à liberis procreandis, directè & principaliter avertit, turpium conditionum jure censendam fore, & idcirco in odium testatoris, ac contra ejusdem voluntatem non valere, jam antea tradidimus, quo fit, ut quæ in odium defuncti, & contra ejusdem voluntatem rejicitur è testamento, non eam interpretationem, tacitæ defuncti voluntatis favore inductam promerere debeat, quæ assumitur in conditione, quæ, à nuptijs avertit, casu, quod ea valet, & ut valida, secundum testatoris voluntatem regitur, & accipitur, juxta *l. in conditionib. sup. hoc titul.* & alibi frequenter. Denique conditio illa, ob libidinis intemperiam defecta intelligi nequit, quæ secundum turpium



primum conditionum jus, & regulam nunquam  
valuit, privatio nãque, (ut vulgare est) præ-  
supponit habitum, & quod non est, deficere  
nequit. *l. nam & si sub conditione, sup. de injust.*  
*irritoque fact. testam. l. decem stipulatus,*  
*fr. de verb. obligat. §. servus autem, instit. de*  
*capit. diminut.* quod, in conditione, si non nup-  
tius, secus est, hæc enim, quia in viduis hodie  
valet, nimirum si in personis illarum, sicut a-  
impleri potest, possit & deficere, ut est in  
omnibus conditionibus, jure valentibus. Et  
hæc quo ad primum præmissum, quod supra  
pro nostræ legis intellectu, ac superiorum ad-  
versus eam difficultatum resolutione addu-  
ximus, quod erat, conditionem, *si non nupsse-*  
*ta,* in testamento scriptam non valere, idque,  
non propter testatoris odium, & pœnam, sed  
potius ob Reipubl. utilitatem, speciali quo-  
dam legis beneficio inductum fuisse, quo, &  
defuncti voluntas, propter Reipubl. favo-  
rem spernatur, non tamen, ut spreta, sed ut  
impleta reputatur.

16 Secundo, & principaliter præmitten-  
dum est, nihil magis, secundum *Papinian.* in  
præsenti, fore contra testantis voluntatem,  
quàm, ut mulier in specie de qua hic, utrum-  
que legatum acquireret, cum enim, *Titia,* à  
testatore, ducenta legata proponantur, sub  
conditione, si non nupsisset, & si nupsisset,  
centum, clarissime constat, defunctum, alte-  
ro duntaxat legato, in omnem eventum,  
mulierem contentam esse, voluisse, ut pote,  
qui utrumque legatum, sub contrariis con-  
ditionibus, clara, & expressa voluntate reli-  
quisset, è quibus, scilicet, si altera extitisset,  
eius eventu alteram deficere, necesse erat: nec  
enim, si mulier in specie nostri *tex.* negativã  
nuptiarum conditionem, verè & realiter, pro-  
tulerit, & realiter defuncti voluntas postula-  
verit, adimplet, potuit, non deficere nuptiarum  
affirmativa conditio: sicut & è contra,  
si hanc adimplet, prout adimplevit apud  
*Papin.* in præsentem, non potuit non illa deficere  
verè & realiter, secundum veram & realè  
defuncti voluntatem, affirmatio namque, &  
negatio ejusdem rei, inter se pugnant, & ex-  
tremis contraria sunt. Quo fit, ut & si in  
specie nostri *tex.* non nubendi conditio re-  
mittatur contra testantis judicium, ut aliàs  
conditio hæc remitti solet, magis tamen de-  
functi judicio negabitur, si & illa remittatur,  
& nubendi conditio, contractis jure nuptijs,  
pro impleta habeatur ad hoc, ut centum resi-  
dua, sub ea relicta, mulieri quoque debeantur,  
quam, si illa remissa, vel pro impleta ha-  
bita, centum sub nubendi conditione relicta  
contractis nuptijs, mulieri non debeantur.  
Constat itaque ex priori præmissis, eam con-

ditionem, quæ nuptijs impedimento est, è  
testamento rejici contra defuncti voluntatè,  
id tamen, non ejus odio, sed Reipubl. favore  
provenire. Ex posteriori verò, multo minus,  
defuncti voluntati in specie nostri *tex.* obvia-  
ri, si spreta ejus voluntate, in non nubendi  
conditione, explicita, mulier ad legatum sub  
ea relicta admittatur, repulsa ab altero, cu-  
jus, in forma specifica, nubendo, conditionem  
implevit, quam, si ad utrũque legatum, in-  
quemvis eventum admittatur, cum nihil ma-  
gis contra defuncti voluntatem, in præsentem  
fieri potuisset, quam, si utrumque legatum  
mulieri, nupsisset, vel non nupsisset, præstitũ  
fuisse.

17 His duobus certissimis de jure præ-  
missis, certissimus, & omni difficultate subla-  
ta constans, jam apparet intellectus nostri *tex.*  
apparetque, in eo, Jurisconsult. eleganter,  
& subtiliter, ac secundum verè & legitime  
conjecturam, defuncti voluntatem respon-  
dissè, ut sic in præsentem, & eximia juris subti-  
litas, cum eximia, supremæ voluntatis obser-  
vantia concurrat, cum enim in specie quam  
proposuit hic *Papin.* juxta literam, quam, cũ  
alijs, veriore esse, supra tradidimus, ea con-  
ditio, nuptijs impedimento sit, sub qua, pin-  
guius, ducentorum legatum, mulieri relicta  
fuit, hæc profectò, quantumvis neglecta de-  
functi voluntate, beneficio legis, è testamen-  
to rejicienda erit, ne quod omnino nuptijs im-  
pedimentum inferatur, ut aliàs inquit idem  
Jurisconsult. *in l. cum tale. §. si arbitrari, sup.*  
*ead.* unde erit, ut mulier, nubendo, & sic, a-  
perto Marte contra defuncti voluntatem ve-  
niendo, ducentorum legatum nihilominus  
petere, valeat: quia vero, si centum quoque  
residua petat, eo quòd, nubendo, eorum con-  
ditionem adimplevit, ea contra testatoris vo-  
luntatem indubitanter postulabit, quantum-  
cunque eorum conditionem implevisset, ut  
diximus in posteriori præmissis, jure quidem  
optimo, & summa cum ratione, ab hujusce le-  
gati petitione repellatur, quod, si præstetur,  
contra voluntatem defuncti utique præstabi-  
tur, & non præstitum, nullum, nuptijs im-  
pedimentum præstabit: nam si mulier, nube-  
re vult, (prout, voluisse, apparet) nequaquã  
potuit, à nuptijs retardari invitamento mi-  
noris legati, sub nuptiarum conditione reli-  
cti, sed maioris, quod, sub negativa relicta  
fuit. Hoc ergò, præstari debuit, rejecta con-  
ditione, quæ, nuptijs impedimento erat, non  
item illud, quod, contra defuncti voluntatem  
præstaretur, cujusque abnegatio nuptijs, aut  
aliquibus bonis moribus, impedimento esse,  
nunquam potuit.

18 Vndè jam apparet, cessare superiores  
diffi.



difficultates, contra nostri text. decisionem adductas, quod enim, circa priorem dicebamus, in presenti, si non nupterit, conditionem, quæ alioqui pro non scripta reputari solet, multum operari, cum & validæ conditionis implementum, invalidum, ac sine effectu reddat, atque idcirco immeritò pro non scripta, & nullius momenti dici, quæ tanti momenti extitit in presentiarum, provenit ex eo, quia circa validam nuptiarum conditionem, sic testatorem voluisse, apparet, casu, quo, licet ea fuisset impleta, ducentorum tamen legatum, cujus revera conditio defecisset, mulieri præstandum esset, porro in conditionibus, quæ jure valent, primatum obtinere defuncti voluntatem, eam quæ, illas, regere, & idcirco ante omnia debere attendi, & observari, & si conditionis verba, aliud præcipiant, non ignoti juris est.

19 Similiter etiam cessat altera difficultas, qua, posteriori loco argumentabamur, contra notas conditionum regulas, in secunda nostri text. parte accidisse, dum in ea Papinian. mulierem, quæ, legitima ac Reipubl. utilem, nubendi conditionem, in forma specifica adimplevit, à centum, sub ea legatis repellit, nam totum hoc, quod in eventum conditionis, legata præstentur, pendet à voluntate defuncti, quæ regit conditiones, unde tandiu in eventum conditionis legata præstentur, quandiu voluntas defuncti non refragetur, prout in presenti refragari, apparet, si, existente nuptiarum conditione, sub qua, centum mulieri relicta fuerunt, ducenta nihilominus petere possit, quæ, sub contraria, non nubendi conditione, ei relicta proponuntur: sicut etiam apparebit, ubi, inter legatarium & testatorem, capitales vel gravissimæ inimicitia intercesserint, nam, quanvis legati conditio postea existat, non adeo magis debebitur legatum. *l. 3. §. fin. sup. de admend. legat.* quod, propter tacitam testatoris voluntatem provenire, certum est. Denique totum hoc, in nostro text. operatur voluntas defuncti circa nubendi conditionem, circa quam potuit utique, quantum voluit, sicut alias potest circa legitimas, ac jure valentes conditiones, juxta *regul. d. l. in conditionib. sup. eod.* adeo, ut aliquando etiam per contrarium, defecta conditione legati, legatum nihilominus debeat, ex verosimili testatoris voluntate, ut in *l. 1. C. de institutionib. & subst. sub condit. fact.* ubi tradunt doctores, nimirum ergo, si è contra, adimpleta conditione legati, legatum non debeat ex verosimili testatoris voluntate, in specie nostri text.

20 Sed Papinianus, qui posset responsio suo, aut ex mente defuncti, aut ex juris subti-

litate exhaustam rationem adaptare, ratione, magis ad legis subtilitatem, quam ad voluntatis conjecturam spectantem subjunxit in *versic. Ridiculum est enim*, ubi eleganter, & acutè respondit, idcirco utrunque legatum, mulierem petere non posse, quia ridiculum erat, eandem, & ut viduam, id est, non nuptam, & ut nuptam admitti, quanvis enim ad ducentorum legatum, mulier nupta, palam & jure optimo admitti postulabat, non tamen ut nupta, postulare debebat, sed magis ut non nupta, quasi, legatum, sub non nubendi conditione relicto, mulier, nubendo, perinde petat, ac si beneficio legis, non nupta reputetur, atque ita, nubendo, beneficio legis perinde habetur, ac si, non nubendi conditione paruisset, ut tradit *glossa*, & *Bart. hic per l. mulieri & Titio sup. eod.* Unde, nupta quidem, palam, & coram judice, ducenta, sub non nubendi conditione relicta petit, non tamen ut nupta, sed magis ut non nupta, ut sic, quasi, sprete defuncti voluntate, revera nupta est, beneficio legis, & ex fictione quadam, Reipubl. favore, à lege introducta, pro non nupta habeatur; Atque ita, cum ad ducentorum legatum, mulier, & si maritata admitteretur, ut vidua tamen admitteretur, ridiculum certe erat, & legis interpretationi, & fictioni, ac denique defuncti voluntati maximè contrarium, eam, quæ ut non nupta, ad ducenta admittatur, ut nuptam, ad centum quoque residua admitti: meritò ergo, ut contraria legans, audienda non erat, juxta *regul. l. 1. C. de furt. & serv. corrupt.* quam regul. pro sumario hujus legis scripsit *Bart.* in presenti notavit *glossa hic, Paul. & Imol. in princip. qui*, ad hanc legem hanc allegari, dixerunt.

21 Hinc ego, nove & utiliter inferri, putavi, quod si in specie nostri text. Titia, majus legatum, sub turpi aliqua conditione fuisset relicto, & exiguius sub contraria, videlicet, quia, ei ducenta relicta proponerentur, si patrem ab hostib. non redimeret, & centum, si redimeret, inferri, inquam, putavi, quod in tali specie, si Titia, minoris legati conditione parendo, patrem ab hostibus redemisset, & ducenta relicta sub non redimendi conditione, quia talis conditio, turpis est, & centum quoque residua, sub contraria relicta, quæ huic paruit, petere posset, non alterutro dicitur contenta, cessat enim in ea conditione, quæ vere turpis est, præsens Papiniani ratio in *d. versicul. Ridiculum est enim*, nam, quæ, patrem, ab hostibus redemit, affirmativæ conditioni parendo, ad ducentorum legatum, sub negativa relicto non admittitur, quasi, paruisset, quasi, inquam, patrem, ab hostibus



non redemisset, sed potius, quia talem conditionem, quæ turpis & iniqua est, contra testatoris voluntatem, & in odium ac pœnam ipsius, leges, apertè contemunt, & contemni jubent. *l. reprehendenda C. de institut. & substit. cum alijs.* Non sic in conditione nuptias abnegante, quam, & si leges, contemni, permittant, quia tamen id, non testatoris odio, sed Reipub. favore permittunt, non, apertè contemni, volunt, sed magis colore quodam superposito, quo, & si tali conditioni, revera paritum non sit, fictione tamen legis paritum esse, dicatur, quæ fictio, quia ab æquitate semper procedit, (fictionis namque introducendæ causa semper æquitas est. *l. post dominium, inf. de captiv. & postlimin. revers. tradunt Doctores in l. si is qui pro emptore in causa de usufructu.*) circa conditionem, si non nuptias, summa ratione inducta fuit, enim vero talis conditio, turpis non est, & tamen quia ea non valet, Reipublicæ favore, soboles, scilicet, procreandæ causa, æquum erat, beneficio legis providere, ut quanvis conditioni revera contraventum foret, impleta tamen fingeretur: quæ æquitas, non idem in turpibus conditionibus exigebat: Unde patet in odium & pœnam testatoris tales conditiones jubentis, eæ pro non scriptis habentur, cessante, nempe, in eis omni æquitate, & exinde pro eis fictione legis de qua hic, cessante, secundum veram & receptam Bart. doctrinam *in d. l. si is qui pro emptore numer. 67.*

Ea itaque differentia est, inter conditionem, si non nuptias, & turpes conditiones, quod illa rejicitur à legatis, perinde tamen, ac si fuisset impleta, hæ verò rejiciuntur quidem, perinde tamen, ac si scriptæ non fuissent: unde cum in hujusmodi legato, Titia ducenta, si patrem ab hostibus non redemerit, adscripta conditio non redimendi patrem, perinde habeatur, ac si scripta non fuisset, consequens est, quod Titia, quæ, spreta, non redimendi patrem, conditione, eum ab hostibus redemit, ducenta relicta petat, non quasi, patrem non redemisset, non enim petat, quasi, turpi conditioni paruisset, sed potius, quasi, purè legata fuissent, pro non scripta, videlicet, habita conditione turpi: Quo fit, ut in proposito themate, & ducenta rectè petat, quasi, sine ulla conditione, legata, & centum residua, sub conditione, si patrem ab hostibus redemerit, relicta si huic paruit: nec tunc in contrariorum allegatione mulier reprehenditur, sicut eveniebat in specie nostri textus. nec enim (ut dictum est) ducenta petet, quasi, patrem ab hostibus non redemerit, & centum residua, quasi redemerit, sed ducenta,

quasi, pure legata, habita pro non scripta, illorum conditione, centum verò residua, quasi, redimendi conditioni, sub qua relicta fuerunt, paruisset.

22 Qua ratione, idem dicendum erit, & si sub impossibili conditione, Titia ducenta relicta fuissent, & sub contraria, centum, hoc modo, Titia ducenta relinquo, sub conditione, si digito cælum tetigerit, & centum, si cælum digito non tetigerit, nam & ducenta mulier petet, quasi, pure relicta, conditione impossibili, pro nulla habita, ut, apud antiquos Jurisconsultos obtinisset, refert Ulpian. *in l. obtinuit sup. hoc titul. & centum quoque residua, relicta sub contraria conditione, quæ, quia præsens, & necessaria est, l. impossibilis conditio, infr. de verbor. obligationib. purum legatum facit secundum Jurisconsultorum omnium sententiam, ut Author est idem Ulpian. in l. servum meum 50. § si in non faciendo, sup. de heredib. instituend. juncta sententia glossæ primæ ibi, quam adversus Bari. & alios ibidem, cum Ludovic. Roman. Aret. & Andr. sicut. in d. l. impossibilis conditio, sequitur, & ingeniose probat noster Eman. lib. 1. select. interpret. c. 8. num. 1. cessat itaque in impossibili, & ejus contraria conditione, ridiculosa illa contrarietas, quam perpendit in præsentem Papinian. sicut & in turpi, cum ejus contraria, antea dicebamus.*

Sed in impossibili & ejus contraria, illud plus est, quod prædictæ observationi voluntas defuncti adstipulatur, nam impossibiles conditiones, pro multis habentur, ultimæ voluntatis favore, & ex quadam voluntatis conjectura, qua, testatorem, locole potius quam seriò tales conditiones adscripsisse, præsumitur, nè alioquin, serium ultimæ voluntatis actum, totum irrisorium, & nullius momenti facere, voluisse, præsumatur, contra, *l. 3. sup. de testam. milit.* Unde, qui Titia ducenta reliquit, si digito cælum tetigerit, merito, voluisse, præsumitur, ut Titia ducenta haberet, & si cælum non tetigerit, quod digito tangere, natura impossibile est: & qui insuper, centum Titia reliquit, si cælum non tetigerit, manifeste voluit, Titia centum præstari, si cælum non tetigerit, quo fit, ut in hac specie, ad utrumque legatum Titia secundum testatoris voluntatem admitti debeat; Non sic evenit circa turpem conditionem, ejusque contrariam; nam, qui Titia ducenta reliquit, sub conditione, si patrem ab hostibus non redemerit, & centum, sub conditione si redemerit, voluit utique, eam, alterutro duntaxat legato fore contentam, vel, inquam, centum, si patrem ab hostibus redimeret, vel ducentorum, si non redemeret,



meret, quia, ut hoc obtineretur legatum, turpem conditionem adimpleri, voluit testator, ut pote quæ, contra testantis voluntatem rejicitur è testamento: atque ita, cum in hac specie manifeste pateat, testatorem voluisse, ut Titia, si ducentorum legatum ei deberetur, centum quoque residua petere, non posset, quæ sub justa & legitima conditione reliquit, quantumcunque tali conditioni paritum sit, videbatur dicendum, quod & si Titia tali conditioni paruisset, patrem, videlicet, ab hostibus redimendo, non ideò magis, centum sub ea relicta petere posset, ducentis contenta, quæ ubi Titia haberet, circa posterius legatum, defuncti voluntas cessabat, quæ, circa illud potuit, quod voluit, ut pote circa non turpe legatum, sed potius sub legitima & justa conditione derelictum, ut supra observavimus circa nubendi conditionem, de qua in nostro *tex.* inde deducentes, eam idcirco, effectu relicti carere, quantumvis adimpleretur.

Sed nihilominus, verius esse, existimo, utrumque legatum, Titiam habere posse in prædicta specie, sicut antea probavi, quanvis enim, utrumque habere, sit contra defuncti voluntatem, & in altero ex eis, quia legitimum, & sub justa conditione relictu fuit, videbatur, posse testatorem, quod voluit: prioris tamen legati conditio turpis (unde hæc nascitur conjectura pro posteriori), adeò legibus odiosa & infesta est, ut, & ipsa odio testatoris rejiciatur, & indigna sit, quod ex ea, ulla, circa aliam defuncti dispositionem, voluntatis conjectura sumatur, quasi, quæ sic turpitudine scatet, nec debeat inspicere ad hoc, ut ex ea, voluntatis conjectura circa alia probetur, quanvis alias, ex dispositione invalida, testatoris voluntas rectè probetur. *l. final. sup. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt.* ubi id pro regula notatur, ad quod etiam allegari, potest noster *tex.* juncto superiori intellectu, secundum quem, ex conditione, si non nupserit, quæ jure invalida est, efficax sumitur voluntatis conjectura adversus posterius legatum, sub conditione, si nupserit, relictu: sed id, ex eo est, quia in conditione, si non nupserit, nulla turpitudine versatur, ut pro priori præmisso resolvimus supra, atque idcirco nimirum, si quanvis revera non valeat, ex ea tamen, circa legatum sub legitima nubendi conditione relictu, voluntatis conjectura jure probetur, ut supra probavimus. Ex quo interim, ultra supra dicta, notabitur, quantum distet inter conditionem, si non nupseris, & conditionem, si liberos non habueris, quam, turpem esse, supra ostendimus.

24 Sed certè, postquam circa turpem conditionem, cum ejus contraria, præcedentem resolutionem scripsi, de illa plurimum dubitavi, adeò ut, in contrariam sententiam jamjam inclinari, videret, idque ex eo, quia ubi ita legatum proponeretur, Titia, si patrem ab hostibus non redemerit, ducenta, si redemerit, centum, non tam, duo esse legata sub contrarijs conditionibus relicta, quantum unum cum partis ademptione, pænæ causa postea scripta, videretur, qui enim, ita disposuit, Titia, si patrem ab hostibus non redemerit, ducenta, si redemerit, centum, idem disposuisse videtur, ac ille, qui Titia, ducenta reliquit, si patrem ab hostibus non redemerit, ac deinde, ejus coercendæ causa subjunxit, quod si redimeret, ex ducentorum legato, centum eidem adimerentur: quo casu nemo affirmaret, Titiam, quæ patrem ab hostibus redemisset, trecenta habituram, cum ducenta præstari, satis esset, neglecta conditione turpi, sub qua, in priori oratione relicta fuerant, neglecta item ademptione centum, quæ in posteriori, pænæ nomine eadem adempta fuerunt, juxta *l. unic. in fin. de ijs qua pæn. nomin. §. final. in fin. in fin. de legat.*

25 Verumtamen re maturius deliberata superior resolutio magis placuit, quia pænâ à conditione voluntas defuncti separat, & pænâ, an conditio sit, ex voluntate defuncti apparet, idque Severus, & Antoninus rescripserunt, ut refert Marcian, *Jurisconsultus*, *l. final. sup. de his qua pæn. nomin. relinq.* atque in illa oratione, & si patrem ab hostibus redemerit, centum, non adimi pænæ causa, patrem prioris legati, sed potius novum legatum, sub conditione relinqui, ea mihi ratio omnino perluasit, quod, si testator, Titiam patris redemptione, pænâ aliqua coercere intenderet, ei ducenta legaret sub conditione, si patrem ab hostibus non redimeret, nec ulterius progredere, centum legando, si redimeret, quia in priori illa oratione, hoc venit secundum testatoris voluntatem, quod si Titia, patrem ab hostibus redimat, ex ducentorum legato nihil habeat, ergo manifeste apparet, multo magis Titiam coercere patris liberatione, inspecta defuncti voluntate, quæ pænâ à conditione discernit, non addatur ea oratio, & si redimerit, centum relinquo, quam si ea addatur: Atque ex voluntate defuncti apparet, tali oratione pænâ Titia non injungi, quo magis à patris redemptione abstineret (cum si hoc voluisset testator, ab illa oratione sine dubio abstinuisset) sed Titia novum legatum sub conditione, si patrem redemerit: quæ



apparet, testamentum hunc, in utrumque  
centum Titiae legare, voluisse, vel inquam  
partem ab hostibus non redimeret, vel si re-  
dimeret, exiguiori tamen legato, in hoc, quā  
illo casu, ei providere, voluisse, non ta-  
men idcirco, in posteriori legato, legatum  
penale, aut etiam ademptionem penalem  
versari, dicendum est, ut constat ex dictis:  
quibus additur in confirmationem praesens  
Papiniani responsum, in quo, Titiae ducenta  
legata proponuntur, si non nupserit, & cen-  
tum, si nupserit; nec tamen quisquam vel  
mediocriter mentem Papiniani scrutatus af-  
firmabit, in ea oratione. *Et si nupserit, centum,*  
nam tam Titiae legatum dari sub conditio-  
ne, si nupserit, quam pænæ causa, partem  
prioris legati adimi, cum, si talem fuisse de-  
functi mentem, Papinianus perspexisset,  
non utique respondisset, centum quoque re-  
linquenda, mulierem nuptam petere, non posse,  
quasi in hoc propositæ quæstionis dubium  
versaretur, an, scilicet, trecenta mulieri debe-  
antur; sed aptius respondisset, integrum du-  
centorum legatum posse petere, neglecta  
partis ademptione, pænæ nomine scripta,  
quasi, dubium esset, an, ducenta absque par-  
tium diminutione deberentur. Denique, non  
oratione, centum quoque residua, Titiam  
tantam non posse petere, Papinian. res-  
pondisset, quod ridiculum esset, eandem, &  
viduam, & ut nuptam admitti, sed potius,  
ducenta debere præstari, de quibus solum  
ratio esset, ea ut pote generali, & certifi-  
ca juris, ratione, quod pænæ nomine adem-  
ptio, inutilis esse, appareret. *d. l. unic. d. §. fin.*  
*de legat.*

Quare verius est, in specie nostri tex. duo  
legata sub contrarijs conditionibus reli-  
cta, & ideo utrumque peti non posse; posse  
vero in ea, de qua agimus, cum etiam ibi, duo  
proponantur legata sub contrarijs conditio-  
nibus relicta, quia altera ex eis turpis est, at-  
que idcirco, pro non scripta est habita, quæ  
tamen, quia talis est, nec utilis est ad hoc, ut  
ea, contra legatum sub justa conditione  
relictum, voluntas defuncti probari debeat:  
unde, si justæ conditioni paritum fuit, habe-  
bit mulier centum, sub ea relicta, cui etiam  
ducenta præstabitur, sub ea conditione re-  
linquenda, quia lex naturæ abhorret, leges  
quoque civiles abhorrentes, pro non scripta  
habentur.

Illud postremo addendum est pro dif-  
ferentia inter turpem legati conditionem cū  
contraria, & impossibilem cum contra-  
eiusdem, videlicet, quod in turpi cum e-  
contraria, tunc demum superior resolu-  
tio procedit, cum maius legatum, sub turpi

conditione relictum apparet, & minus, sub  
contraria, secus è contra, ut puta, si Titiae  
centum relicta proponerentur, si patrem ab  
hostibus non redemisset, & ducenta si rede-  
misset. Nam in tali specie, mulieri legitimæ  
conditioni parenti, ducenta duntaxat, sub ea  
relicta, præstabitur, non etiam residua cē-  
tum, in quorum conditione nullam turpitu-  
dinem versari, ex adjectione sequentis legati.  
palam conjicitur. Qui enim unum legatum  
mulieri reliquit, sub conditione, si patrem ab  
hostibus non redemerit, & aliud maioris quā-  
titatis, sub conditione, si redemerit, apparet,  
mulieri quidem in utrumvis eventum legare,  
voluisse, pinguiori tamen legato, ei in patris  
redemptionem providere, voluisse, unde  
nulla in hoc testatore turpitudine deprehen-  
ditur, quæ utique deprehenditur in illo, qui  
maius legatum sub non redimendi conditione  
dereliquit: quo fit ut in hac specie turpis cō-  
ditio sit, non verò in illa, in qua testatoris vo-  
luntas observanda erit, secundum quam, si  
mulier patrem non redimat, centum capiet,  
si redimat, ducenta duntaxat. Et idem erit,  
ubi ita dicatur, si liberos non habuerit, cen-  
tum do, lego: si liberos habuerit, ducenta do,  
lego: nam & si conditio illa, si liberos non ha-  
buerit, simpliciter sumpta, turpis iudicetur,  
ita ut, illa pro non scripta habita, legatum  
purè debeat, ut supra tradidimus, in hac  
tamen specie, propter adjectionem pinguior-  
is legati in contrarium eventum relicti, nul-  
la turpitudine deprehenditur, sed potius vo-  
luisse testatorem, maiori legato providere in  
casum susceptorum liberorum. At vero in  
impossibili conditione, & ejus contraria, sem-  
per utrumque legatum præstabitur, sive sub  
impossibili maius, & sub contraria minus, si-  
ve e contra relicta proponantur: nam semper  
in legatis conditio impossibilis reperitur, &  
ejus contraria, & ad utriusque legati præsta-  
tionem, æqua ubique defuncti voluntas con-  
jicitur.

27 Sed (ut ad conditionem, si non nup-  
seris, de qua præsens actio est, revertamur)  
superest adhuc, respondere difficultati, *l.*  
*mulieri & Titio 74. sup. eod.* qua superius cō-  
tendebamus, in eo tex. conditionem, si mu-  
lier non nupserit, mulieri & Titio adscrip-  
tam, in mulieris persona, jus accrescendi im-  
pedire, cum, si purè mulieri, de qua ibi, &  
Titio sub conditione, usufructus legatus ef-  
fet, evacuata pars Titij, vel ob conditionis de-  
fectum, vel ob repudiationem ipsius, non du-  
bie, mulieri accresceret. *l. i. §. interdum, sup.*  
*de usufruct. accrescend.* qua re conditio illa, *si*  
*non nupserit*, adscripta mulieri & Titio in ca-  
su *d. l. mulieri & Titio*, in persona mulieris  
non



non parum operari, videtur, si quidem propter ejus adjectionem, pars usufructus defecta in Titij persona, non accrescit mulieri, quæ utique accresceret, si mulier, absque ulla conditione, cum Titio vocaretur, juxta notas circa jus accrescendi traditiones. Sed hujus difficultatis solutio scribitur à Papinian. *in d. l. mulieri & Titio, versicul. tantum enim*, junctis quæ supra attulimus circa Jurisconsulti rationem in præfenti, cum enim hujusmodi conditio, *si mulier non nupsit*, quanvis revera deficiat, perinde legis beneficio habeatur, ac si fuisset impleta, ut tradidimus, recte dicitur à Papiniano *in d. l. mulieri & Titio, versicul. tantum enim*, ideò in specie de qua ibi, partem usufructus, in Titij persona defectam, mulieri non accrescere, quia tantum, beneficio legis, ex legato, ei concessum esse, intelligendum est, quantum haberet, si conditioni paruisset: porro, si mulier, de qua ibi, conditioni paruisset, partem duntaxat usufructus haberet, altera usufructus parte Titio delata, existente, videlicet, in mulieris persona conditione, sub qua ille vocatus fuerat: ergo, si revera, mulier conditioni non pareat (quo casu, beneficio legis, paruisse, fingitur) merito respondetur, eam, non habituram usufructus partem in persona Titij defectam, si quidem, præterquam quod hoc è testatoris voluntate esse, apparet, non plus debuit habere mulier, fìcte parendo, quam si vere paruisset, satis namque erit, si tantum fictio operetur in casu ficto, quantum in vero, veritas operaretur, *l. si filius familias, supr. si cert. pet. l. qui ad certum, supr. locat. & conduct. l. lex Cornelia, supr. de vulgar. & pupillar. substit. Doctores in l. si is qui pro emptore, infr. de usucapionib.*

28 Unde, quia si mulier, vere conditioni pareret, quo casu, pro parte quoque Titij conditio existeret, tunc, Titio mortuo, vel capite minuto, ejus pars mulieri accresceret, juxta *d. §. interdum, cum*, usufructuarij morte, aut capitis diminutione, usufructus extinguatur in ejus persona, dicendum videbatur, quod si Titius moreretur, aut statum mutaret, in specie *d. l. mulieri & Titio*, pars usufructus, quæ ei relicta fuerat, accresceret mulieri, de qua ibi, juxta sententiam, quæ adversus *glossam final.* ibidem Bartol. & communiter scribentes, cum alijs, quos refert, probat Cost. *in d. §. si arbitrato, limitat. 4. num. 6.*

29 Ex quo loco usque ad finem illius limitationis, subtile Papiniani responsum *in d. l. mulieri, & Titio*, (circa cujus interpretationem alij multum insudaverunt) ipse novissime, & præter omnes, subtilissime interpretatus est,

intelligens, in casu de quo ibi, partem usufructus Titio relicti, mulieri accrescere, si Titius moriatur, vel libertatem amittat, cum amissione, maxima capitis diminutio contingit, non vero, si minimam, aut mediam capitis diminutionem pateretur, quanvis olim minima, usufructus amitteretur, hodie vero, maxima, & media, *l. corruptionem C. de usufruct. §. final. instit. eod. tit.* Et movetur Cost. in hanc novam, subtilemque Papiniani interpretationem, ex eo, quia, & si acquiritur usufructus finiatur non solum maxima, sed etiam media capitis diminutione, & olim minima etiam finiretur, *d. l. corruptionem, §. d. §. final.* tamen legatum conditionale usufructus, media capitis diminutione non perimitur, ut expresse probat Bart. *in l. S. pronius Attalus in fin. supr. de usufr. legat. l. intercidit, supr. hoc nostro titul.* maxima vero capitis diminutione, quæ, inquam, adimittit libertatem, perimitur tale legatum, si morte, juxta *d. l. intercidit, in fin. & lex §. si quis rogatus, in 2. versicul. sed si sermo sit fr. ad Trebell.* porro in proposita specie, in qua mulieri & Titio usufructus, si non nupsit mulier, relictus est, considerat Cost. conditionem usufructus Titio relicti, non venire posse, quam mulier moreretur, quæ si conditionem impleret, præstita cautio de non nubendo (ad quem modum conditionis implendæ videtur respexisse Papinianum dum scripsit, tantum mulierem habituram si conditioni non paruisset, quantum haberet, si paruisset) si, inquam, mulier præstita cautio de non nubendo, conditioni paruisset, non ideo magis, Titio statim debetur legatum, qui Mutianæ cautionis exemplum in prædicto casu habere non possit. *avia quest. 77. §. Titio, in fin. supr. eod.* sed tamen demum, pro parte usufructus eidem legata conditio existeret, inciperet, cum mulier nupta moreretur, *l. cum tale, §. 1. supr. eod. pater Severinam §. socrus l. hoc genus infr. eod.* sic ergo, si mulier conditioni paruisset, partem usufructus haberet, reliquæ vero partis Titio relicte conditio penderet, quandiu mulier vivebat, unde, & si interim Titius minimam, aut mediam capitis diminutionem pateretur, non extinguebatur ejus partem legatum, sed nihilominus in eventum conditionis perdebatur, juxta *d. l. intercidit, in fin. quid ergo, & Bartol. sententiam in d. l. S. pronius Attalus, in fin.* restat itaque, ut Titio mortuo, aut maximam duntaxat capitis diminutionem passio, legatum perimatur, juxta *d. l. intercidit, in princ. & in fine*, atque hoc circo, quia his demum casibus, pars usufructus Titio relicti, mulieri conditioni par



competeret jure accrescendi, juxta *d. l. 1. §. interdum*, eidem tantum, & non alijs, eadem pars mulieri competeret, si conditioni, non parviffet, tantum enim concessum est mulieri, si non pareat conditioni, quantum concederetur, si pareret. *d. l. mulieri, & Titio*, cujus circa verba, ibi. *Et in eodem statu erit*, ad libertatis statum duntaxat referenda esse, subtilis noster *Em. in d. limit. 4. num. 6.* subtiliter interpretatus est.

30 Ego certe ejus interpretationem in hac parte probo, ipsius verò sententiam, & aliorum, quos ipse secutus est, existimantium, mulierem, quæ nupfit, in specie *d. l. mulieri, & Titio*, partem usufructus, Titio derelictam, eo mortuo, vel statum mutante, quanvis in servitute sit, fore habituram, non indistincte probo, ex eo, quia dum ij Doctores proponunt, mulierem, conditioni non nubendi contravenientem, illicò, partis Titio derelictæ conditionem defecisse, proponunt, quæ tamen mulieri non accrescit, quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit, ut utriusque sententiæ auctores, pro certo habent, & palam respondit *Capit. in d. l. mulieri, & Titio*: reliquum est ergò, si nec Titio, jure legati, seu fideicommissi, pars illa debetur, quia ejus conditio defecit, nec interim mulieri, jure accrescendi, quia non debet habere plus, non parendo conditioni, quam parendo, ut quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit, penes hæredem ex cunctorum sententia, supposito, quòd in hereditario, hæredis vè fundo, testator mulieri & Titio usufructum reliquerat, nec tamen penes eum manebit ea pars usufructus, tanquam usufructus formalis, quanquã hæredem, qui proprietatis dominus est, in ea, partem usufructus formalis habere posse, nõ ignorem: sed hoc est, quando ei, & alteri, usufructus legatus fuit, sive expresse, sive tacite juxta *tex. in l. idem Neratius. §. non solum, de usufr. accrescend. & in l. si alij sup. de usufr. legat.* manebit itaque, ea pars usufructus, de qua loquimur, penes hæredem, rei dominum, tanquam usufructus causalis. Est autè usus rei non levis utilitas (ut & hoc obiter adnotemus) quia, si veluti pars usufructus formalis penes hæredem esset, inde sequeretur, quòd eo mortuo, aut capitis diminutionem patiens, pars usufructus, jure accrescendi contra competeret, juxta *d. §. non solum*, quòd tamen non erit, si veluti pars usufructus causalis, in hæredis dominio maneat, prout manere debet in prædicta specie, sicuti quòdcumque legatum manere solet, cujus conditio defecit, ubi substitutus non est, aut conjunctus, cui deferri possit, juxta *l. v. §. si autem aliquid, versic. quòd si in*

*medio. C. de caduc. tollend.* Constat itaque, negari non posse, partem usufructus Titio relictam, si non nupserit mulier, illa nubente, penes hæredem manere, adinstar legati, cujus conditio defecit.

Nunc ergo, quo jure, quavè ratione, usufructus hæredi, legitimo jure quæsitus, qui nullo modo spectat ad Titium, morte Titij, aut ejus status mutatione, ad mulierem pertinebit? nam accrescendi jure pertinere non potest, quanvis enim usufructus, ejus naturæ sit, ut & post acquisitionem admittat jus accrescendi, juxta *d. §. interdum, versicul. sed in usufructu*, hoc tamen locum habet, quando alter ex confortibus, usufructus partem, quam habebat, amisit, tunc enim usufructus amissus, quavis jam constitutus fuisset, nihilominus, jus accrescendi admittit, ut dicitur *in d. versicul. sed in usufructu*, Atqui secundum ea quæ proponuntur, usufructum, qui penes hæredem est, morte, aut status mutatione non amisit Titius. *l. 1. versicul. sed ita demum, sup. quib. mod. usufr. amitt.* nec enim, quòd non habebat, amittere potuit, juxta *reg. l. decem stipulatus, infr. de verbor. obligat.* ergò si usufructus, morte, aut status mutatione, in persona Titij contingente, non amittitur, nequaquam poterit, in prædictis casibus cuiquam adcrefcere. Denique hoc idem manifestius probatur *in d. §. interdum, prope finem*, ubi Jurisconsult. ait. *Cum primum itaque non inveniet alter eum, qui sibi concurrat, solus utetur in totum.* Certè morte Titij, aut status mutatione interveniente, tam inveniet mulier eum, qui sibi concurrat, quam antea inveniebat hæredem, inquam, quem inveniebat ante Titij mortem, aut status mutationem ei contingentem, post eam inveniet, ergò, non sola utetur in totum, in hæredis præjudicium, cujus, partem usufructus esse, ex ante dictis constat, atque ita constare debuit, absque facto suo, usufructu privari, non potuisse, juxta regulam. *l. id quòd nostrum, infr. de regul. jur.* sic itaque apparet, in proposita specie, si Titius moriatur, aut statum mutet, mulierem, in usufructus parte, quæ in hæredis dominio erat, jus accrescendi habere, non posse, porrò, nullo alio jure, illius pars, ei unquam adquiri, potuit, quia jure legati, seu fideicommissi, non potuit, ut inter omnes constat: Unde vera non videtur opinio *Cost. & aliorum asserentium*, quòd si Titius moriatur, aut statum mutet, mulier, specie. *dict. l. mulieri, & Titio*, totum usufructum habebit, quòd probari, existimant, à contrario sensu



in illis verbis. *Quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit, partem ususfructus habebit.* In quibus tamen argumentum à contrario sensu non admittunt Accurs. Bart. & alij communiter scribentes, probantes, nunquam mulierem totum usufructum habituram fore in specie illius *tex.* quæ tamen sententia, mihi quoque non sic indistincte probanda erit, qui, & si, in illo *tex.* argumentum à contrario sensu reperiri, probent, illud tamen in verbis prædictis, ut Costa, & alij, probare, non aulam.

31 Quare, utramque sententiam, facili ac vera concordia, & literæ *text.* ac menti Iuriconsulti congruente componam. Pro cuius declaratione, veraque interpretatione difficilis, Papiniani contextus in *dist. l. mulieri, & Titio*, erit advertendum, ea verba, *Quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit*, non esse referenda ad illa, quæ proximè subsequuntur, *partem ususfructus habebit.* Sed ad proximè præcedentia, *si mulier nupserit*, ut sic, Iuriconsult. non significet, quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit, partem usufructus habituram mulierem, si nupserit, sed, mulierem, si, Titio vivente, aut in eodem statu manente, nupserit, partem usufructus habituram, quasi verò, si mulier nupserit post mortem Titij, aut postquam Titius statum mutaverit, totum debeat usufructum habere, & in hoc verè consistat argumentum à contrario sensu, non in eo, quod si nupserit, vivente Titio, & in eodem statu permanente, partem usufructus, totum verò, post ejus mortem, aut status mutationem, habere debeat: sic ergò prædicta verba. *Quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit*, non, ad proximè subsequentia, sed ad proximè præcedentia, illa, videlicet, *si mulier nupserit*, necessario referenda erunt, atque ita necessario, sine punctis præcedentibus, aut qualibet alia disjunctivæ orationis nota, absque dubio, in textu legenda erunt, prout in libro meo leguntur (qui ex recentioribus, & emendationibus, est) ubi, post illa verba, *si mulier nupserit*, continuata oratione hæc sequuntur, *quandiu Titius & vivit & in eodem statu erit*, quo in loco verbum, *erit*, subsequitur nota disjunctivæ orationis, vulgo, virgula, nuncupata, & post eam sequitur in text. *Partem ususfructus habebit.* Hoc ergò modo *tex.* ille legendus, & scribendus erit. *Si mulier nupserit quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit, partem usufructus habebit.* Unde apparebit, quòd illa verba, *quandiu Titius & vivit & in eodem statu erit*, non appellant ea, *partem usufructus habebit*, quæ separatam constituunt orationem, sed ea, *si mulier nupserit*, cum

quibus conjunguntur, atque ita argumentum à contrario sensu, quod inducunt, ad hæc referri debet, non ad illa, cum quibus, nihil commune habent.

Restat modò, ut probemus, cur magis mulier, si nupserit postquam Titius mortuus fuit, aut postquam mutavit statum, totum usufructum habere, debeat, quam si nupserit quandiu ille vivebat, & in eodem statu erat: Et quod, si nupserit quandiu Titius vivebat, & in eodem statu erat, totum usufructum mulier habere non posset, rationem subjunxit Papin. in *versicul. tantum enim*, proximè sequenti, quod verò, & si Titius postea moreretur, aut statum mutaret, non idèò magis, mulieri pars usufructus posset accrescere, patet ex ijs, quæ antea diximus contra opinionem eorum, qui jus accrescendi in his casibus admittebant: quæ omnia manifestè cessant, ubi mulier nupserit post mortem Titij, aut status ejus mutationem, quo casu, Papiniani ratio in *versicul. tantum enim*, præcipit, integrum usufructum, mulierem habere: videmus igitur, quantum mulieri ex legato præstatum esset, si conditioni paruisset, ut inde appareat, quantum ei præstari debeat, si post mortem Titij, aut ejus status mutationem nupserit, non paruisset conditioni: constat autem, quòd si mulier conditioni paruisset præstita, videlicet, cautione de non nubendo, ut hodie, viduis, præstare, necesse est. *Ausb. cui relictum C. de indet. viduis. tollend.* non plus quam dimidiam usufructus partem esset habitura, reliqua verò pars Titio relicta, in eventum conditionis suspensa maneret, *juxta l. avia que §. Titio in fin. sup. h. titul.* cum supra allegatis. Unde, si inter Titium decessisset, aut ea pæna, quæ servitutem irrogat, in eum statuta fuisset, illic legatum dimidiæ usufructus conditione suspensum, intercideret, *juxta tex. expressum l. intercudit, sup. eod.* & confestim, mulier conjunctæ deferretur, ut probat *tex.* etiam expressus in *d. l. unic. §. sin autem aliquid, versicul. quod si in medio C. de caduc. tollend.* jure ergo dicimus, tantundem mulierem fore habituram, quæ, mortuo jam Titio, aut maxima capitis diminutione passio, conditioni non paruit, ad stipulante, videlicet, huic sententiæ, & interpretationi, Papiniani contextu, secundum genuinam lectionem continua oratione legentem in illis verbis, *Si mulier nupserit quandiu Titius & vivit, & in eodem statu erit.* Et ratione, quæ scripsit in *versic. tantum enim*, cessante vero propter inconvenientiam, quod supra notavimus, eventum re, si mulier quæ nupserit quandiu Titius & vivit & in eodem statu erit, totum usufructum esset habitura post



post mortem illius; aut libertatis amissionem.

32 Nec obstabit huic sententiæ, & intellectui, si quis objiciat, mulierem, conditioni parendo sive post mortem, sive ante mortem Titij, civilem, aut naturalem, totum usumfructum fore habituram post mortem Titij, aut status mutationem, ut constat ex prædictis, ergo, quia secundum Jurisconsulti rationem, tantum habere debet, non parendo, quantum habuisset, parendo, dicendum videbatur, quod, & si mulier, ante mortem Titij, civilem, aut naturalem, non paruisset conditioni, nubendo, scilicet, totum usumfructum, post mortem illius habere debuisset; quo argumento, pro hac sententia contra communem contendunt alij.

Sed ei facili negotio respondendum erit, mulierem quidem tantum habituram esse ex legato, non parendo, quantum haberet, parendo, sed id intelligendum semper fore datur terminis habilibus, supposito, inquam, legato, ex quo capi possit: porro, ubi mulier nupsit quando Titius vivebat, & in eodem statu erat, pars, ususfructus Titio relicta, statim defecit, ejus, videlicet, defecta conditione, juxta d. §. *si autem aliquid, in vers. quod si in medio*, unde, cum Titius postea moritur, etiam pœnam servitutis incurrit, jam nihil considerari potest legatum, sive pœnam, sive conditionale, ex quo mulier, quidem habere, possit, nimirum igitur, si in prædicto casu, partem illi relictam mulier non habeat, quam esset habitura in eodem casu, si conditioni paruisset, vel si ei contravenisset post mortem Titij, aut pœnam servitutis illi rogatam, tunc enim semper apparet, existeret legatum, tametsi conditione suspensum: atque ita constat, secundum superiorem sententiam & expositionem, mulierem semper ex legato tantum habere, non parendo conditioni, quantum habitura esset, parendo, supposita tamen terminorum habilitate, legato, scilicet, præexistentis, quanvis conditione suspensum ut sic, non ociose, sed potius mysteriose, & acute satis scripsisse, mihi videatur Papinian. tantum, beneficio legis, legato concessum esse mulieri, intelligendum fore, quantum haberet, si conditioni paruisset: mysteriose, inquam, Papinian. in præfata ratione, verbum, *ex legato*, interpretatur, quod, indubitanter, ociosum esse, pareretur, si non hunc, quem explicuimus, pareretur effectum, significandi, videlicet, mulieri, non tantum simpliciter, beneficio legis, concessum esse, quantum haberet, si conditioni paruisset (quia, si conditioni paruisset, quodcumque paruisset, totum

usumfructum esset habitura, Titio mortuo, aut servo pœnæ effecto, cum in hujusmodi eventum, totum habere, non possit, si ante eum, conditioni contravenisset) sed tantum, beneficio legis, ex legato concessum esse mulieri, quantum haberet, si conditioni paruisset.

33 Histandem explicita, & omni difficultate remota, probata apparet interpretatio nostra ad literam *tex. d. l. mulieri & Titio*, eaque, superiores Doctorum sententiæ, inter se dissidentes, ad congruam, & veram concordiam rediguntur: *glossa*, namque, & communis sententia erit amplectenda, muliere nubente quando Titius & vivit, & in eodem statu erit, tunc enim, nec illo postea mortuo, aut capite minuto, residua pars ususfructus, quæ fuerat ei derelicta, mulieri accrescet, juxta communem sententiam: contraria verò sententia Raphaelis Cumani, Pauli Castrens. Socin. *num. 5. in d. l. mulieri & Titio*, & Collæ *in d. §. arbitrata, limit. 4. num. 6* & aliorum tradentium, mulierem quæ nupsit, totum usumfructum fore habituram post mortem Titij, aut capitis diminutionem (quod *Cost. de maxima capitis diminutione*, recte & subtiliter interpretatus est) probanda erit, quando mulier nupsit, Titio jam mortuo, aut pœna servitutis affecto: sic utraque sententia, temporis, in quo mulier nupsit, distinctione facta, facile & vere concilianda erit, & utrumque prædictæ distinctionis membrum, ex *d. l. mulieri & Titio*, cum sup. adductis, late comprobatur.

34 Ex illa autem lege notandum interim erit, conditionem, si mulier non nupsit, in alterius legato positam valere, quod etiam probat *tex. in l. avia que 77 §. Titio sup. eod. l. 1. C. de indict. viduit tollend. glossa Bart. & Doctores utrobique*, & in *l. Titia que 74. infr. de verbor. obligat.* qui continuo limitant, ut non precedat in legato personæ conjunctæ derelicto, ita ut verisimile sit, illius intuitu mulierem à nuptijs arceri, tunc enim viduitatis conditio in persona mulieris adjecta spernetur, quasi in fraudem legis ad impediendas nuptias scripta, ut idem Papinian. ait in *l. heres meus, 79. §. final. sup. eod.*

35 Quam tamen limitationem, non ita late, ut loquuntur Doctores, sed stricte, & caute accipiendam puto, in ijs, scilicet, personis, quarum causa, verisimile sit, mulierem in conditione positam, à nuptijs avertit porro, verisimile non est, quamquam à nuptijs retardari, propter relictæ commodum alteri tametsi propinquo suo inde affuturum.



Vnde non quælibet conjunctio, siue ratione sanguinis, siue amicitia, inter legatarium & mulierem, sufficiet, ut conditio spernatur, quanvis aliàs generaliter tradatur, stipulationem pænalem pro sponsalibus aliorum non valere, quando talis stipulatio inter conjunctos, vel valde amicos illorum interponitur, ut tradunt Bart. *d. l. Titia qua numer. 1.* & ibi communiter Doctores, & in *c. Gemma de sponsalib.* & generale ac commune est ad plures juris nostri articulos, quod dispositum in propinquo ratione affectionis, habeat etiam locum in valde amico, ut tradit Ias. *d. l. Titia qua numer. 14.* & sequenti, & in *l. exigendi, ex numer. 4. C. de procuratoribus*, notat Abb. post glossam ibi col. ultim. in *c. requisisti de testament.* & communiter Doctores ibi, ubi ita asserit Covar. num. 7. latissime Tiraq. de amicitia plura cumulans, in *l. si unquam, verbo, libertis a num. 95. C. de revocand. donation.* Cæterum quod attinet ad præsens institutum, pensandum cum judicio erit, an conjunctæ personæ cum muliere ea ratio sit, propter quam, verisimile sit, ipsam à contrahendo matrimonio impediri, quod judicis arbitrio discernendum erit, qui aliquando æstimabit, nec valde conjunctam personam ad hoc valere, nempe fratrem mulieris, aliquando vero in remotiori gradu constitutum, mulieris nuptijs impedimento fore, si forte illa in domo illius sub illius cura, & obsequio maneat, aut etiam de pane illius vivat, & ita prædictam limitationem ad *d. l. mulieri & Titio*, sensisse videtur glossa prima ibidem, ibi, *ut non sit verisimile, eam nubere, sine ejus consensu.* Et mihi probat *tex. in dict. l. hæres meus. §. final. in exemplis ibi à Jurisconsult.* adductis, quæ regulam declarare solent, est autem exemplum primum in filia, quam pater, cui legatum fuerat sub conditione, si illa non nupsisset, habebat in potestate: porro de jure civili, filia nuptias non valuisse sine consensu patris sub cujus potestate erat, constat. *l. 2. ff. de ritu nuptiar.* alterum exemplum est in legato filio famil. relicto sub conditione, si pater ejus, uxorem non duxerit, quod ex jure paternæ acquisitionis perinde erat, ac si ipsi patri, cui non nubendi conditio injuncta fuerat, relicto fuisset. Atque ita videtur mihi Papinian. non solam arctissimam sanguinis conjunctionem attendisse, ad præsumendam legis fraudem: cum, si hæc ejus mens fuisset, de paterna potestate in utroque exemplo frustra meminisset, non tamen, rem hanc ita arcte accipiendam, velim, ut ad Papinian. exempla redigenda sint, sed bonum prudentis judicis arbitriū in illius definitione requiro.

*mulieri & Titio*, cum omnibus quæ ad ejus interpretationem, & nostri *tex.* intellectum spectant, ut nostrum nunc proferamus institutum, circa conditionem, si non nupsisset, (de qua præsens actio est) illud pro constanti ponimus, eam hodie in viduis valere, antiquo jure, hæc in parte, correcto per novam Iustiniani constitutionem in *Auth. de nuptijs. §. quæ verò nunc sequitur, vers. unde sancimus, Collat. 4.* & in *Auth. cui relicto C. de in dict. viduis. Tollend.* ubi tradunt Doctores, Socin. in *l. hæc conditio, colun. 2. vers. Tertio nos. supr. h. titul. Gom. l. 14. Taur. num. 8. Covar. lib. 3. miscell. cap. 1. num. 4. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 3. §. ult. numer. penult.* ubi tradit, prædictam juris civilis constitutionem, jure canonico sublata non esse, *Col. d. l. cum tale. §. si arbitrato, limit. ultim. num. 1. Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. lib. 11. titul. 19. numer. 2.* ubi hanc sententiam, frequentissimo Doctorum calculo receptam refert ex *Dec. in rubr. C. de secundo nupt. numer. 5. versicul. in fin. gloss.* Valde si hodie, vel maritus uxori, vel uxor marito (idem namque jus utrinque est, *jur. d. versicul. unde sancimus, & tradit Col. d. num. 1. adversus Castrens. in l. final. in prin. C. de in dict. viduis. tollend. contrarium testantem, Mantic. d. titul. 19. numer. 2. cum sequentib.*) vel quælibet alia persona viduis relinquat, sub conditione, si non nupsissent, non aliàs debetur legatum, quam præstita cautione de non nubendo, in forma *d. versicul. unde sancimus, & d. Auth. cui relicto*, quia, sic novo jure constituitur eodem Justinian. quanvis enim, tam viduis quam ijs personis, quæ nunquam matrimonium contraxerunt, viduitatis conditio, antiquo jure remitteretur, quia in omnibus illa ratio, sobolis, scilicet, procreandæ causa, æque versabatur, tamen in viduis hoc jus correxit Iustinian. nam, & si vidisset, in eam illam procreandæ sobolis rationem versatam & maximam ipsis cupiditatem, in hoc constitutam esse, ut dixerat in *l. 2. C. de in dict. viduis. tollend.* tamen, ob specialem quendam prioris thori favorem, & honoré sic constituit, quod certè summa cū ratione constituit, namque & defunctorū voluntatibus, & mortuorū cōjuguū honori prospexit, & si res bene perpeditata nihil favori publico incōtrahēdis nuptijs cōstituti detractum esse apparebit: etenim, quam prioris conjugis amor, ab alterius cōjugio non diverit, credēdū est, quod nec amittēdi relicti timor divertet: unde, viduitatis cōditio adscripta viduæ, non invenietur impeditiva matrimonij, quod certè, si impeditur in viduis non



non commodo relictæ, sed prioris conjugis amore fortius impeditur, juxta illud Didonis apud Virgil. in 4. *Ancid.*

*Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores abstulit, ille habeat secum, servetque sepulchro.*

Et si hoc non impeditur amoris vinculo, quia, nempe, vidua, ad alterius viri nuptias transmigrare intendit, credendum erit, quod multo minus, illo relictæ vinculo impediatur: Atque ita apparet, summa ratione sancte Justinianum, ut viduitatis conditio adscripta viduis valeret, ut pote, quæ & mortuorum conjugum, & prioris thori liberorum, & denique ipsarum viduarum honorem respiciat, nec publicum nuptiarum favorem despiciat, constat enim, secundis nuptiis, & viros defunctos, & liberos ex eis susceptos injuria affici, ut in *d. §. qua vero nunc sequitur, & in Auth. de non eligend. secund. nubent. §. prospeximus, collat. 1.* tradit *Cald. de nominat. Emphyteut. quest. 14. num. 39.* & denique, honestum est viduis, à secundis nuptiis abstinere, *c. final. 31. quest. 1. notat Socin. l. hac conditio col. 2. late & eleganter Corraf. lib. 3. c. 1. ex n. 1. ubi n. 3.* viduitatis laudes, aliquarum laudabilis pudicitiae viduarum testimonij, & exemplis, exornat: quanvis enim viduæ licitum sit, iterum nubere, beatior tamen erit, si sic permanerit, secundum Apostoli consilium *1. ad Corinth. c. 7. in fin.* qua de pulchra sunt Imperatoris verba, in *d. Auth. de non eligend. secund. nubent. §. cum igitur, ubi dicitur. Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum ratione, ut mulieres ita se honeste tractent, quatenus qua semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium thorum, & hujusmodi mulierem, & miramur pariter & laudamus, & non procul a virginitate ponimus.*

Valeat itaque hodierno jure, conditio, si non nupserit, adjecta viduæ, quæ non solum de nuptiis ab ea celebratis, juxta conditionis expressæ verba, sed etiam ex merte testamento deficiet prædicta conditio in vidua quæ stuprum admisit, quanvis post viri mortem maritata deinceps nunquam fuisset, ut tradidimus

Quid autem, ubi viduæ injungatur conditio, si castè vixerit, an perdat legatum secundo nubendo? agit post alios *Gom. d. l. 14. §. ult. num. 9. Covar. d. c. 3. §. ultim. num. final. d. l. limitat. final. num. 11. Didac. à spino de testam. gloss. 14. princip. de legat. sub conditione relictæ. numer. 94. Mantie d. titul. 19. ex num. 31.*

37 In virginibus verò, jus antiquum manifeste incorrectum, secundum Ioan. sententiam prælatam in glossa final. *d. Auth. cui relictum, quam receptissimam dixit Costa d. limitat.*

*final. numer. 2.* quod jus, etiam durare in muliere corrupta, quæ nunquam nupsit, sentit ibidem glossa Ioannem secuta, & Bartol. & communiter Doctores, ut asserit *Gom. 1. tom. variar. resolut. cap. 12. num. 79.* & adversus Ricard. Cyn. & Bald. ita tenet & communiter teneri, resolvit Philip. Corn. in *d. Auth. cui relictum num. 4* & ibi Iacob. de Sancto Georg. quos retulit Eman. ubi sup. num. 4. qui tamen in duobus numer. sequentibus. adversus omnium sententiam arbitratur, & resolvit, quod etiam in ijs personis, quæ nunquam matrimonium contraxerunt, viduitatis conditio non spernatur jure hodierno, quinimo ea valeat respectu futurarum, post primas, nuptiarum, per *d. Auth. cui relictum, quasi, qui virgini ducenta reliquit sub conditione, si matrimonium non contraxerit, de secundis quoque nuptiis sensisse, videatur, cum negativa conditio, non ad primas duntaxat nuptias, sed ad omnes omnino referri debeat, juxta glossa finalis receptæ auctoritatem, in l. hoc genus, 106 infr. eod. quam notabilem vocat las. in l. divorzio. §. quod in anno num. 24. sup. solut. matrimon. & plures refert Tiraq. in l. boves. §. hoc sermone, limit. 7. infr. de verbor. significat. Atque ita dicendum erit secundum Cost. virginem, cui ita legatum sit, Catharinæ, si non nupserit, centum, non posse hodie, ad legatum admitti, nisi offerat hæredi cautionem, super secundo matrimonio.*

38 Subtilis certè, subtilis Doctoris observatio ista est, contra quam tamen occurrit mihi, quod onus hoc, & gravamen cautionis à virgine præstandæ super secundo matrimonio aliquid, prioribus nuptiis impedimentum præstare, videbatur, nec enim tam facile maritum inveniet puella, cum dote cautioni obligata, præsertim, ubi dos, & cætera bona conjugum, inter eos ex forma statuti communicantur, prout in hoc regno, quam, cum dote libera inveniet, unde, prædicta observatio, non videbatur admittenda, nè quod omnino nuptiis impedimentum inferatur *d. l. cum tale §. si arbitrata, sup. eod.*

Sed hanc objectionem, præsentem inspectionem nequaquam onerare, postea animadverti, præsens, namque inspectio eo tendit, ne puella, metu perderi relictæ propter validitatem conditionis, à primis nuptiis abstrahatur: Atqui, aliud est, non tam facile invenire virum propter exiguam dotem, aut aliqua cautione obligatam, aliud, propria voluntate abstrahi à contrahendo matrimonio, quod ultimum, potuit, non nubendi conditio causare, si ea valeret, cum tunc, fortasse lucri magis



quam mariti avida puella, metu non obtinendi relictæ, vellet à matrimonio abstinere: quòd si lege, secura redderetur de non amittendo relicto quanvis primum matrimonium contrahat, nequaquam ab eo arcebitur, & si, super secundo cautionem præstare, compellatur: fingamus enim, illam nolle nubere, & sic, revera, non nubendi conditionem implere, velle, præstabit nihilominus, de non nubendo secundo, cautionem, ut obtineat relictum, juxta *Coffæ* observationem: ergo, quæ velit, nolit nubere, quæ, inquam, nubat, aut non nubat, in utrumvis eventum cautionem præstare, debet, super secundis nuptijs, nequaquam abstinere à primis, propter hujus cautionis timorem, quam, & si abstinere, æquè nihilominus erit præstatura. Apparet itaque manifeste, difficultatem, quam supra movi, novæ, & subtili *Emmanuelis* observationi non obesse.

39 Quæ tamen ex alio capite, periculosa mihi visa est, quia, scilicet, antiquo jure; non nubendi conditio, nullius oneris, aut gravaminis erat legatarijs, quibus adscribebatur, quod jus, in personis duntaxat viduis, nova Justiniani constitutione correctum fuit, ut patet in *dict. Auth. de nupt. §. quæ vero nunc sequitur, versicul. unde sancimus*, unde secundum vulgares traditiones, jus antiquum manebit incorrectum, & erit in viridi observantia, sicut erat ante novam Imperatoris constitutionem, quoad eas personas, quibus, cum nunquam matrimonium contraxissent, sub non nubendi conditione, quicquam relictum fuerit, ac proinde tales personæ relictum capient, absque ullo onere, aut gravamine cautionis præstandæ, sicuti capere, eis jure antiquo licebat, quod, duntaxat in ijs personis, quæ semel matrimonium contraxerant, correxit Justinianus.

40 Ulterius, hujusmodi conditio, si non nupserit, adscripta puellæ, quæ nunquam nupserit, fortassis ad primas tantum nuptias, non etiam ad superiores, ex voluntate testantis referenda erit: qui enim, Catharinæ, quæ nunquam nupserit, mille aureos reliquit sub conditione, si non nupserit, Catharinam, voluit in eo statu permanere, in quo, tunc temporis erat, cum testamentum condebatur, statum itaque nunquam nuptiarum fæminarum, in Catharina voluit, quem ut retineret, legatum ei sub non nubendi conditione reliquit, cum ergo hujusmodi statum, mulier, ubi primum matrimonium contraxit, retinere, jam non possit, nec jam amplius, ad eum viro mortuo regredi, queat, ut pote quæ tunc, diversum alium, vidualem, scilicet, statum sortita sit, apparet, prædictam conditionem, ad primū

duntaxat matrimonium spectare, eoque duntaxat, & non, sequentibus conjugijs, tali conditioni posse contraveniri: sequentibus vero contraveniretur, si talis conditio viduæ adscripta foret, quia & post secundas, & ultiores nuptias, viro amisso, remanet mulier, in viduali statu, quem præcipit, conditio; Atque ideo, toties adversus conditionem, quæ vidualem statum præcipit, vidua fecisse dicitur, quoties nupserit, non sic, ubi non nubendi conditio, ei personæ adscripta fuerit, quæ nunquam matrimonium contraxit, ut constat ex prædictis, & idcirco talis conditio, tali personæ adscripta, ad primas tantum nuptias, ex voluntate testantis referenda erit.

41 Nec obstat recepta *glossa* sententia in *dict. l. hoc genus legati, infra. eod.* quia loquitur in conditione, de non nubendo alicui certo, & designato viro, quæ conditio, ex voluntate testatoris omnes nuptias comprehendit, ut inferius tradetur: non sic illa, si non nupserit, ubi personæ, quæ nunquam nupserit, adscripta fuerit, quæ proinde, tali conditione nequaquam obstante, ad legatum erit admittendum absque ullo onere, aut gravamine cautionis super secundo matrimonio præstandæ, ut pote, quæ, & si secundo nubat, non erit relictum commodo privanda: & ita hanc sententiam probandam puto, etiam hodierno jure stante, adversus *Emmanuelis* resolutionem in *dict. limitat. final. numer. 4. cum duob. sequentib.* Denique, puella perinde legatum habebit, ac esse habitura antiquo jure ante novam Justiniani constitutionem, de qua in *dict. Auth. curatorem, §. in d. Auth. de nupt. §. quæ vero nunc sequitur*, cum (ut diximus) in viduas solum decreta sit, quoad alias, antiquo jure in suo robore permanente.

42 Verum ego nuper cum coram senatu nostro legem hanc relegerem, nove, disputandi quidem gratia, nec tamen incolorate, contendebam, iniquū hodie, stante pietate Christiana, jus illud videri, quod circa non nubendi conditionem, in virginibus, & ijs personis quæ nunquam matrimonium contraxerunt, Justinianus intactum reliquit, proindeque, illis, prædictam conditionem, omnino valere debere: cum enim, post sacratissimæ, & immaculatæ Virginis Mariæ Domine n. stræ divinæ voluntati & providentiæ commissum votum de virginitate servanda, (quod, primum in mundo fuit, in celo quidem gratissimum, & asiduis innumerabilium virginum votis, & choris laudatissimum) jam, non plangenda virginitas sit, quam anrea, circumiens montes cum sodalibus suis, in se flebat illa Lepthe filia, *Judic. 11. in fin.* sed summè laudanda, & honorificanda, ac sine dubio, conjugatorum



orum statui præponenda, ut per *Apostol. 1. ad Corinib. cap. 7.* quod, sub anathematis pæna præcipit *Sacrofancta Trident. Synodus sess. 24. de Sacram. matrim. canon. 10.* cum itaque melius, ac beatius sit, manere in virginitate, aut cælibatu, quam matrimonio jungi, ut habetur in *d. canon. 10.* & non nubendi conditio iubeat, legatarium non jungi matrimonio, sed in virginitatis, aut cælibatus statu manere, profecto, jus iniquum esse, videtur, videlicet, contra pietatem Christianam, quo conditio imponitur, cujus reale ad implementum, ad meliorem, perfectionemque Christianæ vitæ statum provocat quam contraventio ejusdem: quare, non solû in viduis, in quibus Iustinianus antiquum abrogavit, sed in alijs etiã personis, quæ nunquam matrimonium contraxerunt, illud abrogandum fore, videbatur, nunquam pietati Christianæ non conveniens, secundum quam, conditio non nubendi, in omnibus valitur videbatur: quis enim affirmare audebit, conditionem, qua testator, legatarium magis piè vivere, intendit, illius voluntate neglecta, ullo Reipublicæ favore, testamento rejici, debere? Auget verò difficultatem nova Imperatoris constitutio in *de sanctissim. Episcop. §. sed & hoc prælat. collat. 9.* ubi constituit, quòd si cui hæreditas, seu legatum relinquatur, sub expressa conditione, aut liberorum conditione, debetur nihilominus relictum, si personæ, sive masculi, sive fæminæ, talibus conditionibus subjectæ, in quibus, Reipublicæ favorem, & Reipublicam utilitatem versari, constat, eis derogatis, monasteria ingrediantur, in qua vitæ professione, constat, insigni pietatis, & religionis Christianæ piè versari: atque ita apparet, quòd is, cui, expressa testatoris voluntate, nubendi conditio imponitur, in qua, publica versatur utilitas, eam adimplere, non tenetur, sed ad meliorem, perfectionemque vitæ statum eam conjugatorum se se convertat: ergò à priori dicendum videtur, quòd, ubi expressa testatoris voluntate, talis conditio imponitur, quæ meliorem, perfectionemque vitæ statum conjugatorum repræsentet, (qualem non nubendi conditionem, antea declinabimus) ea, omnino valere, debeat, nequidquam in contrarium valente Reipublicæ favore.

& directo est contra Reipublicæ utilitatem, quæ in contrahendis matrimonijs versatur. porrò, & si ea, meliorem, ac perfectiorem vitæ statum, quam sit matrimonialis, repræsentet, non tenere, nec inconsulto dicendum erit, si talis conditio valeret, periculum fore, ne is, ea vè, qui quæ vè, cum nuptias appetat, ab illis tamen abstinere, proponit, non Dei amore, & intuitu, sed ut obtineat legatum, uti potius, velit, quam nubere, & sic periculum est, ne dum abstinet à conjugali toro metu perdendi relictis, vitam male perdat, libidine vivendo, unde, merito non probanda erit conditio, quæ, & si meliorem, ac perfectiorem vitæ statum repræsentet, persona tamen, cui præcipitur & carnis imbecillitati, & nudi periculis manet objecta, & præterea, talis conditio, nuptijs impedimento est, in quibus & publica versatur utilitas, & probabilis, quavis non melioris, boni tamen status, ac vitæ securitas: Nam, & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, quanvis qui non jungit, melius faciat, ut per *Apostol. 1. ad Corinib. c. 7. prope fin.* Quanvis autem hæc ratio æque in viduis militet, præsertim adolescentioribus, tamen in eis, speciali Imperatoris constitutione cautum fuit, ut valeat conditio non nubendi: idque speciali quadam ratione, ut supra dictum fuit, quæ cessat in personis, quæ nunquam matrimonium contraxerunt: unde, ex prædicta resolutione apparet, in hujusmodi personis non jam videri iniquum & contra pietatem Christianam, illud antiquæ legis beneficium, quo eæ, hæreditates, & legata capiunt præterea non nubendi conditione, sub qua relicta fuerant, quare, jus illud erit hodie observandum, ut pote æquum, favorabile, & rationabile, & in nunquam nuptis nulla juris constitutione abrogatum.

44 Ex hac autem resolutione illud manifeste inferitur, quòd si testator conditionem adjiciat matrimonij impeditivam, quæ tamen, in meliori vitæ statu, quem repræsentat, probabilem quoque, ejusdem vitæ & status securitatem secum ferat, erit utique talis conditio observanda, ut parte in qua cesset superior ratio, obquam, jus illud, Reipublicæ & matrimonij favore introductum defendimus. Quo fit, ut si alicui legatum seu hæreditas relinquatur sub conditione, si sacris ordinibus initiatur, valebit conditio, quanvis per eam à carnali matrimonio abstrahatur: nec solum conditio referenda erit ad sacros ordines à monacho susceptos, quo casu de validitate conditionis nulla dubitatio erit, sed etiam in seculari clerico sacrorum ordinum intelligenda erit, nam & is, prædicta conditione ad meliorem vitæ statum excitatur, & ejusdem vitæ ac status

43 Sed nihilominus, hac difficultate non obstantè, superior communis sententia & conclusio, in ijs personis, quæ nunquam matrimonium contraxerunt, etiam hodie retinenda erit, & pro prædictæ difficultatis facili, ac congrua resolutione præmittendum est, quòd conditio, si non nuptis, palam & directo, matrimonij impeditiva est, & sic palam



status professio castitatem prædicat in eo, qui eam alijs prædicare, profitetur, ut merito, quidquam mali de homine Deo consecrato, ac Angelorum more illi ministrante præsumere, iuspiciari vè, non debeamus, cujus intuitu, prædictam conditionem non valere, affirmemus, sed magis tenendum sit, eam valere, ut pote, quæ, & si à carnali conjugio avertat, ad aliud melius & sublimius cum probabili vitæ securitate in eo, convertat: Absit enim, ut illos, qui tam sanctum continentia statum, in tam purum, ac spirituale ministerium, Dei beneficio, sortiri sunt, eo contra carnis illecebras, & hostis allutias minus fortes & armatos esse credamus, quam conjugatos statu suo, de quibus *Apostolus 1. ad Corinth. cap. 7.* dixit, quod tribulationem carnis habebunt hujusmodi. Denique, pro hac sententia expendo *tex. in Auth. de sanctissim. Episcop. §. sed & hoc presenti collat. 9* ubi relictum alicui sub nuptiarum, aut liberorum conditione, non defecit, eo monacho, vel clerico factò, conditione pro non scripta habita, atque ita apparet, contra expressam nuptiarum conditionem, post quem ad clericatum converti, sicut ad monachatum, & spreta conditione relictum obtinere, multo magis igitur idem poterit, ubi clericatus ipse in cõditione positus expresse est. *Tex. vero in d. §. sed & hoc presenti*, non solum procedit, ubi is, cui sub conditionibus, de quibus ibi relictum fuit, monasticam vitam professus est, sed etiam ubi sacris ordinibus initiatus clericus secularis efficitur, dummodo bona relicta, in pia opera expendant, vel relinquunt clerici in tali vitæ statu perseverantes, ut exigit *tex. ibi, & glossa ibidem*, verb. *clerici* contrarium sentiat, & in *Auth. nisi rogati C. ad Trebell.* quam Bartol. utrobique sequitur, & *Abb. in c. in presentia num. 43. post. gloss. finalem in fine ibidem de probation. Salic. in d. Auth. nisi rogati num. 3.* & hanc sententiam communem esse, ex *Alciat. conf. 90 num. 11. lib. 9. & Boer. decis. 354. num. 11. refert Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 22.*

45 Quæ sententia sustineri posset, si prædicta decisio ea ratione procederet, quod monasterium loco filij haberetur, quam rationem scripsit *glossa final. in l. iubemus. §. sin autem is C. ad Trebell. & in Auth. si qua mulier. verb. liberis C. de Sacrosanct. Eccles.* & cum glossa vulgarem illam allegationem ad *tex. in d. Auth. nisi rogati*, sequuntur ibi antiquiores, & plures relati à *Tiraq. in l. si unquam, verb. susceperit liberos num. 42. C. de revocand. donat.* sed eam rationem improbat *Bartol. d. Auth. nisi rogati & d. §. sed & hoc presenti num. 4. & d. Auth. si qua mulier num. 4.* & multis confutat *Felin. d.*

*c. in presentia num. 42.* Bartolum secutus, & cum eo communis recentiorum, ut constat ex *Tiraq. d. verb. susceperit liberos num. 47. Covar. lib. 1. var. c. 19. num. 6. & 7. Cost. in c. si pater, verb. si absque liberis num. 70. in princ. de testament. lib. 6. Mantic. d. titul. 7. num. 6.* de qualitate *Cald. de nominat. emphytent. quasi. 6. num. 10. Valasc. consult. 24. num. final. tom. 1. spin. specul. testamentor. gloss. 12. principal. num. 17. cum sequenti, Boet. Epo. in c. 2. num. 13. cum sequenti, extra de testament.* quare magis placuit ad prædictam Imperatoris decisionem *Ricard. ratio*, quam tradidit in *d. Auth. nisi rogati, & probavit Bartol. ibi, & in d. §. sed & hoc presenti num. 4. idem Bartol. in l. si ita quis. §. is cui num. 3. ff. de leg. 2. communem fateatur Beronius. d. c. in presentia num. 478. Covar. d. c. 19. num. 7. Mantic. d. titul. 7. num. 4.* etiam autem illorum ratio nè talis nuptiarum, sed liberorum conditio, hæredem aut legatarium, cui adscripta est, à meliore vitæ statu ac professione avertat: & hac quidem ratione stant prædicta decisio in clerico quæque seculari locum obtinet, quia in illo eadem illa ratio locum obtinet, ut pro non scripta conditio habeatur, ne alias relictum consequendi spe, & intuitu, à meliore vitæ statu & professione abstrahatur, imo, si verum amamus, ratio ista magis in clerico seculari, quàm in regulari locum sibi vendicat, si quidem secularis clericus fideicommissum sibi adipiscitur, quo privaretur, si nuptiarum conditio clericatu ipso defecta censeretur, quod secus est in eo, qui religionem ingredi instituit, qui & propria sua relinquere, & paupertatem voto profiteri, paratus est: unde venisimile non est, à monasterij ingressum quemquam arceri, propter metum perditionis relictum, ut eleganter probat *Covar. ex hoc prædictam Ricard. & sequacium rationem in probans d. c. 19. num. 7.* late item & eleganter *Mantic. d. titul. 7. num. 4.* ubi alios allegat eandem *Ricard. & cæterorum rationem reflexas, ad decisionem tex. in d. §. sed & hoc presenti*, quæ quidem ratio, & si ad *tex. ibi* probabilis non sit, nihilominus tamen ejus decisio in seculari clerico sustinenda erit, tam ex voluntatis conjectura, secundum quam illius testatoris decisionem inductam esse, inferius trademus, quam ex verbis illius *ibi, si modo monasterium ingrediatur, aut clerici, aut diaconisse, aut* tria fiant, & *ibi, hoc autem solatio & clerici, & diaconisse, &c.* Quibus apparet, bis *tex. ibi* de clericis, tanquam de diversis ab ijs qui monasteria ingrediuntur, loqui, quod quid *glossa d. verb. clerici*, aliter interpretetur, cujus interpretatio, non solum dictum verbum nimis coarctat, & restringit, dum solum illud accipit in ijs, qui monachi sunt, sed etiam decisio-



nam *tex.* in hac parte frustratoriam omnino  
& ociosam reddit, cum, qua parte in ingredi-  
entibus monasteria loquitur, tam proprie in-  
telligitur in ijs qui ingrediuntur, ut clerici  
fiant, quàm in ijs qui ingrediuntur, ut con-  
verserint, quapropter, dum *tex.* etiam in cle-  
ricis decidit, nè aliàs sine effectu, & frustra-  
toria maneat decisio in hac parte, in ijs utique  
accipiendus est, qui sine monachatu clericatû  
sunt, duobus illis concurrentibus, de quibus  
in *tex.* videlicet, quòd in eadem illa vitæ pro-  
fessione perseverent, & res sibi donatas aut re-  
lictas sub prædictis conditionibus, in pias cau-  
sas expendant, aut relinquunt, ut contra *glo.*  
*Bar. & Abb. ubi sup. sentit Bal. d. Auth. nisi ro-*  
*gati col. 3. & expressius probant Anton. de*  
*Butr. Imol. Ancharr. in d. c. in presentia, &*  
*videm Felin. qui eos refert & sequitur n. 31.*  
*& magis communem testatur ibi Dec. nu. 58.*  
*quam alijs relatis sequitur etiam Mantie. d. tit.*  
*num. 22. Ut vero, unde digressi sumus, re-*  
*vertamur, ex prædicto intellectus & interpre-*  
*tatione ad d. §. sed & hoc presenti, quam pro-*  
*bamus, manifestè ac indubitanter comproba-*  
*tur superior nostra sententia pro validitate cõ-*  
*ditionis, si sacris ordinibus initiatur, etiam*  
*in seculari clerico acceptæ, quanvis inde te-*  
*quetur, carnalium nuptiarum impedimen-*  
*tum,*

46 Vbi autem talis conditio ad monasti-  
cæ vitam refertur, magis sine dubio est, eam  
valere, quòd & præcedens resolutio compro-  
bat, & *tex. in d. §. sed & hoc presenti,* sine du-  
bio reddit: unde talis conditionis validitas,  
nuptiarum impedimento, publicoque illarû  
favore nequidquam obstante, sine dubio a-  
d omnes probari debet, sine dubio item  
reputo, eam seculari clericatu non impleri: a-  
liud est enim clericus, aliud monachus, & di-  
versus utriusque vitæ status ac vitæ professio,  
unde qui legatum alicui relinquit, sub condi-  
tione si monachus fiat, seu, monasterium in-  
grediatur, nec verbis, nec mente compre-  
hendit clericum, & si sacris ordinibus sit in-  
ignitus, proinde, non ex hoc monachus  
conditionem implevisse, videbitur. Quod (ut  
dixi) sine dubio reputo.

47 Dubium autem erit, an è contra cle-  
ricatus conditio, monasterij ingressu, censea-  
tur impleta, quòd magis videtur, quia & si a-  
liud sit clericus, & aliud monachus, (ut dixi)  
tamen id secundum verbi proprietatem obti-  
net, aliquando enim benigna quadam inter-  
pretatione, clericorum appellatione monachi et-  
iam continentur in favorabilibus, ut tradit re-  
solutio ac literis præclarus Lusitanus noster  
frater Emanuel Rodr. in sua summa verb. ir-  
regularis d. c. 171. num. 9. tom. 1. ubi ad hoc al-

legat Panorm. in c. 1. nè cleric. vel monach. n. 7  
& Sylvestr. verb. clericis in princip. atque ita  
cum in proposito de favore agatur, relictum  
alicui sub conditione, si clericus fiat, eo facto  
monacho, quasi impleta conditione debebitur  
quòd & religionis favor persuadet. Cæterum  
non lempet in calu proposito hunc favorem &  
benignam interpretationem admitterem, quid  
enim si voluntas testantis refragetur? secundû  
eam utique res judicanda erit, cum nec in spe-  
cie d. *Auth. de Sanctissim. Episcop. §. sed & hoc*  
*presenti,* monasterium contra testantis volun-  
tatem admittatur, adeò, ut, & si testatoris vo-  
luntas contra monasterium expressa non sit,  
sed ex certissimis aliquibus conjecturis colligi  
possit, monasterium excludatur, ut tradit  
Covar. d. lib. 1. c. 19. num. 11. versicul. quartû,  
verum esse censeo, legitimam vero contra  
monasterium voluntatis conjecturam in præ-  
senti fore, duco, si testator relictum commodo,  
quòd legavit sub conditione, si ad sacrum cle-  
ricatus statum perveniat, non ei tantum, cui  
sub tali conditione legavit, sed forte sororibus  
etiam ejusdem cum eo simul habitantibus, seu  
habitaturis prospectum esse voluit. In te igitur  
dubia, voluntatis conjectura pro monas-  
terio sumenda erit, ut illius ingressu, & pro-  
fessione, clericatus conditio censeatur im-  
pleta.

E contra vero monachus conditionem,  
secularis clericatus professione non impleri,  
dicimus, sed in suspenso manebit, usque quo  
monasticæ vitæ professionem legatarius  
ineat.

48 Ex hujus autem conditionis validitate  
infertur, quòd si puellæ ducenta relinquantur  
sub conditione, si monasterium ingressa  
fuerit, & centum, sub conditione, si nupserit,  
si mulier nupserit, centum duntaxat sub nu-  
bendi conditione relicta, (quam adimplevit)  
petere possit, non autem ducenta, quanvis ea  
sub tali conditione relicta appareant, quæ  
matrimonium impediatur, sic limitata nostri *tex.*  
decisione, ut non procedat eo casu, quo virgi-  
ni ducenta relinquantur sub conditione, si mo-  
nialis fiat, & centum sub conditione, si nubat:  
illi namque nubenti centum duntaxat præ-  
tanda erunt, valet enim hujusmodi conditio,  
si monasterium ingrediatur, nam, quanvis ea  
sit impeditiva matrimonij, ad meliorem tam è,  
& tutiorem vitæ conversationem provocat,  
(quòd, spe consequendi lucri fieri potest, c. 2.  
*de conditionib. apposit. ubi hoc notant Docto-*  
*res, & probatur argument. tex. singularis in l.*  
*Titio centum §. Titio centum 1. sup. hoc titui.)*  
atque ideo, recte valet talis conditio, etiam si  
matrimonij impeditiva sit, juxta præcedentem  
resolutionem, ut contra Bartol. contrariam  
sen-



sententiam probantem in *conf. 184. incip. Domina Nuta. tenuit Bald. in Auth. cui relictum num. 3. C. de indict. viduit. tolend. que sequuntur Castrenf. & Ias. ibidem num. 4. & communiter Doctores, ut tradit Gomes, 1. tom. c. 12. num. 79. & eandem probat Covar. var. resol. lib. 1. c. 19. num. 10. versic. non tamen erit, sequitur, & benigniorem esse, scripsit Philip. Corn. in d. Auth. cui relictum, in fin. & denique Baldi sententiam cōtra Bartol. omnimodo probandam censet Eman. in d. §. si arbitrato, limitat. 3. ante num. 2. quam, ultra Baldi rationes, comprobatur argum. *tex.* (quem vocat singularem) & quod inibi tradiderunt Gulielm. à Cuneo, & alij, in l. Titio usufructus, 96. §. 1. sup. hoc titul. cui addendus est *text. in l. final. infr. de statu liber. de cujus intellectu agit idem Eman. in d. §. si arbitrato, limitat. 10. num. 5. & 6. tradidit vero Gulielm. in d. §. 1. per text. ibi, quod, ubi non nubendi conditioni, piæ causæ substitutio adjecta fuit, valebit conditio, quam singularem doctrinam vocat Francisc. Aret. eam secutus *conf. 67. incip. diligenter, & mature considerato, col. 2. nu. 2. ubi illam attribuit Bartolo in d. §. 1. qui tamen eam ibi sententiam non firmat, sequitur Costa, & receptam dicit in d. §. si arbitrato, limitat. 10. in fin. ex qua, prædicta communis sententia contra Bartol. confirmatur.***

49 Ent autem advertendum, quod in hac & similibus quæstionibus, si conditio adimpleatur, prout adimpleri debet, ut debeat legatum, juxta prædictam sententiam, legatum quidem monasterio acquireretur, nec tamquam ipsius legatarij, legataria ve bona, quæ secum deferant in monasterium juxta *Auth. ingressi C. de Sacrosanct. Eccles.* nam, cū dies legati conditionalis non cedat pendente adhuc conditio, & demum, ea existente cedere incipiat, *l. cedere diem, infr. de verbor. signif. l. si post diem, vers. sed si sub conditione infr. quand. dies legat. ced.* necessario sequitur, in hujusmodi legato, Catharina virgini, si monasterium ingressa fuerit, (quæ conditio, ex voluntate testantis semper intelligitur de religionis ingressu professione secuta) non ante diem cedere, quam Catharina vitam monasticam sit professā: unde hujusmodi legati dies incipit cedere, cum jam Catharina, sui juris non est, & per consequens, non ei, sed monasterio, cui subita reperitur, cum dies legati cedere incipit, debetur legatum, *juxta tex. in d. l. si post diem, versic. si cum dies.* Apparet itaque, tale legatum, ad monasterium pertinere, nec tamen quasi bona, quæ secum ferant ingressi monasteria, sed quasi legatum, ipsi monasterio, per monachum adquisitionum, seu monachi causa, acquisitionum,

nunquam, scilicet, residens in monachi domicilio: sicuti, si cui relictum foret, sub quavis alia conditione, quæ, illo postea facto monacho extitisset, quo casu, ad monasterium, in quo, eventus conditionis tempore, vitam agit, legatum pertineret, per eum, seu illius intuitu, acquisitionum, in cujus bonis nunquam fuit, idque, quanvis antea in altero monasterio commoraretur, ut cum Cardinal. in *clen. final. 16. quæstion. de elect.* & alijs quos referet tenet Covar. in *cap. primo, numer. penultim. versic. ex quo inferitur, extra de testament. Ve.* etiam, si monacho jam professio quidquam in alicujus testamento relinqueretur, quod quidem, non ipsi, sed monasterio, illico adquiretur, nec unquam, de monachi patrimonio, seu familia esse, diceretur, ut tradit *Dida. spino. de testament. gloss. 12. principal. de legat. monach. relict. num. 17. & 25. in versic. secundum sub deducitur.*

50 Multum vero interest, an bona pertineant ad monasterium, quasi, ingressorum bona, an quasi, per eos, postquam proficerentur, ipsi monasterio acquisita, sicut in præfata evenire, dicimus, primo, nam quæ cessabit assidua illa, & controversa Doctorum quæstio, an bona monachi transeuntis ab uno monasterio, in quo professus fuit, ad alterum alterius religionis, jure, vel Romano Pontifice permittente, debeant quoque transire cum monacho in alterum monasterium, an remanere in primo? quam quæstionem tractant Covar. contrarias Doctorum in ea referens opinioniones, in *cap. 1. numer. penult. & ultim. extr. de testament. nempe, Archidiacon. Abb. & aliorum, asserentium, bona, primo monasterio, ingressu monachi acquisita, ad secundum cum persona ipsius transmitti: & Hostiensis *specul. & aliorum, tradentium, bona, ad secundum monasterium nequaquam pertinere nisi quatenus, ad ipsius monachi alimenta, necesse sit, ex illis præstari: & communiter Canonistarum videri conclusionem, bonorum usufructum, ad secundum monasterium pertinere, proprietate penes primum manente, testatur Socin. eam secutus, mor. equo. non esse ab ea recedendum in judicando. & contulendo, *conf. 52. viso instrumento, numer. 18. vol. 4.* Veruntamen, controversia ista cessabit in præfata, circa legatum, de quo agimus, quia, cum illud in bonis monachi nunquam fuisset, sed ipsi monasterio, per monachum jam professum fuisset acquisitionum, penes monasterium ipsum semper manebit, nec unquam transibit in secundum, quod etiam probatur ex mente Doctorum, qui primam sententiam in præfata quæstione sectantur, eam duntaxat intelligentes in bonis, quæ**



monachus secum detulit in monasterium, ut constat ex Covar. d. cap. 1. num. final. ad fin. Quare, ex hujusmodi legato, nec pro monachi alimentis, secundo monasterio à primo quidquam præstandum erit, cum talia alimenta, & ususfructus, qui, secundum communem sententiam à Socin. nuncupatam, præstari debet, de ijs demum bonis præstari, debeant, quæ monachus habebat tempore primæ professionis. Qua etiam ratione, in hujusmodi legato non debetur parentibus legitima præ mortuo filio in monasterio, nam communis sententia quæ asserit, superstitibus parentibus legitimam deberi, esseque in eo monasterio præferendos, quam defendit Valasc. & secundum eam non semel judicatum in senatu, se vidisse, testatur, consult. 24. num. 1. numer. 5. de ijs demum bonis intelligit, quæ secum attulit filius in monasterium, ut per Valasc. d. num. 5. & 7.

51 Secunda prædictæ observationis utilitas in eo verlatur, quod is, ea vè, cui, sub dicta conditione, si monasticam vitam profiteretur, legatum fuit, tale legatum renunciare, nullatenus potest, nec servata solemnitate Sacri Concilij Trident. sess. 25. cap. 16. de regularibus, quod quidem posset, ubi jus, aut spem ullam acquirendi sibi legatum, haberet, cum enim in casu proposito, legatum, nec sit in bonis ejus, qui profiteri vult, nec, unquam esse, speretur, nihil prodest renunciatio illius, ut potè ab eo facta, qui in illo, nullum jus habet, nec habere, potest, sive pendentis, sive existentis conditionis tempus consideretur, non magis, quam si monasterio divæ Claræ centum legata fuissent, sub conditione, si in eo velum susciperet Catharina, quo casu, nullius omnino momenti fore, talis legati renunciationem à Catharina quovis tempore factam, nemo est qui ignoret, similiter ergo, & in casu de quo agimus, idem erit, in quo eadem jus legati est, eademque ejus acquirendi spes nunquam penes ingredientem, sed penes monasterium semper est.

Cui tamen resolutioni obstare videtur, paternæ successione renunciationem fieri posse in professuro religionem, eamque, si fiat servatis servandis, utiliter valere, quantumvis pater, filio per monachatum mortuo jam sæculo, in sæculo moriatur, quo casu, non renunciata successio monasterio quæreretur si immediate quidem, secundum communem Canonistarum sententiam, sive monachi per se, & facta mediante, secundum legistarum communem, teste Socin. conf. 183. eleganter summa, vol. 2. circa principium, & conf. 52. visum instrumento, num. 19. vol. 4. Covar. d. c. 1. de testament. numer. final. in princip. unde videba-

tur, quòd sicut filius, præmissa solemnè renunciatione paternæ hæreditatis, quæ aliàs ad monasterium perventura erat, monasterio præjudicare potest, ut contra Socin. dict. conf. 183. col. 1. & 2. & alios, probat Covar. magis communem esse, testatus, in relect. c. quanvis pactum 3. part. §. 2. num. 3. versicul. contrariam sententiam, de pact. lib. 6. & ibi Gutier. in verb. dum nuptui numer. 1. Cephal. conf. 62. volum. 1. ubi num. 14. & 42. adversus similem renunciationem, nullitatis causam ex capite læsionis enormissimæ, & ea cessante, restitutionis beneficium inducit ad casum de quo ibi: Atque ita, his cessantibus, renunciationem in monasterij præjudicium rectè valere, præsupponit, sic in casu, de quo agitur, renunciare possit legatarius legato, cum monasterij præjudicio, cui aliàs, secuta, conditione acquiri debebat.

Cujus tamen contrarium, in nostro casu verius esse, probavimus, nec, quòd de renunciatione paternæ hæreditatis, stante communi calculo, objecimus, in contrarium movet, si quidem, inter unum, & alterum casum, constans & palpabilis differentia ratio deprehenditur: Etenim paternæ successio, tametsi, dum pater vivit, in bonis filij non sit, quinimò ejus adhuc præmatura spes esse dicitur in l. 1. §. si impubere, infr. de collat. bonor. tamen filius, etiam vivo patre jus habet succedendi post mortem illius, quo jure, sicut adhuc in vita patris, delicti causa privari potest, ut putà per exhæredationem rectè factam, poterit etiam, & solemnè renuntiationis contractu privari, sicque jus illud, & præmaturam spem, à se abdicare: Atque ita, cum mortuo postea parente, eo jure uti non posset filius, ad obtinendam illius successione, pariter etiam uti non poterit monasterium, quòd, eo jam jure & spe privatus filius ingressus fuit. longe aliter ac in nostro casu, ut potè in quo, nullum jus, nec ullam, vel etiam præmaturam spem succedendi in legato, ingressus monasterium habet, vel enim defecta conditione, deficit legatum, vel existente, ipso conditionis eventu acquiritur monasterio, penes legatarium nunquam permansurum.

Quæ sententia confirmatur ex ratione scripta à Socin. d. conf. 183. col. 1. versicul. secundo premitto, pro opinione, quam probat ibidem circa renuntiationem paternæ hæreditatis: ait enim quòd dicta renuntiatio habet in se tacitam conditionem, si successio ad renuntiantem devolvatur, unde si delatæ successione tempore, filius qui renunciavit, jam monachus effectus sit, quia secundum communem Canonistarum, quam sequitur ibidem Socin. successio ipso jure & immediatè, non

vero



vero monachi persona mediante, devolvitur ad monasterium, apparet, renuntiationis conditionem defecisse, ex quo, pro non facta, habenda renuntiationis est, quam dixit esse considerationem Paul. in l. pactum dotali C. de collationib. quam sequuntur Alex. & alij moderniores ibi, quam etiam considerationem fecit Joan. de Imol. in l. qui superstitis col. 1. prope finem supr. de acquirend. hered. pro Bart. sententia ibidem, & Bald. in d. l. pactum dotali, nempe, ut non obstante renuntiatione filiae, quae mortua fuit ante patrem, cujus successionem illa renuntiaverat, filij eius etiam ex matris persona, ut puta, cum avunculis vel patruis admittantur. Hæc itaque doctissimorum virorum ratio prædictam sententiam in casu à me proposito confirmat, nec tamen eam ad casum renuntiationis hæreditatis paternæ probo, in qua communem sententiam potius sequor, & differentiae ratio est inter unum & alterum casum, quam notavimus. Ex qua infero quod si legatum esset relictum sub quavis alia conditione, quæ posset, etiam ante professionem adimpleri, quia tunc habet legatarius jus & spem succedendi in legato, ejus adimpleta conditione, hoc jus & spem renuntiare interim, & à se abdicare possit, tenebitque renuntiationis, & si contingat, quod secuta professione, conditionis eventus sequatur, ut in terminis tenuit Covar. in d. cap. quavis pactum 3. part. §. 2. numer. 3. versicul. Non oberit, quia nempe, talis conditio legato adjecta fuit, quæ, jus, & spem qualemqualem præstat legatario acquirendi sibi legati, quod in ea secutus est (ut patet) quæ ad legatarij ipsius professionem dirigitur.

52 Tertia tandem & notabilis utilitas proveniens ex supradicta observatione, erit, quod tale legatum, quia ex testamento defuncti pertinet ad monasterium, valebit in testamento minus solemniter, tamquam legatum Ecclesiae relictum, juxta cap. relatum 1. de testament. ubi Summus Pontifex determinat, relictum Ecclesiae, secundum decretorum statuta tractari, tribus, videlicet, aut duobus legitimis testibus requisitis: negari autem, non potest, idem jus esse, sive quidquam Ecclesiae directo relinquatur, sive mediante alicujus persona, ei acquirendum, quia utrobique in legato vertitur, & tractatur Ecclesiae causa: porro, appellatione Ecclesiae, monasterium contineri, in ijs, quæ favorabilia sunt, responderunt Abb. in cap. 1. column. 3. num. 9. de juram. calum. Dominic. in cap. 2. col. 3. de in integr. restit. lib. 6. & Covar. in 2. part. relectionis cap. alma mater. §. 4. num. 1. in fin. de sentent. excommunicat. eod. libr. an autem collegia pauperum, & alia loca pia gaudeant Ec-

clesiae privilegij, tradit Cabed. decis. 51. num. 5. ubi vide, tom. 1. & ex tali legato, veluti monasterio relictum, non deducetur falcidia, An. similiter C. ad leg. falcid. & omnibus, demum ad pias causas relictorum prærogativis potestur.

53 Quoniam vero, supra probavimus, in hujusmodi legato, ducenta, si monasterium ingressa fuerit, & centum si nupserit, mulier nubenti, centum duntaxat fore præstanda, inquirendum modo erit, quid è contrario, ostendendum sit, ubi, scilicet, virgini centum legata proponerentur, sub conditione, si monasterium ingressa fuerit, & ducenta, si nupserit, quid, inquam, dicendum sit in proposita specie puella monasterium ingredienti, quaestione, utilem & quotidianam, de qua pluries interrogatus fuit, testatur Jas. in d. si qua mulier numer. 9. C. de sacrosan. Eccles. & in ea, communes invicem dissidentes tenuerunt Covar. lib. 1. variar. resolut. c. 19. num. 9. late Mantic. pluribus citatis, de conjugal. ultimar. volunt. lib. 1. titul. 18. ex num. 27. de testament. glossa 14. principal. de legat. sub condit. relict. num. 113. eamque tractant Doctores nostri in præsentiarum, ubi tamen Bartol. ejus non meminit, qui in l. 2. sup. de sp. pan. caus. relinq. asseruit in proposita quaestione, puellae monasterium ingredienti maius legatum fore præstandum, quod ei, sub præsentiarum conditione relictum fuerat: quae opinio sequitur, & communior præferentur Jas. in d. Auth. si qua mulier, num. 15. juncto num. 11. in fin. sequuntur plures antiqui, & moderniores communem dicentes, quos refert Mantic. d. num. 27. Cost. in d. ampliat. 11. num. 5. ubi, cum num. sequenti sententiam hanc limitat ex Felin. in c. in præsentia, num. 37. de probationib. ut non procedat, si in exiguiori legato certum monasterium designaretur, videlicet, quia ita pater dixisset. *Filia mea, si nupserit, ducenta. si diva Clara monasterium fuerit ingressa, centum do, lego.* centum duntaxat legata debebuntur, si filia divae Clarae monasterium ingrediatur, sic, in hoc casu communi sententia limitata, ubi filia designatum monasterium ingrederetur, quæ si in alio profiteretur, maius legatum deberetur, sub nubendi conditione relictum, ut ex Felin. tradit Cost. d. num. 6. Et moventur hujus communis sententiae Doctores, argumentis nostris tex. ubi, non obstante conditione, carnalis matrimonij impeditiva, maius legatum sub ea relictum, Titiae nubenti præstatum, ergo dicendum erit in proposita quaestione, ut in ea, maius legatum debeatur, non obstante, conditione, matrimonij spiritualis impeditiva, sub qua relictum proponitur, factum vide.



videlicet, argumento, de uno ad alterum matrimonium, quod, in jure frequens est, ut notant Doctores in c. tua, de sponsalib. & in c. 2. de transl. pralat.

Adducunt etiam *tex. in d. Auth. de Sanctif. Episcop. § sed & hoc presenti*, quatenus ibi rejicitur conditio, quæ impedit, ingredi monasterium, & denique, quid quid alicui relinquitur sub nuptiarum conditione, erit utique præstandum, eo religionem profitente, ut ibidem sancivit Imperat. sic ergo, in quæstione nostra, merito responderi, videtur, quæ illa monasterium ingrediente, & ibidem profitente, deberi legatum, quod sub nubendi conditione, ei derelictum proponitur.

Sed nihilominus contrariam opinionem, veriore esse, putant Bald. & Paul. in l. Deo nobis C. de Episcop. & cleric. Ancharr. communem dicentis in regul. nemo potest, quest. 5. de reg. jur. lib. 6. communem etiam dicit Bal. in d. Auth. nisi rogati. C. ad 5. c. Trebell. veriore, & communem testatur Dec. conf. 419. v. elegantis consilio num. 7. 3. part. & licet Covar. d. c. 19. num. 10. Bartoli sententiam, plurimum autoritate munitam esse, credat, de hoc dubitat Mantica. d. titulo 18. num. 29. versicul. sed contrariam, ad fin. ubi pro hac sententia plurimos, & magnæ autoritatis Doctores refert, quorum aliqui communem dicunt, & praxi, ac consuetudine receptam testantur, quam ibi & sequentibus num. defendit Mantica. & veriore esse, censet, Covar. d. num. 10. sequitur Mench. de success. creat. lib. 3. c. 21. limitat. decima, num. 176. & magis pro ipino d. glossa 14. principal. num. 114. quibus ego libenter assentior.

54 Nec obstant fundamenta contrariæ opinionis, primo enim, nostræ legis exemplum, quod speciali quodam legis beneficio procedit, circa non nubendi conditiones introductum, non erit trahendum ad conditionem non ingrediendi monasterium, circa quam, nullatenus obstat constitutum, quod repugnante testatoris voluntate, è testamento rejici, aut incompleta haberi, debeat, sicuti constitutum est circa non nubendi conditionem propter Reipublicæ utilitatem, sobolis, scilicet, procreandæ gratia, quæ ratio cessat in conditione non ingrediendi monasterium: quod alibi scriptum est in d. Auth. de Sanctif. Episcop. § sed & hoc presenti, nubendi conditionem, & similes, non obesse, quoniam is, cui ea adscriptæ sunt, libere possit, ingredi monasterium, absque metu perdendi libertatis, talibus, videlicet, conditionibus, proscriptis, habitis, ubi, sub eis vocati, monasterium vitam professi sunt, hoc, plurimi, & magni nominis authores, existimarunt, locum

non habere, quando in defectu prædictarum conditionum, aut cujuslibet earum, testator excluderet monasterium, duos casus in proposito distinguentes: quorum unus est, quando testator circa monasterium nihil dixit, & tunc, illud admitti, volunt, excluso substituto, non quidem, contra defuncti voluntatem, sed potius præsumendo, quod, si testator de monasterij ingressu cogitasset, magis monasterium quam substitutum vellet admitti: atque ita procedat decisio *tex. in d. § sed & hoc presenti*. Alter casus est, ubi testator expresse monasterio prætulit substitutum, quo casu, volunt, monasterium, refragante testatoris voluntate, admitti, non debere, nec tunc habere locum decisionem *tex. d. § & hoc presenti*, ita resolvunt Dec. in c. in presentia num. 58. ad fin. de probationib. & conf. 259. v. visis ijs quæ novissime, num. 3. part. 2. & d. conf. 419. num. 2. cum sequentibus, pulchra Rip. in l. ex factis. §. si quis rogatus num. 39. infr. ad Trebell. & alij quos refert Covar. d. lib. 1. c. 19. num. 8. ubi communem tradit, quam sequitur ibidem num. 11. versicul. Quartum, verum esse censeo, communem etiam tradit Cost. in cap. si pater 1. part. verb. si absque liberis num. 68. de testam. lib. 6. sequitur Mantica. d. lib. 11. titul. 7. num. 7. & num. 18. & 19. & d. titul. 18. num. 31. cum duob. sequentibus. Quæ vera est, tametsi Alciat. in l. quinque pedum col. 7. versicul. qua propter C. finium regund. tuto scripserit, præfatam decisionem voluntati testatoris adversari, inde inferens, eam in foro divino locum non obtinere, sed in illo substitutioni locum fore, sicque à plerisque responsum esse, testatur Alc. ibi, quem Mantica. d. titul. 7. circa principium, ad id etiam citat in conf. 53. num. 6. libr. 9. & conf. 57. num. 6. eod. lib. sed ejus sententiam reprobat ibi n. 2. ea ratione, quia Imperatoris lex. in d. § sed & hoc presenti, jure Pontificio fuerit recepta in d. c. in presentia, quod jus magis sequitur legem Dei, quam sæculi, c. filius, de testament. & animas ad Deum dirigit, Abb. in rubr. pro am. Decretal. num. 16. versicul. Item considera, unde absit, ut dicamus, quod in dispendium salutis æternæ aliquid statuisset, c. ultim. de consuetud. cū alijs, de quibus Mantica. d. n. 2. cui pro confirmatione ejusdem sententiæ addo, quod si admittendum foret, in animæ judicio prædictam legem non habere locum, præterquam quod palam injusta videretur, quæ ita palam quidquam statueret contra divini fori iudiciū, & præceptum, prorsus decisio illa tam civilis, quam canonico jure recepta, in cassum, & destructa maneret, tamquam lex imposita verbis & non rebus: siquidem certissimum esse debuit, monasterium, & Ecclesiam,



quæ justitiæ cultrix & auctrix est, c. 1 § sed di-  
versum, de alienat. feud. in usib. feudor. ea bo-  
na sibi acquirere, nunquam velle, nec retine-  
re, quæ in conscientiæ foro, cui nomen dede-  
runt, acquirere, & retinere, non possent.

Unde, ne leges potius impositas verbis, &  
non rebus daremus, contra l. 2. in fin. C. com-  
mun. de legat. dicere debemus, præfatam san-  
ctionem ac decisionem ex conjecturata testa-  
toris voluntate procedere, non vero illa re-  
fragante, cum communi sententia, de qua  
supra. Sumitur autem ibi voluntatis coniec-  
tura pro monasterio, quanvis de eo nihil tes-  
tator dixerit, religionis favore, quia sum-  
ma est ratio quæ pro religione facit. l. sunt  
persona in fin. ff. de religios. & sumptib. fu-  
ner. fuit tamen in hac specie necessaria Im-  
peratoris sanctio, & provisio, quoniam cum  
nulla verborum dispositio appareret, unde  
illa voluntatis conjectura elici potuisset, nul-  
lum de se effectum producere potuit, juxta  
l. quidam cum filium, sup. de heredib. institu-  
end. cum adductis per Tiraq. in l. si unquam,  
verb. libertis num. 20. cum sequentib. C. de re-  
vocand. donat. & similem idcirco interpreta-  
tionem, quam, Jurisconsulti facere, non po-  
terant, cum verba de essent, facere consue-  
verunt Impp. ut in l. licet Imperator sup. de leg. 1  
l. non justam C. ad Trebell. d. l. si unquam, & ali-  
bi non raro.

Quod vero in specie celebris ac difficilis  
l. cum avus infr. hoc titul. pro filio gravati  
post mortem suam restituere, voluntatis  
conjectura non colligitur ex verbis, & tamen  
authore Papin: introductam eam legimus,  
quem de hoc laudavit Iustinian. in l. cum a-  
cutissim. C. de fideicommiss. & in l. generali-  
ter. § cum autem C. de institutionib. & substi-  
tution. procedit ex eo, quia conjecturam  
de qua ibi, quam quidem testatoris verba  
non præbebant, illius qualitas sufficienter in-  
nuabat, unde eam deducere, Jurisconsultus  
potuit, est enim voluntatis conjectura, quæ  
desumitur ex qualitate testantis, potens & ef-  
ficax ad dispositionem inducendam ut illa,  
quæ ex verbis illius colligitur, ut probat  
tex. singularis in l. ex facto. §. si quis rogatus,  
in 1. in fin. infr. ad Trebell. ubi ex testatoris  
conditione æque, ac ex verborum dispositio-  
ne, deducitur, an in conditione, si sine libe-  
ris, naturales liberi veniant, de quo per Cost.  
in §. Equid sitantum 5. part. num. 62. & num.  
79. & in dict. cap. si pater. 1. part. verb. si abs-  
que liberis num. 42. Molin. de primogen. lib.  
3. cap. 3. num. 4. cum sequentib. patet au-  
tem Papin. in dict. l. cum avus, voluntatis  
conjecturam, quam verba non suppeditabant,  
ex testantis conditione, & qualitate deduxisse,

ibi, conditionem, conjectura pietatis, respondit,  
defecisse, noto enim quod Papin. non dixit, vo-  
luntatis conjectura, fideicommissi conditione  
defecisse, sed, pietatis conjectura, innuens, scilicet,  
conjecturam, quam verba testantis non  
ferebant, ipsius qualitatem proferre, pietatem,  
inquam, quæ parentibus erga liberos certa, cõ-  
stans, & naturalis est. l. nam & si parentibus,  
sup. de inoffic. testam. l. scripto, in fin. infr.  
unde liber. l. cum ratio, infr. de bon. damnat. &  
specialis quædam pietatis ratio in illo casu ver-  
tebatur, tam erga nepotem gravatum, quam  
erga liberos ipsius, testatoris pronepotes, ne-  
scilicet, nepos gravatus hæreditatis partem  
sibi ab avo derelictam, susceptis liberis cum  
dolore inciperet possidere, dum in illa, post  
mortem suam, non posteros suos, sed extra-  
neum successorem sibi futurum, speraret,  
quod parentum voto perquam durum, &  
acerbum est, ut re ipsa constat, similiter illi  
us nepotis liberi graviter dolerent, si bona  
quæ pater eorum possidebat, non sibi, sed  
extraneis successoribus possidere, viderent,  
ex quo, afflictis morte parentis, translatione  
bonorum augetur afflictio: hinc igitur com-  
miserationis ratio pullulat, quæ avum, in spe-  
cie, d. l. cum avus, movere potuisset, quæ  
commiserationis ratio, cum unicuique parti-  
ti erga posteros suos communis ac naturalis sit  
merito ex testantis conditione & qualitate, ne-  
pe, quia avus erat, voluntas conjicitur, quæ  
vero hujuscemodi voluntatis conjectura, non  
ex verborum dispositione, sed ex commiserationis  
& pietatis ratione derivatur, non inco-  
sulto Jurisconsult. Papin. sed argute satis eam  
non voluntatis conjecturam appellavit, quæ  
voluntas ad verba refertur, quibus illa man-  
festari solet, sunt enim verba, eorum quæ  
animo sunt, notæ & signa l. labeo ait, verficat  
ad Tubero, sup. de suppellect. legat. sed appella-  
vit potius, pietatis conjecturam, quia, nepe  
conjectura est, quam, & si verba non indicent  
naturalis tamen ipsa testatoris pietas satisfacit  
cat, & demonstrat, ut explicuimus. Denique  
conjecturam, de qua, ibi non ex verbis, sed ex  
qualitate testatoris oriri, expressis verbis  
significat Papin. pro ratione subdens, quod  
nus scriptum quæ dictum fuerat, inveniretur. Ad  
simili loquendi modo usos fuisse Impp. ubi ver-  
bæ dispositio voluntatis conjecturam non promittit  
quæ pietatis ratio tuadebat, in l. 3. C. de inoffic.  
testament. ibi, repentini casus iniquitas per  
jecturam materna pietatis emendanda est.

Ex hoc vero intellectus ad d. l. cum avus  
multa ad illius decisionem inferri possent, quæ  
quia ad legis nostræ materiam non spectant  
omitto uno tantum contentus, quod pertinet  
ad decisionem Imper. in d. §. sed & ha-



presenti, ut ita, unde digressi sumus, regrediamur, illud est, quod conditio, *si sine liberis*, à lege subintellecta in descendente gravato, in terminis *dict. l. cum avus*, cum concordantibus, non extenditur ad monasterium, si enim nepos, post mortem suam restituere gravatus monasterium ingrediatur, non excludet substitutum, qui in hac specie monasterio præferendus erit, juxta commune placitum, quod defendit Cost. in *d. c. cap. si pater, verb. si absque liberis, num. 70. cum sequentibus*. ubi duos casus constituit, unum, quando gravatus sub expressa conditione, *si sine liberis*, vel alia ex enumeratis à Justinian. in *d. §. sed & hoc presenti*, monasterium capax bonorum ingressus fuit, quo casu, si gravatus esset testatoris descendens, si extraneus, monasterium excludet substitutum, juxta *tex. ibi, cum concord. alterum*, quando descendens, simpliciter gravatus fuit, post mortem suam restituere, non adjecta conditione, *si sine liberis*, aut alia illa, quo casu, post mortem gravati, substitutus monasterium excludet, & ita communè esse sententiam, refert Cost. quam late tueri *d. verb. si absque liberis, num. final. ubi in fin.* pro ea inducit sententiam *glosse final. in l. cum acutissimi C. de fideicommiss.* quæ tamen, contrarium sensisse, colligitur, *ex tex. quem allegat, in Auth. nisi rogati C. ad Trebell.* & ita in contrarium allegatur à Doctoribus ibidem, ubi eam pro contraria sententia, quam sequitur, & communem dicit, allegat Corn. *num. 9.* quam etiam sequitur Gregor. *l. 10. tit. 4. part. 6. verb. dexasse, Gom. 1. tom. cap. 5. num. 34.* ubi pro hac parte prædictam glossam allegat, & ordinariam dicit, & ad hoc à Doctoribus ibidem commendatam.

Sed in quæstione prædicta verius puto, quod Cost. defendit, & receptius videtur, scripsit *d. numer. 70. versicul. Nam præter versus*, tamen ille nullam inter prædictos casus rationem differentie assignet, in quibus, videtur, quod non possit diversæ voluntatis conjectura pro monasterio considerari: forte, dici, potest, quod cum voluntatis conjecturam nec in uno nec in altero casu verborum dispositio præstet pro monasterio, non potuit, decisio ulla, effectus vè ullus ex ea formari, absque speciali principis sanctione, quæ sanctio, pro monasterio emanasse, reperitur, in specie *d. sed & hoc presenti*, illam vero non habet ad speciem *d. l. cum avus*, idcirco hac, monasterio locus non erit intuitu conjecturatae voluntatis, quam verborum dispositio non juvat, in illa vero sic, ubi, conjecturam voluntatis, & si verborum dispositio non juvat, juvat tamen Imper-

ratoris ipsa constitutio in eo casu pro monasterio lata. Sed & peculiaris quadam ratio excogitari potest pro monasterio in specie *d. §. sed & hoc presenti*, quæ non est in specie *d. l. cum avus*, scilicet, quia in *d. l. cum avus*, post mortem gravati substitutus, sine conditione alia vocatus proponitur, præterquam sub tacita illa, cui pietatis ratio, quam explicuimus, locum fecit, at vero in specie *d. §. sed & hoc presenti*, substitutus vocatus est, non simpliciter post mortem gravati, sed sub expressa conditione, ut ibi, unde si ad testatoris voluntatem attendimus, magis illi dilectum generaliter agnoscere debemus substitutum, quæ post gravati mortem simpliciter vocavit, quam quem post mortem gravati vocavit adjecta conditione, gravati ipsius favorem concernente, ut in *d. §. sed & hoc presenti*, ubi, idcirco promptius fuit, legem dicere pro monasterio contra substitutum, qui non tam dilectus reperitur, ut ille apparet, qui post gravati mortem, sine conditione alia vocatus reperitur, præter eam, quæ naturalis pietatis & commiserationis causa erga posteros, subintelligitur in *d. l. cum avus*, quæ pietatis & commiserationis causa in monasterio contra substitutum locum sibi non vindicat. Atque ita apparet, decisionem *d. §. sed & hoc presenti* non procedere, ubi substitutus post mortem gravati, simpliciter vocatus fuisset, non adjecta conditione de qua ibi. Sed & si vocatus fuisset sub conditione alia præter ibi nominatas, illius *tex.* decisioni locum non fore, arbitror, quia, ultra casum expressum trahit, non debet, quod ostendit Imper. *ibi, sub una prædictarum conditionum*, & clarius *ibi, adjectis conditionibus quibuscunque ex his quæ superius enumeratae sunt.*

An autem prædicta decisio locum habeat, ubi ditio certâ personâ in matrimonium designat, & præcipit, ut puta, si Titio nupserit, agit *Novell. de dote 6. part. privileg. 77. n. 3. & 4.* tenens, quod non, cum quo transit Cost. in *d. §. si arbitratus, limitat 6 n. 2.* quæ sententiam tenuit Salyc. in *d. Auth. nisi rogati C. ad Trebell. n. 3.* glossæ sententiam ibidem, ad nuptias in genere restringens, sequitur *Mantic. de conject. lib. 11. tit. 18. n. 26. in fin.* sed mihi contraria opinio probabilior videtur, nec in contrarium me movet, quod in prædicta specie data sit à testatore certa forma, & de carnalibus nuptiis sensisse, videtur; nam, & cum nuptiarum, seu liberorum conditionem appoluit, de carnalibus nuptiis, & liberis sensisse, pro certo est, & tamen voluntatis conjectura pro monasterio inducitur in *dict. §. sed & hoc presenti*, nec id quidem quasi de monasterio sensisset, dum nuptiarum,



& liberorum conditionem injunxit, sed quasi, si de illo cogitasset, illud substituto prætulisset: quæ ratio, & religionis favor æque militat, ubi, ad certam aliquam personam nuptiarum conditio dirigitur.

Sed ut jam tandem quæstionem supra positam absolvamus, cum constet, in specie illius, testatorem manifeste voluisse, ut exiguius legatum præstaretur, si puella religionem profiteretur, quia forte sibi proposuit, quod in hanc causam abundabat exiguius, non debet utique, in hoc casu maius præstari, cessante, videlicet, in eo, ubi constat de manifesta defuncti voluntate, decisione *tex. in d. §. sed & hoc præsentis, cum concordant.* Atque ita verior apparet posterior sententia in prædicta quæstione, quam & praxis, & consuetudo, quæ est optima legum interpret, approbavit, ut constat ex relatis à Mantic. d. lib. 11. tit. 18 num. 29. *vers. sed contrarium.*

55 Hæc autem conditio, si nupserit, nuptias jure contrahi, requirit, non enim omnes conjunctiones implent conditionem, si nupserit, sed hæc tantum, quæ jure subsistunt, l. hæc conditio filie meæ, sup. hoc titul. tradit Mantic. d. libr. 11. titul. 18. num. 22. ubi num. sequenti quærit, an aliquod tempus sit à lege præstitum, intra quod, hujusmodi conditio, si nupserit, debeat impleri, & omnia Bart. sententia asserentis per *tex. ibi, triennium post pubertatem expectandū fore ad prædictæ conditionis implementum, in l. 2. §. ad filiorum, notab. 1. C. quand. & quib. 4. pars deb. lib. 10 & Paul. in l. hæc conditio numer. 2. sup. hoc titul. & aliorum, idem tenentium, per d. §. ad filiorum, ipse dicit num. 23. versicul. Ego autem puto, & numer. sequenti in contraria est sententia, existimans, conditionem prædictam quancumque impleri, posse, absque ulla temporis præfinitione, per *tex. in l. conditionum, quæ in futurum, in fin. sup. hoc titul. verum ego non puto, conditionem hanc ita in infinitum trahendam, ut pro illius implemento quinquagenariam, vel etiam sexagenariam expectare, debeamus, nec enim credo, testatorem, qui puellæ reliquit, sub conditione, si nupserit, cogitasse de nuptijs ab ea in senectute contrahendis, nec in has relictæ commodo providere voluisse, idcirco puto, secundum testatoris voluntatem his nuptijs non impleri conditionem, mulieremque, conditione defectam censeri, cum ad eam pervenerit ætatem, quæ contrahendis nuptijs apta non putetur, sufficit verò pro ad implemento prædictæ conditionis, matrimonium utriusque contentu perfici, nondum carnali copula subsecuta: quo fit, ut contractis jure sponsalibus de præsentis, cedat, & veniat legati dies, etc.**

nim, cum nubendi conditio ad matrimonium referatur, illudque, vere & formaliter utriusque consensu contrahatur, sicuti contractum fuit inter Sacratissimam Virginem Mariam Dominam nostram, & Sanctum Ioseph sponsum ejus, c. beata c. conjux. c. omne 27. quæst. 2. nec enim nuptias concubitos, sed consensus facit c. matrimonium d. caus. & quæst. c. locum de sponsalibus. l. nuptias, infr. de regul. jur. l. cum fuerit, sup. hoc titul. contractis sponsalibus de præsentis, conditio in forma specificæ adimplebitur, quod probat expresse *in d. l. cum fuerit, ubi Bart. idem Bart. in l. Tertio centum §. Titio genero num. 7. sup. eod. tradit Dec. d. l. nuptias, num. 6. Cost. d. §. si arbitrato, ampliat. ultim. num. 18, in fin. Mantic. d. 18. num. 18.*

56 Quod cum ita sit, dubitari poterit circa præmissas antea quæstiones, in quibus, puellæ duo legata proponuntur relicta, unum sub conditione, si nupserit, alterum sub conditione, si monasterium ingressa fuerit, antea quæ legatum sub nubendi conditione relicta, quæsitivis contractis sponsalibus, alterum deinde quærere, possit, cum ejus quoque conditionem valeat adimplere, à terrettri, scilicet, sponso divertens, seseque ad cælestem, optimum, & maximum, sanctarum virginum spiritum, in monasterio convertens, optimam partem eligens, quæ non auferetur ab ea, sponsaliorum antea tamen de præsentis contractuum obtentu, potest enim libere, quandiu à sponso cognita non est, ejus thoro præferre chororum, c. 2. c. ex publico, de convers. conjugat. nec sub anathematis pæna, contrarium dici potest, ut de terminat sacrosanct. Trid. Synodus (sæc. 24. de Sacrament. matrim. canon. 6. cuius rei rationem ex Divo Thoma in 4. distinct. 27. quæst. 1. in responsione ad primam quæstionem, tradit noster Barbof. in 2. part. rubr. sup. spon. lut. matrim. num. 76.

Quæ quidem quæstio, anceps mihi visa est, nec ab ullo tactam comperi, in ea verò, pars negativa, testatoris voluntati conformior videtur, quia, (ut antea dicebamus) dum puella unum legatum reliquit sub conditione, si nupserit, alterum sub conditione, si monasterium ingressa fuerit, alterutro duntaxat contentam esse, voluit, unde contra defuncti voluntatem, non debet utrumque præstari, præterea, obliare videtur Papin. ratio in prædicto, ridiculū enim videbitur, eandē, & ut nuptiam, & ut non nuptiam, id est, ut moniale admittat.

57 Pro hac denique sententia facit, quod contra Corn. in Auth. cui relictum C. de ind. viduit. tollend. prope fin. tradit Cost. d. l. cum arbitratu, limit. 3. num. penult. & si nupserat enim Corn. in cōditione, si monasterium



rum ingressa fuerit, non videri inunctam viduitate puellæ, cui adscribitur, cū possit, prædicta conditione non obstante, matrimonio copulari, & nihilominus ad legatum admitti, adimpleta deinde conditione, si postea amisso viro, monialis efficiatur, quod quidem Philippi placitum merito displicuit Emanueli nostro, probanti, præfatam conditionem deficere, ubi primum virgo matrimonium contraxit, atque deinceps, nihilo magis debere mulierem, ad legatum admitti, quanvis postea viro mortuo monasterium ingrediatur, utpote jam semel conditione defectam, quod comprobatur *argumento text. in l. hac conditio filia mea, & in l. cum ita legatum, §. 1. sup. hoc titul. & in l. hoc genus, infr. eod. & quod ibi notatur, & in l. matrimonij, cum traditio ibidem, per Benedict. de plumb. infr. qui, & a quibus manumiss. liber. non fiant, ubi, si mulieri legatum sit, si Titio nupserit, & illa nubat Sempronio, legati conditio statim extinguatur, nec postea, mortuo Sempronio, Titio nubat, ideo magis videbitur conditioni parere, quæ semel extincta fuit, quo argumento, idem videtur probandum adversus Corn. ut, si virgini legatum sit sub conditione, si monacha efficiatur, & illa nubat, statim extinguatur conditio, cui, non ideo magis parere videbitur, si postea, viro mortuo, monasterium ingrediatur, secundum quæ sententiam, (quam Bartol. & Baldum sentire, scripsit Costa ubi sup. & etiam de mente aliorum in questione, cujus supra meminimus, an valeat conditio inuncta virgini, si monasterium ingrediatur) videtur, quod in proposita à nobis questione, negativa pars sit amplectenda, & à priori quidem, nam, si ubi unum duntaxat legatum proponitur relictum mulieri, sub conditione, si monacha efficiatur, talis conditio defecta censetur, ubi primum mulier matrimonium contraxit, ita ut jam deinceps nullo pacto adimpleri valeat, multo magis defecisse videtur in ea, cui cum duo legata fuissent relicta, alterum sub carnalis, alterum sub spiritualis conjugij conditione, illa, carnale præoptans, legatum sub illius conditione relictum sortita jam fuit, obstante, videlicet, ad alterius acquisitionem, & testantis voluntate, & ratione, qua ad nostri *text.* decisionem utitur Papinian. in præsent.*

58 Sed partem affirmativam in questione proposita illud suadere videtur, quod, quando uni duo legata relicta apparent sub diversis conditionibus, & utriusque legati conditio extitit, utrumque debetur, atqui in præsentibus duo proponuntur legata puellæ relicta sub diversis conditionibus, unum, sub conditione, si nupserit, cujus conditionem, contractis sponsalibus de præsentibus, adimplevit, (ut dictum fuit) alterum, sub

conditione, si monasterium ingressa fuerit, ergo, si, facta professione, hujusquoque adimpleat conditionem, hoc etiam legatum præstari debet. Quod vero, ubi uni duo legata sub diversis conditionibus relicta sunt, utrumque debeat, si utriusque conditio adimpleatur, videlicet, quia uni trecenta legata sint, sub conditione, si navis ab insula divi Iacobi venerit, & eidem ab eodem quingenta relicta proponantur, si navis venerit ab insula divi Thomæ, probatur argumento *text. singularis in l. quingenta, sup. de probationib.* quo in loco duo proponuntur legata ejusdem quantitatis eidem relicta, unum in testamento, alterum deinde in codicillis, & utrumque deberi, respondetur, nisi hæres probet, in utraque scriptura idem legatum contineri, non duplicatum, sed repetitum, majori ergo cum ratione, si diversæ quantitatis legata esse proponantur, sive pure, sive conditionaliter, (nec enim in hoc vis ulla est) non repetita, sed duplicata censeri debent, quod si dicatur, *text. in d. l. quingenta*, loqui quando in diversis scripturis eadem quantitas eidem relicta apparet, nam, ubi in eadem relinquuntur, in dubio unum censetur legatum, sive ejusdem, sive diversæ quantitatis sit, & onus duplicationis probandæ legatario incumbit, ut probatur *text. in l. plane 34. §. 1. in vers. sed si non corpus, sup. de legat. 1.* ubi hanc differentiam constituit glossa alios antiquos glossatores secuta, idem tenet glossa in *d. l. quingenta, & in l. cum centum, sup. de adimend. legat.* sequuntur communiter Doctores ut per Gomez. 1. tom. c. 10. numer. 24. in fin. respondendum erit, quod secundum prædictam distinctionem, urgetur argumentum in questione nostra, ubi, in testamento puellæ centum relicta essent, sub conditione, si nuberet, & deinde, in codicillis eadem, aut diversa quantitas, sub conditione, si monasterium ingrederetur, eidem relicta fuisset. Deinde etiam responderi potest, in specie dictarum legum, questionem proponi dubiæ voluntatis circa repetitionem, aut duplicationem legati, quæ resolvitur cum præmissa distinctione, secundum communem sententiam: sed in questione nostra, nec oblivionis, nec mutatae voluntatis circa priorè distinctionem, conjecturæ locus est, cū posterior statim sequatur *arg. l. nō ad ea, sup. hoc tit.* certū ergo est, testatorem, unū legatum sub una conditione, aliud sub alia relinquere, voluisse, non vero, præcedētis oblitum aut penitentem, sequens reliquisse.

Denique, si incertum est, an utriusque conditione adimpleta, ut in casu quem proponimus, utrumque præstari, voluisset testator in ambigua voluntatis questione, ea interpre-



tatio sumi debet, quam postulat religionis favor *l. sunt persona, in fin. sup. de religio. & sumptib. funcr. l. quoties dubia l. in obscura, infr. de regul. jur.* cum multis pro piæ causæ favore, à nostris passim adductis.

Nec hanc sententiam tenendo, obstabunt quæ pro contraria sunt adducta, & in primis enim ad id, quod dictum fuit, voluntatem testatoris, qui unum legatum puellæ reliquit, sub conditione, si nupterit, alterum ejusdem, vel diversæ quantitatis, sub conditione, si monasterium ingressa fuerit, eam fuisse, videri, ut alterutrum duntaxat adquirat, responderi poterit, locum habere, quando alterutrum duntaxat adimplevisset conditionem, videlicet, quia, prætermisissis nuptijs, monasticæ vitæ se commisit, vel è contra, tunc enim, tam clara est testatoris voluntas adversus puellam in eo relicto, cujus conditionem dereliquit, quam pro ea in illo, cujus conditionem adimplevit, unde utrumque legatum habere non poterit, quæ alterutrum conditionem omisit, nullo contra perspicuam, ac legitimam defuncti voluntatem, religionis ac piæ causæ favore prævalente, ut antea tradidimus. At verò præsens quæstio, utriusque legati conditionem in forma specificam adimpletam fuisse, præsupponit. Non obstat deinde Papiniani ratio in præsentibus, quatenus, ridiculum esse, scripsit, eandem, & ut viduam, & ut nuptam admitti, nam illa ratio, locum sibi vendicat in conditionibus sibi ad invicem contrarijs, qualis est illa, si non nupterit, cum illa, si nupterit, tunc enim, ridiculum erat, & contra manifestam defuncti voluntatem, ad utrumque legatum mulierem admitti, quasi utriusque adimpleta conditione, cum, quia ex diametro contrariæ sunt, unius eventu, contraventum alteri fore, necesse esset: At verò conditiones, de quibus nunc agimus, quavis in se diversæ sint, non tamen contrariæ sent, potest namque adimpleri una ac deinceps altera, unde contraria non allegat, qui ad utriusque legati petitionem, & nuptam fuisse puellam, & monialem, allegat, sicuti in specie nostri tex. allegaret, qui, ad utrumque legatum, Titiam admitti postularet, quasi, nupsisset, & quasi, non nupsisset.

Denique, non obstat, quod contra *Corn. scripsit Cost. d. §. si arbitrato, limit. 3. num. penult. & ultim.* conditionem, videlicet, si monasterium ingressa fuerit, deficere, ubi primum virgo matrimonium contraxit, adeo, ut jam deinceps adimpleri nequeat, quavis postea vidua facta ad monasticam vitam sit conversa: Etenim, hæc sententia intelligenda, & probanda erit in eo casu, qui frequentius evenit, quando, scilicet, post matrimonium copula consummatum, mulier facta vidua, ad

monasterium convertitur, præsens vero quæstio de illa est, quæ matrimonium contraxit, non consummavit, & hæc quidem, quæ derelicto sponso Christum secuta est, Joannis Evangelistæ imitatrix, secundum Hieronimum, & Augustinum, in loco citato à Covar. *de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 4. num. 6.* laudabilius egit, quam illa, quæ à viro derelicta Christum secuta fuit, quavis & hæc laudabiliter egit, unde, ampliorem illa voluntatis conjecturam, & interpretationem promeretur, nec temere pro ea sumitur diversæ voluntatis conjectura in casu, de quo agimus, cum in eo, puella matrimonium verè contrahat, nec ideo magis definat esse in statu, quominus, conditionem ingrediendi monasterium adimplere, æque possit, ac poterat, cum talis conditio à testatore injuncta fuit: contractus itaque sponsalibus ante conjugalem copulam, non extinctus, sed suspensa conditio adhuc manet, perinde ac erat, cum testamentum condebatur, quod in ea, cujus matrimonium secuta est copula, longe aliter se habet, cum talis mulier, ubi primum corporis sui potestatem viro dedit, ingrediendi monasterium facultatem sibi ademit, quam, & si postea viro soluta recuperat, conditionem tamen, subleuto monasterij ingressu implere non poterit, facto, & voluntate sua, antea semel extinctam. Facienda igitur pro præsentis articuli resolutione distinctio videtur, inter eam, quæ ante torum, virum dimisit, & eam, quæ, post thorum virum amiserit. Tu tamen ingeniose lector cogita, prior, namque, sententiâ, testatoris voluntate potior videtur, quem, verosimile est, in casu proposito, ad alterutrum duntaxat statum, puellam providere legato, voluisse, nec unquam detriusque in eadem concursu cogitasse.

59 Quoniam vero de nubendi conditione negativa, & affirmativa, generaliter concepta, hucusque scripsimus: peropportune modo venit, ut de utraque jam specie agamus, quando negatio, vel affirmatio ad certam dirigatur personam, videlicet, Titia ducenta, si non nupsisset Sempronio: Titia ducenta, si nupsisset Sempronio. Et quod attinet ad priorem speciem, certum est, in illa conditionem valere, quæ nuptijs impedimento non est: nam huiusmodi nubere prohibita, alijs nubere, commode potest, & sic, nubendi implere conditionem, cum ita legatum, *l. hoc modo sup. hoc titul. l. hoc genus legati, infr. cod.* Adeo, ut non solum alicujus duntaxat personam relata conditio valeat, sed etiam si, ad aliquorum, alicujusve familiarum, aut generis connubia, dirigatur, semper namque, negativa conditio sic formata valebit, *dict. l. cum ita legatum*, quod loquitur in conditione adjecta maioratus institutio



tradit Molin. apud omnes scribentes com-  
pertissimum id esse, testatus, adeo, ut quoad  
hoc, nulla superesse possit dubitandi occasio,  
*lib. 2. de Hispanor. primogen. cap. 13. num. 28.*  
quo in loco meminit illius præcepti Isaac ad  
Jacob. filium suum, Genes. 28. *in princip. ubi,*  
*ubi, inquit, accipere conjugem de genere Chana-*  
*an.* Valet itaque conditio in prædicta forma,  
preterquam, si matrimonij impeditiva esse re-  
peritur, quia, nempe, persona, alicui, ali-  
quibusvè nubere, prohibita, aliunde commo-  
de nubere, non possit, nam tunc, quasi legi-  
tus facta sit, conditio, ad instar illius, judican-  
da erit, quæ simpliciter, & absolute, connubia  
negat, *juxta dict. l. hoc modo.*

60 Nec vero, ad primas tantum, sed ad ul-  
teriores etiam nuptias, talis conditio ex volū-  
tate testantis referenda erit: in hac, namque  
conditio, si Titio non nupserit, eam esse  
apparet defuncti voluntatem, ut mulier Titio  
non nubat, porro, & si non primo, sed secū-  
do, aut tertio matrimonio, Titio conjugatur,  
verum est, eam Titio nupsisse, & sic, non ma-  
gis in prioribus quàm in ulterioribus nuptijs  
cum Titio contractis, contraventum esse cō-  
ditioni, apparet inspecta defuncti voluntate:  
unde, merito dicendum erit, hujusmodi con-  
ditionem, si Titio non nupserit, ad omnes om-  
nino nuptias referendam esse, *juxta sententiam*  
*glossæ finalis in d. l. hoc genus legati,* tametsi *tex-*  
*te,* contrariam sententiam innuere, videat-  
ur, dum ait, hoc genus legati, si Titio non  
nupserit, perinde habendum esse, ac si post  
mortem Titij legatum fuisset, & ideo, mulie-  
rem, nec Mutiana satisfactione interposita, ca-  
dere posse legatum: *sed & alij,* inquit, *nuben-*  
*do nihilominus legatum consequitur:* quæ ulti-  
ma verba probare videntur, conditionem de  
non nubendo Titio, evenire, ubi primum mu-  
lier alij nupserit, quemadmodum, & ubi Ti-  
tio mortuus fuerit, quod, adversus receptam  
sententiam, tentavit *ibi Paul. in fin.*

Sed nihilominus, communis sententia te-  
nenda est, tamquam defuncti voluntati con-  
formis, quæ, quia in conditionibus primum  
locum obtinet, ante omnia inspicienda, ac di-  
ligenter inquirenda semper est: cum enim de-  
functus, mulieri præcipit, nè Titio nubat, id,  
vel odio Titij, vel, quia mulieris conjugio, e-  
iusvè parentella, illum indignum reputavit, sic  
præcipit, quæ ratio, cum non solum primis, sed  
sequentibus etiam nuptijs æque adaptetur, cla-  
re conjicitur, voluntatem defuncti, eam esse,  
ut nunquam mulier Titio in matrimonium  
trahatur, eadem illa semper ratione, unde vo-  
luntatis conjectura somitur, permanente tam  
in secundo, aut tertio mulieris conjugio, quàm  
in primo.

61 Secus vero ubi mulieri centum relic-  
ta sunt, si Titio nubat, nam tunc, primas nup-  
tias cum Titio celebrari, testatorem voluisse,  
ex eo dignoscitur, quia, vel id, amore, favore  
vè Titij, seu quacunque alia de causa, sic dispo-  
fuisse, illud certe constat, testatorem, qui ta-  
lem mulieris legato injecit conditionem, vo-  
luisse, Titium alijs mulieris procis anteponi:  
unde voluntas defuncti facit, ut affirmativa  
conditio ad primas duntaxat nuptias referatur,  
(quod, etiam in conditione adjecta masculino,  
scripsit Molin. *d. lib. 2. c. 13. num. 16.*) nega-  
tiva verò, ad posteriores etiam, *ut glossa nota-*  
*vit in d. l. hoc genus legati,* quam sequitur *Bar-*  
*tol. ibi,* & menti tenendam, scripsit: Ex qua  
notant Doctores, quod negativa potentius  
negat, quam affirmativa affirmet, cum affir-  
mativa oratio, de primo tantum actu intelli-  
gatur, negativa verò in infinitum trahatur,  
quod etiam notat *glossam c. cum dilectus de co-*  
*suetud. Jas. in l. divorcio §. quod in anno, nu. 24.*  
*sup. solus matrim. Dec. cons. 490. visis & cir-*  
*cumspectio num. 6. & cons. 567. in casu occur-*  
*renti, num. 2. part. 4. Idem Dec. cons. 617. A-*  
*deo plene, num. 4. part. 5. plurimos refert Ti-*  
*rag. in l. boues §. hoc sermone 7. limitat. infr. de*  
*verbor. significat. ubi, communi calculo sic tra-*  
*di, tradit Alciat.*

62 Nec obstant supra scripta, Iuliani lu-  
risconsulti verba, *in d. l. hoc genus legati, vesicul.*  
*final.* quatenus probare videntur, mulierem,  
alij nubendo, nihilominus consequi legatum  
ac consequeretur, Titio vita functo: Etenim,  
Iulianus non dixit, mulierem alij nubendo,  
illico legatum consequi, quasi, alij nubendo,  
non nubendi Titio, expleisset conditionem,  
sed dixit, quod, & alij nubendo, nihilominus  
legatum consequitur, est ergo sensus, ut & alij  
nubendo consequatur legatum, mortuo tamē  
Titio, ut exponit *ibi glossa,* cujus tamen inter-  
pretationem carpit *Eman. in d. §. si arbitratu,*  
*limit. §. num. 2,* nec enim dignam putavit lu-  
risconsulto, cujus decisio, secundum eam,  
dubitandi ratione careret, quo circa intelligit  
verba illa, *sed & alij nubendo nihilominus lega-*  
*tum consequitur,* non esse decisionis alicujus,  
sed excusationis potius, seu rationis, obquam  
valeat hæc conditio, si Titio non nupserit,  
quia, scilicet, impedimento nuptijs non est,  
cum, huic nubere prohibita, alij cuilibet  
nubere possit, *l. cum ita legatum, l. hoc modo,*  
*sup. eod. & sic, nubendo, consequi lega-*  
*tum.*

Sustinenda tamen *glossa* expositio est, quam  
receptam videri fatetur *Cost. d. nu. 2.* cujus  
intellectus, literæ *sex.* non bene adaptatur: Ea  
autem dubitandi ratio esse potuit, obquam,  
Titio non nubere jussa, alij nubendo quan-  
diu



diu Titius vivit, eo mortuo, legatum non consequeretur, quia alij nupta mulier, Titio nubere, nequit, porro conditio non nubendi Titio, successivæ mulieris voluntati commissa fuit, unde videbatur, non fato, seu casus necessitate obtemperari ei posse, *ex regul. l. 2. in fin. sup. hoc titul.* respondet tamen Iulianus, mulierem, & si alij nubat ( quod intelligo, sive fato id fecerit, sive sciens insertam conditionem ) consecuturam legatum.

Quid verò in conditione, si nupserit, (quæ mixta est, non ab unius tantum voluntate dependens, ut illa, si non nupserit) an quandoque, & abique parendi animo, impleri possit, egit Cost. *in d. §. si arbitrato, ultim. ampliat. a num. 29.*

63 Hæc autem conditio, si Titio non nupserit, non solum morte Titij sortitur implementum, sed etiam muliere ipsa moriente: nam moriens, quæ antea Titio non nupserat, non nubendi Titio, adimplet conditionem: morientem vero mulierem, quoad hoc, intelligo ad eò ultimo vitæ termino propinquam, ut reciproco inter eam, & Titium, nuptiarum consensui tempus non superfit, sicut in specie *l. final. sup. de conditionib. institution. l. pater Severinam §. socrus, infr. hoc titul. l. final. infr. quand. dies legat. ced.* Quo fit, ut ad hæredes mulieris transmittatur legatum, cuius, illa vivente, conditionem extitisse, apparet, quod etiam in Titij persona locum obtinet, ut, scilicet, eo mori incipiente, conditio existat.

Unde Iulianum Iurisconsultum in *d. l. hoc genus*, notavit Costa *in d. §. si arbitrato, ampliatione 4. num. 4.* quasi minus argute loquentem, dum, hoc genus legati, si Titio nō nupserit, perinde habendum esse, scripsit, atque, si post mortem Titij legatum fuisset notat autem Costa, & argute quidem, argutius dici potuisse, *atque sic cum morietur Titius, legatum fuisset.* Cæterum excusandus erit Iurisconsultus, qui legatum, cuius diem moriente Titio cedere, non ignoravit, perinde habendum esse, scripsit, atque si post mortem Titij relictum fuisset, quia post mortem Titij certum esse incipit, diem legati cessisse: si quidem: rerum natura certum esse, nequit, Titium in ultimo vitæ termino fuisse, nisi ultimo vitæ termino jam completo, præterea Iurisconsultus ibi, non loquitur de tempore, quo dies legati cedit, sed docere intendit, in hoc genere legati, si Titio non nupserit, Mutianæ cautioni locum non esse, quoad hoc autem, eadem observatio est in legato, cum Titius morietur, atque in legato, post Titij mortem, derelicto.

Adimpleri etiam potest prædicta conditio, si Titio non nupserit, intercedente, inter eam & eum, aliquo indissolubili matrimonij impedimento, ut puta, per contractam inter eos indispensabili gradu quanvis affinitatem, vel per factam ab alterutro monastica vitæ professionem, quod, in persona illius cui relictum fuit, sub conditione, si seiam uxorem non duxerit, eo effecto monacho, aut præbytero, notavit obiter Cost. *in d. §. si arbitrato, ultim. 6. num. 4. versicul. si quidem conditio, argum. tex. Auth. cui relictum C. de indict. videtur tollend.*

64 An autem mulier, Titio nunquam nupta, ab eo tamen carnaliter cognita, conditione, si Titio non nupserit, defecta censeatur, dubium est? Et prima quidem facie, defectu centeri, ex eo probari videtur, quia luxuria non debet aliquid amplius habere quam castitas. *l. his solis C. de revocand. donationib. Auth. de restit. §. ea que par. undecim. mens. §. final. lat. 4.* Et quia ubi non nubendi conditio imponitur simpliciter, seu generaliter, ei personæ, in qua hodie valet, viduæ, nempe, non solum ejus conjugio, sed etiam stupro deficit, ut supra traditum est, quasi, non nubendi conditio, qua, licita conjugalis copula expresse prohibetur, fornicaria quoque, & illicita, ex mente testantis prohibita censeatur: secundum quam sententiam sequeretur, quòd si in conditione, plures personæ comprehensæ fuerint, aut certa familia, certum vè genus personarum (nam, & sic concepta, conditio valet, ut supra traditur:) non solum amissuram legatum mulierem, si cuilibet eorum nupserit, sed etiam, si cujuslibet eorum coitu dehonefatus fuerit.

Contrariam tamen sententiam, probabilior rem jure censeo, ea ductus ratione, quod conditio, de qua agitur, nec secundum verbum nec secundum defuncti mentem, ad vitæ castimoniam ullatenus pertinet, constat enim quod in verbis nulla castitatis mentio fit: nec repetitur in eis, unde ullam voluntatis conjecturam ad id elicere, possimus: De eo, namque qui mulieri centum reliquit sub conditione, si non nupserit Sempronio, non magis conjectum potest, quod voluerit, mulierem, cui ita legavit, caste vivere, quam de eo, qui mulieri simpliciter legavit, aut sub ea conditione, quæ cum vitæ castimonia, nihil commune habet, qui enim mulieri centum relinquit sub conditione, si non nupserit Sempronio, non castitatis continentia vè statum ei injungit, cum possit mulier, alij cuilibet nubere: hoc solum intendit, mulierem, in talis viri potestatem ejusque familiam non transire: atque mens testatoris qua prædicta conditio animam



non extenditur ad eam conjunctionem, ex qua ille non sequitur effectus, quem demum sequi, vetuit defunctus.

Diversa ratio est in conditione, si non nupseris, generaliter concepta in persona viduæ: nam talis conditio, nihil magis intendit, quam prioris thori, & liberorum ex coheredum honori prospicere, qui si sequentibus nuptijs offenditur, (quas idcirco defunctus vetuit) multo magis eum, viduæ stupro offendi, atque prosterni, nemo est, qui ignoret: quod ad aliud propositum notavit Cagnol. in l. cum quædam puella, num. 8. in princ. sup. de arid. omn. judic. Quò circa, viduæ stupro non dubie refragatur testatoris voluntas, conditione, si non nupserit, implicita, quæ utique, nec explicite, nec implicite continetur in conditione, si alicui, aut certis aliquibus non nupserit, quanvis, vbi talis conditio à marito conjugii in juncta fuerit, stuprata vidua, non maneat secura in legato: sed id aliunde, non ex vi conditionis procedit; cum, & si pure, ac simpliciter, nulla, inquam, adjecta conditione, maritus uxori reliquisset, quæ vidualem deinde thorum deturpasset, de legato idem jus esset: Quod an tali casu perdat, ac, velut ab indigna ablatum, filco applicetur, agunt in l. fideicommissum, num. 2. & 3. C. de fideicommiss. & post alios Menes. ibidem num. 3. sequentibus. Julius Clar. lib. 5. receptar. in §. si arbitratu, limit. final. num. 26. cum sequentibus, qui de materia copiosius egit in c. si pariter, 1. part. verb. legavit, a num. 33. cum sequentibus de testam. lib. 6. ubi, num. 35. circa hoc veritatem probat sententiam ab ea, quam tradit dict. limitat. final. numer. 28. & sequenti, cõveniant tradita per Barbolam circa legati acquisitionem ex causa supervenientis inimicitie, in l. si ab hostibus §. final. num. 9. & 10. sup. de matrim. & an dotem perdat, stuprata post mortem mariti, late per eundem in 1. part. 2. in princip. a num. 65. eod. tit.

Constat itaque ex prædictis, ad calum notandum, diversam esse rationem, in conditione, si non nupserit, genericè concepta, ac in ea, quæ mulieri, determinatim alicujus, aliquo tempore venustate interdicitur. Quod si objicitur, secundum sententiam, quam defendimus, mulieri luxuriose viventi concedi, quod eadem, cum eodem homine castas nuptias contrahenti, negaretur: respondendum erit, quod de defuncti dispositione provenire, quæ, quod in casu pro idit, in alio omissum adeo deest, ut nullam ad eum præstet voluntatis conjecturam: unde cum cesset in eo defuncti voluntas, ad eum dispositio extendi, non potest; Quemadmodum, ubi mulieri relinque-

retur sub conditione, si Sempronio non nupserit, & illa cum alio homine luxuriose viveret, quam, idcirco conditione defici, nemo cû judicio judicaret, quia, nempe, in conditione non nubendi alicui, mens testatoris (quæ regit conditiones) restricta ex coarctata reperitur ad nuptiarum cum illo homine initarum calum, ulterius non protrahenda. Atque hæc, de negativa nubendi conditione in certam personam determinata, satis sint.

65 De affirmativa nunc videamus, videlicet, Titia centum, si Sempronio nupserit, quam, facilioris doctrinæ gratia, in tres casus dividam: quorum primus est, ubi mulier, decenter ac pro honore suo, nubere possit ei, de quo conditio est: secundus, ubi mulier, citra facti ignominiam, ei matrimonio jûgi nequeat ut quia turpis sit. & illa, nobilis & honestæ familiæ puella: Tertius, & ultimus casus erit, in conditione relata ad personam, cum qua, de jure matrimonium contrahi nequit, utputa, cum consanguineo intra gradus prohibitos. In primo igitur casu, conditionem jure valere, non dubitatur, l. cum ita legatum, versicul. videamus, l. Titio centum, §. Titio centum, in 1. sup. eod. Nam, & si metu pænæ non possit quis cogi ad matrimonium cum aliquo contrahendum l. Titia qua, infr. de verbor. obligat. potest tamen, ad id, relicti præmio allici, atque invitari, tex. optim. in dict. §. Titio centum, ubi Doctores, quem singularem dixit Ioan. lup. in repetit. cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor. notab. 3. §. 21. column. 2. tradunt glossa, Bart. & communiter Doctores in dict. l. Titia qua, ubi Aretin. num. 4. in princ. l. 1. ubi Ias. n. 4. C. de institutionib. & substitutionib. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 3. num. 4. Molin. qui alios refert, lib. 2. de primogen. cap. 13. numer. 2. & 3. Mantie de conjectur. ultimar. volunt. lib. 11. titul. 18. num. 1. & 2. Pelæz de maioratu 1. part. quest. 50. num. 1.

66 Nectatum ad extranei personam, sed etiam ad personam testatoris ipsius relata conditio valet, hoc modo, Titia, si mihi nupserit, centum, de quo est text. in l. conditionum que in futurum 91. sup. eod. contra quem videtur loquutus Bartolus in d. l. Titia qua, in princip. ultim. opposit. & in l. si ita stipulatus fuero 97. §. si tibi nupsero, intr. de verbor. obligat. ait enim utrobique Bartol. non posse alterum, ab altero ad conjugium inter se contrahendum, spe lucri invitari, motus per text. ibi in d. §. si tibi nupsero, solumque procedere, intelligit, text. in d. §. Titio centum, cum concordant. ubi, nuptiarum conditio, alterius personam respicit, non testatoris sequitur Abb. in cap. Gemma col. final. in princip. de sponsalib. Aret. in dict. l. Titia, num. 4. in princ. idem Aret. communem testatoris



tatus in d. §. si tibi nupsero, col. 2. Ias. in d. l. 1. nu. 4. post Angel. & Fulgos. ibi. Cujus conclusionis rationem esse, dicunt, quia talis promissio, libidinis intuitu facta præsumitur, atque idcirco minus honesta, & contra bonos mores reputatur, reprobataque ea ex causa, intelligunt, in d. §. si tibi nupsero: indè tradentes, quòd si causa alia sublit, videlicet, causa nobilitatis, qua alter alteri præstet, vel pacis, matrimonij causa proventuræ, seu quævis alia justa, quòd tunc valebit promissio, & circa hoc versari, putant, causæ cognitionem, quam requirit text. in d. §. si tibi nupsero, lequitur post ordinarios in prædictis locis, Palatios Run. in repet. rubr. de donationib. inter vir. & vxor. §. 31. num. 1. versic. Et ita debet, & Covar. qui communem ex alijs refert dict. §. 3. num. 2. Secundum quam traditionem affirmadum esset, hoc legatum, Titia centum, si mihi nupserit, non, nisi præmissa causæ cognitione, fore præstandum, aut etiam, legatum, conditione rejecta, quam minus honestam, & contra bonos mores esse, censent, purum manere, quod est contra text. in dict. l. conditionum que in futurum, ubi expresse probatur, tale legatum, & conditionem valere, æquè, ac illam, si filio meo nupserit, in qua cessat cõmunis ratio, nec aliquis affirmabit, in ea talem causæ cognitionem requiri.

67 Ad text. autem in d. §. si tibi nupsero, respondendum erit, procedere in contractibus, prout loquitur, in quibus non valet hæc promissio, promitto tibi centum, si mihi nupseris, cum valeat legatum sub eadem specie de relictum, atque ita in contractibus, Bartoli & communis sententia erit accipienda. Ratio vero, non illa est, quam doctores commenti sunt ad dict. §. si tibi nupsero, cum ea æquè locum sibi vendicet in testamentaria dispositione, in qua contrarium pro constanti habuit Jurisconsult. in d. l. conditionum que Differentia ergo ratio inter contractus, & ultimas voluntates, iudicio meo, esse potuit discordiarum occasio, quas inter coniuges, promissionis exactio non raro excitaret, adquam respexit Sextus Cæcilius ad improbandam inter coniuges donationem, cujus meminit Paul. Jurisconsult. in l. 2. infr. de donationib. inter vir. & vxor. quam quidem conjugalis discordia occasionem jure improbatam, legatum sub prædicta conditione relictum præbere, nunquam potest, ut pote, cujus exactio, in tempus post mortem testatoris, & sic in tempus soluti matrimonij collata, semper appareat.

68 Quò fit, ut etiam per contractum possit alter, ab altero ad reciprocum matrimonium, spe lucri provocari, quando lucrum ex contractu, ante matrimonij tempus percipi-

endum venit, ut in casu c. de illis, contr. de conditionib. apposit. Abb. ibi num. 3. coactus difficultate text. in d. §. si tibi nupsero, restringit ad terminos supradicti Bartol. & aliorum intellectus, planior verò intellectus est, & concordia inter prædicta jura, ut text. in d. cap. de illis, procedat ex eo, quia lucrum, de quo loquitur, ante matrimonium præstari, debet juxta conditionem contractus: text. vero in dict. §. si tibi nupsero, quia promissio, contractus matrimonij tempus respiciebat. Quem intellectum visus est sentire Bartol. ibi in sumario, quod tale est, inter sponsum, & sponsam non valet promissio ex causa lucratiua, que in matrimonij tempus confertur, tametsi Bartol. & aliorum ratio ad text. ibi, contrariam sententiam omnino evincat, expendir Aron. iqd. ca. 2. cogitandum relinquens circa concordiam text. id d. cap. de illis, cum d. §. si tibi nupsero.

69 Advertendum autem erit, quod nec semper, stipulatio in matrimonij tempus collata, reprobatur, sed causa cognita, ut dicitur text. in d. §. si tibi nupsero, valebit enim, si sit recompensandæ nobilitatis causa, vel quævis alia justa intercedente: in quo, cum Bartol. & doctoribus convenio, si enim certa aliqua, & justa causa sublit stipulationi, ad ejus validitatem præponderare debet incertæ, quam diximus, discordiarum occasione: quod si alia causa desit, sola nuptiarum causa, de se, sufficiens non erit, ut valeat stipulatio cum discordia inde provenientis periculo, cui, in causa legati, locus nunquam sit, sustinebitur utique legatum, ejusque conditio, si mihi nupseris: constituta sic differentia inter contractus, & ultimas voluntates, ob disparitatem rationis, quam differentiam probat præfata jura, text. scilicet in d. §. si tibi nupsero, & text. in d. l. conditionum que in futurum. Quavis & in ultimis voluntatibus, talis conditio, ex alio periclitari videretur, nempe propter captationis periculum, quod secum portat, dum spe lucri revocabilis mulierem provocat, quam, si contingat, relictæ concubinae, ejus spe allectam, ac sexus fragilitate ductam, testatori nubere, ut conditioni parenti aliàs non nupturam eidem, poterit is, postquam voti compos evadat, captatam mulierem relictæ commodo fraudare, testamento, hæc in parte, ad libitum revocato: sicquè, conditio illa, Titia, si mihi nupserit, non satis tutam & legitimam videtur, utpote, quæ à captatori voluntate, ejusque improbandæ ratione, quam, dante Deo, alibi trademus, non multum distat, videatur, quid enim voluntas quæ captatori propriè est secundum moderatorem sententiam, aliud includit, quam aliterum spe relictæ, in proprium sui ipsius relin-



quentis commodum allicere? Sed de hoc alibi, nunc verò sustinenda nihilominus est Martiani Iurisperiti decisio in d. l. *conditio-  
nam que in futurum*: capta què mulieri res-  
pondendum interim erit, quòd hoc ipsa sibi  
imputare debet, si quidem sciens, vel scire de-  
bens, ultimæ voluntatis naturam, ad mor-  
tem usque de ambulatoriam esse, parere ni-  
hilominus conditioni voluit, incerta relictæ  
spe ducta, quasi sic, non tam testamentaria  
dispositione, quàm propria ambitione cir-  
cumscripta videatur.

70 Sed ut unde digressi sumus, reverta-  
mur, satis ex prædictis constat, quòd jure va-  
let hæc conditio, *T. tia. si Sempronio nupserit*,  
& in hoc, cum conditione, si non nupserit  
Sempronio, convenit, cõvenit deinde, quòd,  
sicut in negativa diximus, valet etiam affir-  
mativa conditio nubendi, ad certum genus  
personarum relata, ut tradit *Molin. d. lib. 2.  
l. 13. num. 3.* sed id nimirum, latior enim tunc  
& favorabilior invenitur affirmativa condi-  
tio, quam ubi, cum certa duntaxat persona  
nubere, jubet. Discrepat verò à negativa,  
quòd negativa, ad omnes omnino nuptias re-  
fertur, affirmativa vero, ad primas tantum,  
juxta communem resolutionem cum *glosse*,  
in *l. hoc genus, infr. eod.* cujus supra memini-  
mus, differentia rationem inter utranque ex-  
pendentes.

71 Differunt etiam, quòd in illa, illicitus  
concubitus non facit, deficere conditionem,  
ut supra resolvimus: in hac vero, lecus esse,  
error; nam mulier, quæ contractis cum alio  
homine primis nuptiis, conditione deficitur,  
deficiet utique, & multo magis, cum alio  
concubendo, quanvis postea nubat ei, qui in  
conditione positus fuerat, & ratio, est, quia  
testator, qui mulieri centum reliquit sub cõ-  
ditione, si Sempronio nupfisset, favorem Sē-  
pronij in conditione respexit, neminemque  
ei, à muliere anteferri, voluit: qui Sempro-  
nium, si contemnitur à muliere, alio in con-  
jugum prælato, multo magis contemnetur  
ab eadem, alio prius in concubitum admisso;  
Atque ita, conjectura voluntatis facit, ut in  
utroque casu deficiat conditio.

Quaratione dicendum erit, contractis cum  
alio nuptiis, quanvis jure non subsistant, jam  
amplius non posse mulierem, parere condi-  
tioni, si Sempronio nupserit: Nec spectat ad  
hunc casum, recepta *Bartoli distinctio in l. hæc  
conditio filie mee, sup. eod.* inter mulierem in-  
justas nuptias scienter contrahentem, aut,  
ignoranter; loquitur enim in simplici, & ab-  
soluta conditione, si nupserit, de qua *text.*  
*de quo per Cost. in d. §. si arbitrato, am-  
pliat. final. ex num. 22. cum sequentib.* præsens

verò inspectio, est de conditione, si nupserit,  
ad certam personam limitata, cujus quia fa-  
vorem quoque respexit testator, alio juste,  
vel injuste prælato, conditionem illico de-  
fecisse, conjectura est. An autem deficiens  
per casum, vel, per voluntatem illius, cum  
quo nubere, conditio præcipit, faciat deficere  
relictum, inferius sequenti parte trade-  
tur. Et hæc ad priorem casum, ex tribus su-  
pra positis.

72 Secundus erat, quando mulierem  
non decet, cum viro in conditione posito  
nuptiale jugum inire, quò casu, non valere  
conditionem, probat expresse *text. in dict. l.  
ita legatum, versicul. si vero indignus, sup. eod.*  
quò in loco traditur, conditionem, si Titio  
nupserit, (cum hic legataria nuptiis esset in-  
dignus) perinde habendam, ac si generaliter  
scriptum esset, si non nupserit, *imo, si verum  
amamus, inquit Iurisperitus, durior hæc con-  
ditio est, quam illa, si non nupserit, nam, & cæte-  
ris omnibus nubere prohibetur, & Titio, cui inbo-  
neste nuptura sit nubere jubere, & ibi Bart. de-  
clarat, quis quoad hoc dicatur indignus tra-  
dit Pelaez de majoratu l. part. quest. 50. nu. 11*  
ubi hoc ex alijs confirmat. Dum vero Iuril-  
consultus ait, quòd ea, quæ Titio nubere ju-  
betur, cæteris omnibus nubere prohibetur,  
de primis cæterorum nuptiis accipiendus est:  
nam, hæc conditio, si Titio nupserit, ad pri-  
mas duntaxat nuptias refertur, ut tradidimus,  
quibus idcirco celebratis, mulier deinde vidua  
existens cuilibet alij nubere, liberè potest:  
Quò fit, ut si talis conditio ei personæ in jun-  
cta sit, in qua hodie viduitatis conditio valet,  
per *Auth. enir elictum: C. de indict. viduit. tol-  
lend.* per eam injuncta viduitas non intelli-  
gatur, cum possit mulier, quæ cõditioni pa-  
rui, iterum facta viduare iterare nuptias,  
nec conditio, quæ semel extitit juxta testantis  
voluntatem, cum primum mulier nupfit Ti-  
tio, amplius deficere poterit, contractis dein-  
de cum alio nuptiis. Quid vero indignarum  
nuptiarum conditio, valeat in vidua, agit *Cost.  
in d. §. si arbitrato, ampliat. 3. ex num. 8.*

73 Ego autem circa præsentem casum  
observo, non ejusdem vis, & potestatis esse  
præfatam conditionem, in persona masculi,  
ac feminae, etenim, si viro patricio legatum  
reliquisset testator, sub conditione, si puel-  
lam ex genere plebeio duxisset uxorem, non  
erit rejicienda conditio, quæ è contra, adscri-  
pta puellæ, rejicienda esset: nec enim, viro  
nobili, & generoso sic indecens est, cum ple-  
bei filia contrahere matrimonium, ut esset  
generosæ, cum plebeia fortis homine, quia  
hæc, in viri potestatem, & familiam transit,  
mariti radijs coruscat, & ejus genere nobili-  
tatur;



tatur, ac conditionem sequitur, non sic è contra *l. femina, sup. de senatorib. l. 1. § l. mulieres, C. de dignitatib. lib. 12. Auth. de consulib. §. hac itaque collat. 8. & pluribus relatis tradit Tiraq. de nobilitat. c. 18. a num. 1. cum sequentib. § num. 15. Palat. in repet. rubr. de donationib. inter vir. & uxor. §. 3. num. 6. cum sequentib. novissimè Anton. Pichard. apud Salmanticensem Academiam vespertina legum Cathedra moderator, in prioribus disputat. 2. quest. de nobilitatis inter vir. & uxor. communicatione, ex nu. 15. Non solum autem, vir ignobilis, nobilitate uxoris non nubilitatur, sed etiam uxor ipsa nativam nobilitatem amittit, secundum Bartoli sententiam in *l. 1. num. 34. & 54. § ibi Plat. col. 2. C. de dignitatib. lib. 12. & aliorum quos refert, & sequitur Tiraq. d. c. 18. num. 16 cum duob. sequentib. § num. 38. qui in sequentib. dupliciter id limitat. Pichard. d. disputat. 2. num. 18. in quo tamen contrariam sententiam probat. Cagnol. in *l. cum quedam puella, ex n. 13. sup. de iurisd. omn. Iud. sed utcumque se res habeat circa uxoris nobilitatem, illud certo constat, quòd liberi qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur. *l. familia, in fin. infr. de verbor. significat. Vnde filij ex patre ignobili, & ex matre nobili nati, nobiles non sunt, ut tradit Hironym. Cagnol. d. *l. cum quedam puella, num. 14. post. Alex. ibi. col. 2. late Tiraq. plurimos referens d. c. 18. num. 20. Otalora de nobilitate 2. p. c. 1. & 3. & apud omnes receptum asserit Pichard. d. disputatione, 2. num. 9. qui tamen num. 13. & sequenti, hoc perpetuum non esse, sed aliquando etiam quoad honores, & dignitates, filios matrum conditionem sequi, notrorum & exterorum aliquibus testimonijs cõtendit. Quae etiam ratione, privilegium immunitatis, generi, posteritque datum, ad eos, qui ex feminis nati sunt, non pertinet. *l. 1. §. fin. infr. de jur. immunitat. tradit Tiraquel. de legib. conubialib. in 1. part. gloss. prim. num. 38. Atque ita constat, non ita indecens esse viro nobili, matrimonium cum plebeia muliere contrahere, sicut è contra, nobili mulieri, cum viro ignobili, tam respectu sui, quàm filiorum, qua propter, non idem iudicium erit, de legato puellae nobili relicto, sub conditione, si nupserit privatae conditionis viro, ac de legato nobili viro de relicto, sub conditione, si duxerit minoris ordinis puellam. Restamen hæc, non ita stricte ac inciviliter accipi debet, ut indignarum nuptiarum conditioni, malculus parere, temper, & indiscriminatum debeat, quid enim, si viro bono, & in genuo relicto esse, proponatur, sub conditione, si eam ducat in uxorem, quæ turpitudinis & infamiæ nota laborat? discreto igitur iudicantis arbitrio res******

temperanda, & decernenda erit.

Quod verò Chastanæus scripsit in *Catal. gloria mundi 5. p. considerat. 18. prope finem*, nempe, quod si juvenis formosus nubat mulieri nobili, & diviti, sed tamen rugosa, aut aliàs turpi, licet sit pauper, & inops, non dicetur mulier, nubere indigno, cum mulieris nobilitas, & divitiarum copia cum forma viri compensari, debeant, per notata in simili per *Bal. in cap. super eo, in 2. de testib. in casu nostro non admitto, in quo, si mulier, nobilis sit, & si rugosa, aut alias indecora, non tenebitur parere conditioni, si nupserit ignobili, quantumcunque præstantis formæ, viro.*

74 Tertius, & ultimus casus est, ubi nubendi conditio ponitur inter eos, inter quos matrimonium esse nequit, ut puta, inter propinquos consanguinitate, aut affinitate, intra gradus prohibitos, qui quidem casus, frequens esse potest nec parum difficilis, quæstio, namque, anceps, est, an talis conditio valeat, an vero, ut turpis repellatur, veluti contra factorum canonum decreta, ex quibus constat, conjugium intra quartum consanguinitatis, aut affinitatis gradum prohiberi, *c. non debet, de consanguinit. & affinitat. & intra eum licenter contrahentibus imponitur pena excommunicationis ipso facto incurrenda, in cleo. unic. cod. titul.*

In hac igitur quæstione (quam, alsiduum vocat *Molin. de Hispanor. primogen. lib. 2. c. 13. num. 6.*) glossa nostra in *l. uter ex fratribus, verb. consobrinam, sup. de conditionib. institution. & in l. 2. C. de institut. & substitutionib. non valere conditionem, putavit, quod sequuntur communiter scribentes utrobique, ut testatur *Molin. d. num. 6. sequitur Mantica relatis ab eo de conjectur. lib. 11. titul. 18. num. 6. & nemine relato probat Cost. lib. 1. select. interpretat. c. 8. num. 14. constituens differentiam inter hujusmodi conditiones, Mariae, si nupserit Francisco, in quarto gradu conjuncto, & Mariae, si nupserit Francisco, ex dispensatione Summi Pontificis: idem in contractibus tradit aperte Covar. & sensisse videtur in ultimis voluntatibus, in epitome de sponsalib. 2. part. c. 3. in princip. num. 7. in fin. Pelaez vero de maioratu 1. part. quest. 50. num. 2. hanc sententiam probans, eam limitat, ut non procedat, cum dispensatio de facili impetrari, possit, quo casu conditionem valere, tenet, ad quod Costæ sententiam adducit, qui tamen in quæstione ista differentiam non ponit in difficultate, aut facilitate impetrandæ dispensationis, sed in eo potius, an conditioni adjudicatur, ex dispensatione Romani Pontificis, quo casu conditionem valere, tenet, an, hoc in conditione omittatur, & tunc non valere, te-**



net, & si facile Pontifex sit dispensaturus, quia conditio secundum præsentis temporis jus retinenda debet, *l. continuus. §. cum quis infr. de verbor. obligat.* Quam tamen differentiam rejicit Molin. *d. c. 12. ex num. 17.* indifferenter adversus communem probans, quod sive alicui simpliciter injungatur præceptum de nubendo cum consanguinea, sive de nubendo cum ea, præcedente Romani Pontificis dispensatione, semper valebit tale præceptum & conditio, quasi, qui simpliciter conditionem posuit de matrimonio celebrando inter personas in gradu prohibito existentes, non nisi præmissa Romani Pontificis dispensatione, id celebrari voluisset, idem itidem probavit Molin. in adnotationibus quas fecit ad præfatum de primogenijs opus suum, in loco citato, illarum adnotationum. *undecimo num.*

75 Mihi verò hac in re, pro concordiaistarum opinionum distinguendum aliter erit: Etenim, si conditioni de nubendo adjiciatur, quod Summi Pontificis ad id dispensatio requiratur, si conditioni de nubendo non adjiciatur, idem jus cum Mol. semper fore arbitror, non tamen cum eodem adversus Cost. & alios, existimo, quod semper valeat talis conditio, si nupserit cum consanguineo, aut affine, quid enim, si inter illam, & hunc, cui nubere, jubetur, dispensare nolit Summus Pontifex, quia inter eos nulla dispensandi causa subsistat, dicemus, talem conditionem valuisse, quasi, si voluisset testator, injunctum matrimonium, non, nisi obtenta dispensatione contrahi? an ideo magis, eam, velut improbam, rejiciendam fore? Etenim, falsam causam in dispensatione præcedit, cum nulla causa subsistat, & ideo obtenta dispensatio non valet, quæ, & si falsæ causæ prætextu obtineretur, non ideo magis faceret, sub ea contrahentes, in matrimonio honestè vivere, qui sub justis, & honestis matrimonij colore, quod vivunt exterius, turpissimum ac Deo odibilem contractum perseveranter cooperiunt. Quare, improba, ac lege indigna, ea conditio reperitur, quæ jubet, matrimonium contrahi inter eos, quos ligat impedimentum, nulla ejus dispensandi subsistente causa, idque, si conditione simpliciter accipitur, prout jacet, sive subintelligitur dispensatione, ut sic, reproba conditio in hac specie, nullo modo valeat, cum communitentia.

Altera species est, ubi talis conditio imponitur personis, cum quibus dispensare, placeat Romano Pontifici, quo casu, semper justa, & vera dispensandi causa præsumitur, intercessisset, & in hac specie procedet contraria Molin. sententia. Nam & si testator, in conditione simpliciter jubeat, Mariam Petro nubere, ta-

men credendum est, quod talem conditionem, ad tempus impetratæ dispensationis retulerit, nè alias, si ad præsens tempus referatur, de homine Christiano, & Christiane moriente præsumatur, quod voluit, eos matrimonio jungi contra Romanæ Ecclesiæ decreta, quod quidem præsumere, non licet, obstante pro quolibet homine, legitima, & generali præsumptione *l. merito sup. pro Soc. l. final. C. ad leg. Jul. repetund. c. Sancimus 1. quest. 7.* quæ in morientibus magis obtinet, cum nemo moriens, immemor salutis æternæ præsumatur, ut vulgò fertur, per *d. l. final. & d. c. Sancimus*, ex ea transumptum, ubi tamen de moriente nullo verbum reperitur, porro vulgaris est dicta præsumptio, & mortis tempore vehementior, dummodo non tendat in præjudicium tertij, cuius jus esset quæsitum, per doctrinam Bart. in *l. si quis in gravi. §. 1. sup. ad Syllan. communiter receptam. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 4. num. 8 & 9.* Iuvat verò prædictam sententiam, quod testatoris verba in dubio, secundum jus & leges intelligenda sunt, ut notatur in *l. Gallus §. quidam recte, sup. de liber. & posthum. Bart. in l. uxorem. §. testamento, in 2. sup. de legat. tert. Dec. conf. 446. viso eleganti, num. 6. part. 4.* quod præsertim dicendum erit, ubi verborum proprietates id pateretur, sicut evenit in præfatis: quanto magis, quod & si verba regulariter debeant accipi in proprio significato, *l. 1. §. si is qui navem, sup. de exercitor. act. l. ille aut ille, versicul. cum in verbis l. non aliter, sup. de legat. tert.* tamen, conservandæ honestatis gratia, ad improprium trahi solent, ut tradit Angel. in *l. si tam angusti, sup. de servitutib. idem notat Ang. per tex. ibi junctâ glossâ in l. quique §. parentes hic, alias est versiculus sub §. prætor aut, sup. de in jus vocand.* ubi sequuntur Fulgos. & Alex. quod quidem, in præfatis maiori cum ratione dicendum erit, quia (ut dixi) verborum proprietates patitur, nè dicam, exigit, ut de honestis nuptijs intelligamus: quæ, non, nisi subintelligitur Papæ dispensatione, intelligi possunt: hæc denique sententia comprobatur *argumenti tex. egregij in l. si ancilla, 57. sup. eod.*

76 Quibus, ad concordiam reducuntur, contrariæ doctorum opiniones, de quibus sup. circa conditionem simpliciter injunctam de contrahendo matrimonio cum consanguinea, ubi enim testator adjecit, quod ad tale conjugium, Romani Pontificis dispensatio prius impetraretur, conditionem valere, unanimiter probant Costa *d. lib. 1. cap. 8. numer. 14.* & Moi. *d. lib. 2. cap. 12. num. 8. cum sequentibus.* idque etiam circa impedimentum secundi gradus tradiderunt, quod tamè Mol. ubi proxime, *n. 12.* adidit, hodie nullo pacto fore



admittendum propter decisionem *Sacri Concilij Trident. sess. 4. de reformat. matrim. c. 5. in fin.* ubi dicitur, *in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam.* Quo decreto, scripsit Mol. d. num. 12. præclusam esse hodie Romanis Pontificibus viam dispensandi in secundo gradu, ac proinde prædictam conditionem, in hoc gradu, ne dum de facto, sed etiam de jure impossibilem, fore judicandam, ac ut talem, necessario esse ex institutione rejiciendam.

Sed hoc minus bene scripsit vir alioqui doctus, nam, & si in sacro Concilio, in loco prælegato, ita sit definitum, quod in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam, non raro tamen videmus, in eo gradu dispensatum, quanvis id non facile, quod quidem non vitiat conditiones, ut fatentur Costa & Molin. *ubi supra*, concludit differentia, quam in propositum, cum judicio tradit Covar. *in 2. part. de sponsalib. c. 3. in princip. num. final.* inter impossibilitatem, & difficultatem conditionis pendentis à voluntate principis: nec, circa hoc dubitare licet, de Romani Pontificis potestate supra Concilium. Atque ita præfata conditio, nullatenus in proposita specie rejicienda erit.

Erit vero eadem hic distinctio observanda, quam observavimus supra, ubi conditio de nubendo cum consanguineo, simpliciter injuncta est: etenim, si nulla causa subsit, ob quam dispensare, velit Summus Pontifex, nihil juvabit ad conditionis valorem, expressio dispensationis impetrandæ, cum id, (ut antea ostendimus) testatoris improbitatem, & turpitudinem, manifestius arguat, quam obrem, conditio, velut, improba, rejicienda tunc erit: Et sic apparet, idem jus semper esse, sive conditioni de nubendo expressim addatur, quod fiat ex Romani Pontificis dispensatione, sive hoc, à testatore prætermittatur, semper, namque, eadem esse ejus voluntas cognoscitur: unde, si legitima causa desit, ob quam talis dispensatio impetretur, statim velut improba, seu impossibilis vitiabitur conditio, quod si adsit, valitura semper erit.

77 Ad hunc etiam casum spectat quæstio de legato, conjugatæ mulieri relicto, sub conditione, si nupserit Sempronio constat enim, matrimonium, quo alligata est mulier, præstare impedimentum, alteri in conditione posito, atque idcirco videbatur, non valere conditionem, tanquam jure impossibilem, & maritali concordie non parum obnoxiam. In ea tamen specie, qua mulieri nuptæ relicto extat sub conditione, si nupserit, adhibetur distinctio, an sciverit testator nuptam esse mu-

liorem, an id ignoraverit, ut priori casu, alterum matrimonium expectandum sit pro conditionis implemento, posteriori vero, ea pro impleta habita, præsens legatum debeatur. *si ita scriptum §. si pater, sup. de legat. 2. l. si ita legatum esset, sup. hoc titul. tradit Mant. d. lib. 11. titul. 18. num. 16.* Cost. *in d. §. si arbitratus, ampliat. final. num. 34* ubi, cum num. sequenti infert ad casum, quo mulieri legatum relicto fuisset sub conditione, si arbitrato Titij nupserit.

78 Prædicta verò distinctio, ejus ratione perpensa, in quæstione nostra locum habere nequit, in qua, diversa alia distinctio videtur utendum: Aut enim mulier, cui, sub conditione, si Sempronio nupserit, relicto fuit, eidem viro nupta erat, testamenti conditio tempore, & tunc, sive de hoc certus fuisset testator, sive ignarus, præteris semper debebitur legatum, conditione, vel pro impleta habita, ex conjecturata defuncti voluntate, ubi tales nuptias ignoravit, vel si scivit, pro nulla, reputata, tanquam impossibili, constat, namque, impossibile esse, mulierem, quæ semel uni viro nupserit, eidem denuo nubere posse.

Ad quem casum spectat Lusitana decisio, quam tradit Gam. *decis. 125.* ubi ponitur casus, de promissione dotis nomine facta cuidam Roderico, sub conditione, si Mariam accepisset, in uxorem, quam, tempore promissionis acceptam jam habebat, judicavit uterque senatus, promissionem valere, habita pro impleta conditione, quanvis illum, qui eam dixit promissionis tempore non lateret, contractam jam esse nuptias inter Rodericum, & Mariam, quam sententiam secutus est idem Senator Rodericus Gam. ut ibidem refert *ad fin.* & judicis quo, sententia revocata fuit, qui promissionem non valere, judicaverat, quasi sub impossibili conditione factam. Sed certe, in casu de quo ibi, pace Senatoris dixerim, judicis sententia non displicet, si quidem, promissionem, ab initio sub impossibili conditione scienter esse factam constat, quam, certissimi juris est, invalidum contractum: *l. non solum, infr. de obligat. & actio. n. l. impossibilis, infr. de verbor. obligat. §. si impossibilis, instit. de inutilib. stipulationib.* Nec argumentum à contrario sensu deductum ex *si jam facta, sup. hoc titul.* à Senatoribus adductum, tollit difficultatem, procedit enim, in ultimis voluntatibus, in quibus, conditio impossibilis rejicitur, nec tantum, quæ natura temper impossibilis fuit, sed etiam, quæ testamenti facti tempore impossibilis esse reputatur, & si ante id tempus possibilis esset, tanquam impossibilis, rejicitur è testamento, secundum communem sententiam, de qua infra, juxta quam, in contractibus



quoque, impossibilis reputabitur conditio, quæ tempore contractus, impossibilis esse reperitur, tamen, ante id tempus evenire potuisset, proindeque, contractus sub ea celebratus, nullus manebit, *ex regul. d. l. non solum*, quod fieri ex tacita contrahentium voluntate, expressit *tex. in fin. ibi*, quorum proculdubio in huiusmodi actu, talis cogitatio est, ut nihil agi existimetur, apposita ea conditione, quam sciant esse, impossibilem, quæ ratio, cū decisio-  
ne *tex. ibi*, præfenti casui non dubie adoptatur, secundū quam, in eo, iudicis sententia comprobanda videbatur.

79 Sed prosequendo intentū, aut mulier, cui sub conditione, si Sempronio nupserit, legatum fuit, alij viro nupta erat, & tunc, si hoc testator sciebat, si ve ignorabat, illud utroque palam est, cum, in conditione, quam scripserit, non de his, sed de alijs nuptijs sensisset, de nuptijs, inquam, cum Sempronio celebrandis, atque ita, juxta testantis voluntatem expectandum fore, videtur, ut mulier illius viri vidua, facta, illius conjux fiat, quod certè, quæ indecorum, quamque inhonestum sit, ut mulier, unius viri in professione existens, alterius, in expectatione dici, possit, nemo est, qui non sentiat: castam hoc utique, non parum exasperabit mulierem, acerbumque valde erit non tantum ingenuo, sed & libertinæ conditionis homini, designatum in alterius testamento, thalamum sui successorem videre, propriamque, ad uxorem relictæ præmio invitari: Denique maritali concordia, & honestati, talis conditio nociva non parum erit, ex quo incommoda multa sequuntur, juxta illud Homeri Odyssi. 6 in Vlysis persona dicentis.

*Non est in rebus melius, seu dulcius usquam,  
Quam thalami pariter concordia sancta pudici.  
Discordes animos incommoda multa sequuntur.  
De placidis ingens succedit gratia semper.*

Et idcirco, tanquam contra bonos mores cō-  
trario, remittenda videtur *l. condiciones 1. & 2.*  
*de legat. sup. de conditionib. institution. l. non du-*  
*ramus, sup. hoc titul. l. reprehendenda C. de in-*  
*stit. & substitut.*

80 Hoc vero, tum demum locum habere  
possit, videtur, cum testator sciens mulierem  
sibi nuptam, legavit illi, sub conditione, si alij  
nupserit: tunc, namque, turpis conditio existi-  
manda est, & instar aliarum, in odium scriben-  
da pro non scripta habenda: quod si testator  
ignoranter ita disposuisset, quia ejus odium, in  
conditione considerari, nequit, non pro non  
scripta, sed pro defecta potius, habenda vide-  
bitur, qui enim mulieri, innuptam putans, re-  
legavit sub conditione, si Sempronio nupserit,

si Sempronio primo nupserit, sensisse, cre-  
ditur, quod cum adimplere nequeat alteri pri-  
mo copulata, defecta conditione vide-  
tur mulier, deficiente in ea defuncti judi-  
cio.

81 Nec tunc, quasi conditio turpis adscri-  
pta sit, legatum sibi poterit vindicare, cum  
cesset in testatore ratio illa, ob quam, turpes  
conditiones pro non scriptis habentur, & ali-  
as conditio turpis, quæ honesta credebatur,  
non vitiat, sed actum potius ipsa vitiat, ut in  
matrimonio contracto sub turpi conditione,  
quæ tamen credebatur, honesta, ex Hadria-  
no *in quest. 7. de matrimonio*, tradit Covar. *de*  
*sponsalib. 2. part. c. 3. §. 2. num. 6.* quod si, im-  
possibile esse, dicatur, eam, quæ alicui primo  
nupserit, primas cum alio nuptias celebrare, pos-  
se, proindeque tanquam impossibilem condi-  
tionem in testamento scriptam, pro nulla fore  
habendam, *ex regul. l. obtinuit, sup. eod.* cum  
conditio, quæ testamenti facti tempore im-  
possibilis est, tamen ante id tempus aliquan-  
do evenire potuisset, impossibilium regula, &  
jure censeri, debeat *l. ab omnibus. §. in testa-*  
*mento, sup. de legat. prim. l. multa. §. si servos,*  
*sup. hoc titul. ad quem text.* ita esse communem  
interpretationem, tradit Covar. qui alios re-  
fert. *d. cap. 3. §. 2. n. 3.* responderi poterit  
cum communi sententia, & intellectu, quem  
tradunt Doctores ad *text. ibi in l. servo manu-*  
*misso, sup. de condit. indebit.* videlicet, condi-  
tionem impossibilem non rejicere testamentis,  
quando testator eam possibilem esse, credebat  
sic limitata *regul. d. l. obtinuit, in quo text.* ille  
singularis est, ut dixit ibi Bart. & Angel. *in l.*  
*1. num. 8. sup. de conditionib. institution. Socin. in*  
*d. l. multa §. si servos, num. 2.* ubi ita commu-  
nem esse intellectum ad *l. servo manumisso,*  
scripsit, quod etiam tradit Cost. *in c. si pater 1.*  
*part. verb. in re certa, n. 8. & in 3. part. verb. per-*  
*sonis, num. 17. de testament. lib. 6.* sequitur Co-  
var. *dist. cap. 3 §. 2. n. 5. Tiraq. de privileg. pia*  
*caus. privileg. 75.*

Si vero, contra communem magis placet,  
conditionem impossibilem temper vitari, &  
si eam possibilem fore, existimasset testator,  
ut tentavit Socin. cogitandum relinquens, *in*  
*d. §. si servos, in fin. & defendit Cost. lib. 1. se-*  
*lect. c. 9. late Sarm. lib. 2. select. c. 1. per totum,*  
dicendum tunc erit, etiam in hoc casu mulieri  
legatum deberi repulsa conditione, & sic ap-  
parebit, in proposita quæstione, præfens sem-  
per esse legatum, si ve mulier, adjectæ condi-  
tionis tempore nupta esset eidem, cum quo  
nubere, jubebatur, si ve alteri, & si ve hoc  
scivisset testator, si ve ignorasset. Si vero mu-  
lier, post testamentum conditum, ante defun-  
cti mortem, primo nuptiali jugo subderetur,




idem per omnia iuseffet, quod, si testatore mortuo subderetur: conditio, namque, quae testamenti tempore possibilis erat, licet postea adhuc testatore vivo reddatur impossibilis, defecisse intelligitur, *l. cum tale. §. falsam con-*

*ditionem, in fin. sup. eod.* Atque his manet hic casus absolutus, cum omnibus quae, difficilia cum essent, ad priorem hujus relectionis partem spectare, videbantur.  
Nunc ad sequentem.

## S E C U N D A E P A R T I S.

### S U M M A R I A.

- 1  *Modus in testamento adscriptus, ut non nubat, non valet ex eadem ratione, qua non valet conditio, si non nupserit, & tam modus, quam conditio ingrediendi monasterium, valet.*
- 2 *Modus, ne cum aliquo, aliquibusve nubat, mulieri injunctus, aut, ut cum aliquo, aliquibusve nubat, si his honeste nubere potest, jure valet, & quae sit differentia, an ita relinquatur per viam modi, an per viam conditionis.*
- 3 *In viduis valet hodie modus ut nubat, etiam generaliter scriptus, & traditur, quod nihil refert, an eis relinquatur per viam talis modi, an per viam conditionis.*
- 4 *Proponitur questio, an relictum, ut nubat, seu dotis nomine relictum, conditionale sit, an modale.*
- 5 *Traditur, quid intersit, an legatum dotis nomine relictum habeatur pro conditionali, an pro modali, & contra Cost. explicatur Bartol. sensus in *l. Titio centum §. Titio genero, num. 2. ff. de conditionib. & demonstrat. num. 6.**
- 7 *Bartoli, & communis sententia refertur tradens, legatum dotis nomine relictum, conditionale esse & quid de legato mulieri relicto, ut nubat, & de legato pro dote relicto mulieri, ut nubat num. 8.*
- 9 *Refertur sententia glossae, & communis doctorum, qui fuerunt ante Bartol. existimantium, legatum dotis nomine relictum, modale esse.*
- 10 *Contra omnes traditur, dotis legatum, nec, ut conditionale, nec, ut modale, fore judicandum, sed, ut purum cum modo, qui solius legatarij utilitatem respicit.*
- 11 *Communis sententia adducitur, qua traditum est, modum, qui solius legatarij utilitatem concernit, quem Doctores modum impulsivum vocant, nequaquam obligare.*
- 12 *Inquiritur, cujus utilitatem respiciat hic modus (ut nubat) praterquam legataria ipsius, & ex mente communis resolvitur, Reipublicae utilitatem respicere, ideoque talem modum finalem judicari.*
- 13 *Ubi pro affectu mulieri legatum extat, ut nubat, probatur, modum esse finale, ob animae utilitatem, ad quam testator in legando respexit.*
- 14 *Traditur, quod ubi dotis legatum, pietatis animo relictum non fuit, modum continet impulsivum, praemittendo, aliud esse in modo legati, aliterius praterquam legatarij, utilitatem versari, aliud, in eo, testatorem, aliterius utilitatem respicere.*
- 15 *Probatum, in modo, ut nubat, Reipublicae utilitatem versari, defunctum, tamen, eam non respicere, & idcirco, modum hunc, quando, absque pietatis animo disposuit testator, censeri impulsivum, juxta praemissam resolutionem.*
- 16 *Eadem resolutio comprobatur ex *l. si divorcium ff. de verbor. obligat. ad quem tex. repulsa Cypriani interpretatione, communis probatur, & n. 17.**
- 18 *Donatio dotis nomine facta incipiens a traditione, non intelligitur facta sub conditione, aut modo finali contrahendi matrimonij, sicut in promissione dotis, & intelligitur *l. promittentium ff. de jure dot. cum simil.**
- 19 *Intelligitur *l. si ego in princip. ff. de jure dot.**
- 20 *Limitatur superior resolutio, & intelligitur tex. in *l. Titio centum §. Titio genero, ff. de conditionib. & demonstrat.**
- 21 *Respondetur ad tex. in *Auth. de sanctis. Episcop. §. sed & hoc presenti collat. 9. quatenus ibi, dotis nomine relictum, & relictum sub expressa nuptiarum conditione equiparantur.**
- 22 *Respondetur ad communis sententiae rationem, quod dos sine matrimonio esse, non possit.*
- 23 *Traditur, quod in Regno Portugaliae, & in alijs, in quibus, puella patrimonium, communiter suum loquendi dos nuncupatur, facilius obtinetur opinio contra communem, dotis, nomine relictum purum relictum esse.*
- 24 *Legatum mulieri, dotis nomine, seu, pro se maritanda relictum, quod pietatis intuitu non fuit relictum, debetur eidem, & si mortis tempore nuptia sit.*
- 25 *Et quid si testator vivens mulierem maritandam minori dote assignata, quam qua fuerit eidem in testamento relicta.*
- 26 *Legatum mulieri relictum nomine dotis, traditur ad heredes, mortua muliere antequam nubat, & quare hoc?*
- 27 *Testatoris mens potius, quam figura verborum debet*



debet attendi.  
 38 Conclusio pramittitur, & probatur, quod ubi-  
 cunque res legata nihil attinet ad oneris imple-  
 mentum, dispositio iudicabitur conditionalis, &  
 si sub figura modalis concepta sit.  
 39 Eadem resolutio traditur in contractibus sub  
 modo celebratis, ex sententia aliquorum.  
 40 intelligitur. l. quibus diebus. §. final. ff. de cō-  
 dition. & demonstrat. cum alijs, quibus tradi-  
 tur, legatum solui praestita cautione de modo  
 implendo:  
 41 intelligitur, & explicatur per singulos versi-  
 culos l. eas causas. ff. de conditionib. & de-  
 monstrat.  
 42 Inter conditionem, & modum, quando talis  
 est, quod ad eius implementum non conducat  
 relictum commodum, nihil interest: & ex conje-  
 cturata mente defuncti, aliquando conditio in  
 vim modi accipitur.  
 43 Notatur differentia quedam inter conditio-  
 nem, & modum, ubi relictum commodum, ad o-  
 neris implementum conducit.  
 44 Assignantur duae regulae circa dispositiones mo-  
 dales, collectae ex d. l. eas causas, ff. de condit.  
 & demonstr.  
 45 Legatum, dotis nomine mulieri relictum, quā-  
 do non solius legataria gratia, tale onus injun-  
 ctum fuit, conditionale esse, resolvitur, juxta  
 communem sententiam, idem traditur de legato  
 ut nubat, ut habeat in dotem, & assignatur li-  
 mitatio ad l. quibus diebus, §. Terminus ff. de  
 conditionib. & demonstr.  
 46 Comprobatur precedens sententia & resolutio  
 ex sententia Dyn. & aliorum tradentium, in le-  
 gato relicto pro passagio terra Sancta, quod debet  
 expectari tempus generalis passagij, ut peti pos-  
 sit cautione oblata, & defenditur Dyn. a Ray-  
 nerij nota, cum sibi contradixisse, credentis.  
 47 Confirmatur eadem sententia & respondetur  
 objectioni contra eam adducta & refertur Pau-  
 li ad eam limitatio.  
 48 Rejicitur cum Paulo & alij differentia Bart.  
 inter hac, mulieri, pro dote, & mulieri, pro se  
 maritanda.  
 49 Rejicitur differentia Baldi Novelli & aliorum,  
 inter hac, mulieri, pro dote, & mulieri, ut nubat  
 Traditur quando ante nuptias possit peti dotis  
 nomine relictum, oblata cautione, pro limitati-  
 one precedentis sententiae.  
 50 Rejicitur interpretatio Bartol. ad tex. in l.  
 Titio centum §. Titio genero ff. de conditionib.  
 & demonstrat. & refertur Bald. & aliorum  
 intellectus ad eum tex.

42 Refellitur Baldi & aliorum intellectus ad d.  
 §. Titio genero.  
 43 Pramittitur pro intellectu d. §. Titio genero,  
 legatum, alicui relictum in alterius dotem, sta-  
 tim peti posse praestita cautione.  
 44 Assignatur intellectus ad §. Titio genero, qua-  
 tenus ibi legatum dotis nomine relictum, moda-  
 le traditur.  
 45 Sive legatum dotis nomine relictum, instar  
 conditionalis, sive instar modalis censeatur, nō  
 transmittitur ad heredes ante nuptias muliere  
 defuncta, contra Novellum.  
 46 An modus mixtus deficiens per casum, faciat  
 deficere relictum controversatur, & inter con-  
 trarias sententias ponitur concordia intellectu  
 tex. in d. §. Titio genero in versic. Ante nuptias  
 47 Vbi legati cōmodum commune est ei cum quo  
 modus mixtus adimpleri debet, modus deficiens  
 per casum etiam contingentem in persona illius,  
 facit deficere relictum, & si deficiat per volun-  
 tatem ejus habetur pro impleto, & idem in con-  
 ditione mixta.  
 48 Relictum nomine dotis, ut Titio nubat, vel, si  
 Titio nubat, eo recusante mulier parata nube-  
 re, consequetur, nec alij nubere, tenebitur,  
 quidquid aliter Costa.  
 49 Ad breve compendium revocantur, & perstrin-  
 guntur singula quae de legato dotis nomine reli-  
 cto hic traduntur.  
 50 Traditur, modum, ut clericus sit, ut monaste-  
 rium ingrediatur, finalem censerit, ut impleri  
 debeat, & in quo consistat differentia inter hūc,  
 & illum, ut nubat.  
 51 An legatum relictum sub modo, ut clericus sit,  
 ut monasterium ingrediatur, statim peti possit  
 cautione oblata de modo implendo?  
 52 Traditur relictum, ut clericus sit, ut monaste-  
 rium ingrediatur, deficere modo quomodolibet  
 deficiente, & differentia quoad hoc inter pra-  
 dictos modos, & modum, ut nubat.  
 53 Traditur, modum, & conditionem legati, ad  
 certum monasterium relatam, posse in alio im-  
 pleri.  
 54 Modus, & conditio, si clericus fuerit, solo pres-  
 byteratus ordine impletur, non ceteriori alio, &  
 quando appellatio clericorum, in minoribus  
 constituti veniant.  
 55 Proponitur, & discutitur questio inter pres-  
 byterum, & minoris ordinis clericum defuncto  
 proximiorum, circa administrationem capella,  
 ad quam defunctus clericum simpliciter proxi-  
 miorum vocavit.





# RELECTIONIS

L. TITIAE, SI NON NUPSERIT. ff. DE  
conditionib. & demonstrat.

## SECUNDA PARS.

*De legato, sub modo, ut non nubat, vel sub modo, ut nubat, relicto*



**H**ACTENUS de non nubēdi, & de huic contraria, nubendi conditione, de quibus lex nostra loquitur, actum fuit: Nunc vero, pro ejus ornatu, & ampliacione, de non nubendi, ac, de nubendi modo in testamentis scripto, per opportunè agēdum erit. Quæ pars, quatenus ad affirmativum nubendi modum spectat, utilitate præstat: frequentius, namque, evenit, ut testatores legata relinquunt puellis, ut nubant, quam, sub conditione, si nubant, prius tamen, Papiniani ordinem sequendo, qui de negativa conditione prius dixit, de non nubendi modo agemus, & quidem, de illo breviter, cum ferè in omnibus, ejusdem naturæ, & vis sit, cujus, non nubendi conditio est: Nam in ijs personis, in quibus, talis conditio pro impleta habetur beneficio legis, æquè pro impleto, habetur modus, ex eadem ratione, nè nuptijs impedimento sit. Atque ita promiscuè de conditione, ac modo non nubendi loquitur. Bart. in *conf.* 184. incipit. *Domina Nuta*, respondens, non valere in virgine, quod quidem, generaliter verum est, tametsi non in casu de quo Bart. illic, nempe, quando virgini relicto fuit, sub conditione, aut modo, ut monasterium intraret: Enim vero, quanvis talis conditio, & modus, matrimonij carnalis impeditivus sit, valebit tamen, ut adversus Bartol. cum crebriori sententia superius tradidimus, quia meliorem vitæ statum secum portat.

2 Cum autem modus adscriptus virgini, ut non nubat, non valeat, sicut, & conditio, nè nuptijs impedimento sit, consequens est, cum valere, cum, ad certam personam, certum vè personarum genus referatur negativè, vel af-

firmativè, ut puta, ne cum aliquo, aliquibus vè nubat, aut, ut cum aliquo, aliquibus nubat, si his honeste nubere potest, quantum sic cæterorum nuptijs maneat interdicta, juxta id, quod in conditione supra resolvimus per *l. cum ita legatum, l. hoc modo, supra hoc tractat. l. hoc genus legati, infra eodem*: quod in dispositione modalis figuræ, de qua nunc agimus tradidit Oldr: in *celebri conf.* 16. *thema tale est Palatios in repet cap: per vestras 3. notabili §. 2. num. 3. de donationib. inter vir. Et uxor. Covar. de sponsalib. 2. part. c. 3. §. 3. num. 7. & 8. Molin. de Hispanor. primogen. lib. 2. c. 13. num. 4.* Differentia tamen stat in eo, quod, ubi ita legatur, *mulieri, si non nupserit Titio*, suspensum manet legatum, in eventum conditionis, quod in proposita specie quando evenire dicatur supra tradidimus, ad interpretationem *testam. in d. l. hoc genus legati*: At verò, legatum ita relicto, *mulieri centum, ut non nubat Titio* statim petere, potest mulier oblata cautione de modo implendo, secundum communem traditionem, & differentiam, inter conditionem, & modum, de qua per doctores in rubrica, *Et in l. quibus diebus. §. Terminus, supra eodem, & de ea, inferius nos agemus.*

3 In ijs vero personis, in quibus hodierno jure, conditio non nubendi, etiam generaliter scripta, valet, in viduis, inquam, valet, & modus. Quò circa mulieri viduæ, sive sub conditionis, sive sub modi figura relinqui, utiliter potest, nè secundas ineat nuptias: Nec tunc, ubi generalis prohibitio est, quoad acquisitionem relicti, quidquam refert an conditio nalis, an modalis dispositio sit, utrobique oblata de non nubendo cautio præsens semper legatum faciet, *Auth. cui relicto, cum traditis ibidem C. de indict. viduit. tollend.*

Denique



Denique per omnia idem jus est, in modo non nubendi, generaliter in juncto, quod in conditione scripsimus, eadem id ratione juvante, qua propter, negativum nubendi modum, latiori nunc calamo pertractare, superfluum erit. Præsertim, quod rarus hic legatorum modum est, raro enim evenit, ut libus suis, aut alijs quis quidquam relinquat sub modo, ut non nubant, præterquam ubi carnali matrimonio ita prohibito, ad spirituale spelucru invitatur, de quo infra agemus, quod est contra frequens in hac materia modus est, qui affirmativè concipitur. Quo circa ad affirmativum hunc modum, gradum modo faciamus.

4. Modus igitur, ut nubat, non adeò cum conditione, si nupserit, fraternizat, hæc namque, juxta validæ conditionis vim, & naturam, suspensivum legati operatur effectum, ut ante reale conditionis implementum, sic antequam nubat mulier, legatum petere, nullo modo possit: Quid verò, in modo, ut nubat, dicendum sit, non ita pervium est, pro cujus resolutione, prodenda, & examinanda anceps illa quæstio erit, an, scilicet, dotis nomine, seu, ut nubat, mulieri relictum, conditionale relictum sit, an modale: Quæ eadem quæstio in difficili apud scribentes est, ejus verò decisio, fortassis, non parum utilis apparebit, & in foro versantibus, & in scholis, ac, quia de nuptijs agimus, quibus tota lex nostra constat, per opportunè venit, ut indotatas nuptias peragamus, legatum dotis nomine relictum eis subjungere, & in eo pauper immorari, gratum (ut spero) dotibus opus.

5. Controversa ergò est apud doctores nostros, an, dotis nomine, seu, ut nubat, mulieri relictum, conditionale sit, an modale: plura verò refert, an tale legatum, instar conditionalis, an instar modalis habeatur; Etenim, si conditionale est, mulier, antequam nubat, petere non potest, *l. cedere diem, infr. de verb. significat. l. legata, supra hoc tit. l. final. ad fin. infra de manumiss. testament.* in specie tradit nobilissimus, & eruditissimus Hispanus Dominus Ferdinandus à Mendocça *disputation. jur. civil. ad titulum de pactis libr. 2. cap. 7. num. 15.* Et si interim decedat, veluti conditione delecta, non transmittit ad hæredes *l. unic. §. si autem aliquid sub conditione C. de caduc. testat. cum alijs, & utrumquè in specie nostra præstat Bartol. in l. Titio centum, §. Titio genero, n. 2. supra eod. cum, si modale sit, à principio, præstita de nubendo cautione, peti potest, juxta modi naturam, quam, talem esse, probat *text. celebris, & capitalis in d. l. quibus datus §. final. incipit. Thermus minor, alias**

*Thermus, supra eod. ubi glossa, & Bart. & cõmuniter doctores, hoc tradunt, quod nos inferius explicabimus. Probat etiam text. in l. si tibi legatum, supra de legat. tert. §. in l. eas causas, versicul. eas vero, & in l. demonstratio falsa §. final. in fine, supra hoc tit. juncta glossa finali ibidem communiter recepta ex Socin. n. 8. post alios in d. §. Thermus minor.*

6. Addit adhuc Novel. in tractatu de dote 6. part. privileg. 76. n. 2. quod, si interim decedat mulier, ad hæredes transmittitur, quod etiam sensisse Bartolum in d. §. Titio genero, n. 2. videtur Emanueli nostro *libr. 2. select. interpretat. c. 22. n. 11.* ubi agit de intellectu d. §. Titio genero, ponderat autem, hoc Bart. sensisse ibi, dum scripsit in d. n. 2. ex eo, quod tale legatum, conditionale esset, insurgere effectum, quod non transmittatur ad hæredes, nec interim peti possit: quæ sane Bart. verba, & si argumentum præstent à contrario sensu, non tamen contrarium significant in legato modali, sed in puro, cui magis quam modali, opponitur conditionale sed, & si cõtrarium sensum in legato modali importarent, sufficeret, si respectu petitionis solummodo, non etiam transmissionis, importarent, præsertim, quod alibi Bartol. de transmissione legati modalis clarius loquens, nempe, in d. §. Thermus minor, n. 13. manifestè sensit, in hac specie, mulierem antequam nubat decedentem non transmittere, ut melius de Bartolo expendisse, videtur idem Costa in d. num. 11. ubi, & si tradat, secundum priorem sententiam, Vlyssippone nostra fuisse judicatum, non tamen dubitat, quin & in consulendo, & judicando, contraria probari debeat, in quam quibusdam citatis, antiquos & modernos convenire, refert ex Philip. Cor. *conf. 229. num. 4. lib. 4.* quod etiam refert, & sequitur Covar. in c. 3. n. 11. *versic. sed adversus, extra de testament.*

7. Ut vero interim quæstionis effectus omitteremus, circa principalem ejus resolutionem multum variant scribentes: Etenim sententia communis est, quod legatum, dotis nomine relictum, conditionale sit, nisi ex aliquibus conjecturis, defunctum aliter voluisse, appareat, ita Bart. late probat, ultra alia, ex textu ibi, qui istius sententiæ est principale fundamentum, & basis, in d. §. Titio genero, col. 1. & 2. ubi ita concludit, in versic. concluditur ergo, communem tradit ibi Paul. col. 3. *Alex. conf. 42. num. 2. lib. 7. & alij quos refert Covar. in d. c. 3. num. 11. in princip. Gomes. in l. 50. Tauri, num. 29 Cost. qui singula Bartoli fundamenta scripsit, d. lib. 2. select. c. 22. ante num. 1. quem, etiam, receptum esse, obiter scripsit, in l. num tale, §. si*



arbitratu, limitat. 6 num. 30. supra eod. sequitur dom. Ferdinando a Mendoca d. num. 15. Fundamentalibus vero hujus sententiæ ratio est, quia dos, sine matrimonio esse, non potest, l. 3. supr. de jure dot. l. cum multa, versicul. sicut enim, C. de donationib. ante nups. unde qui dotis nomine legavit, necessario matrimonij causam respexit, & sic, si matrimonium sequatur, legasse, apparet, quam rationem scripsit Bartol. in d. versicul. concluditur ergo, Novel. in d. privilegio. 76. col. penult. versicul. unde mihi videtur, Costa in d. c. 22. num. 3. post medium, & in d. limit. 6. num. 30. in princip. & ad dotis stipulationem Mendoca d. lib. 2. c. 7. in princip. versicul. sed si queratur.

8 Quò fit, ut si ita relinquatur, lego mulieri centum, ut nubat, quia tunc nulla dotis mentio facta est, non conditionale fore legatum, scripsit Novel. d. privilegio. 76. col. ultim. in princip. sed potius ut modale censendum erit, quod tenet ibi, clarius in col. 2. versicul. Primus est, ubi affirmat, in prædicta specie statim legatum deberi, præstita de nubendo cautione, sicut in omnibus modalibus dispositionibus contingit, quod etiam expresse tradit Bald. in l. generaliter, nu. 9. C. de Episcop. & cleric. & Covar. in d. c. 3. num. 11. versicul. ex priori, ubi Novellum citat, quos, legatum illud simpliciter purum esse, asserentem, qui tamen ubi supra, idem de eo haud dubiè sentit, quod, de cæteris modalibus dispositionibus.

Nec spectat ad hunc articulum, quod inibi Covar. scripsit, Costam, nempe, in d. c. 22. a Novello discelsisse, sed magis ad alium, de quo per Novel. ubi supra, quo loco ait, hoc legatum, mulieri centum pro dote ut nubat, esse conditionale, sicuti illud, quod, dotis nomine simpliciter relinquatur, quoniam in utroque æqualis, illa ratio est, quod dos sine matrimonio esse, non potest, quod Costæ displicuit in d. c. 22. num. 1. in princip. quoniam verba illa à testatore expressa (ut nubat) arguunt, legatum dotis nomine datum, sub modo relictum fuisse, quod conjecturata defuncti voluntas potest inducere, secundum receptam sententiam, de qua per Bartol. in d. §. Titio genero, col. 2. Ego tane, hoc, conjecturata defuncti voluntate induci posse, fateor, ubi tamen, magis hic in uno, quam in altero casu, clarescat illa voluntatis conjectura, non perpicio, quoniam, qui simpliciter, pro dote, seu dotis nomine legavit, necessario legavit, ut nubat, cum sine nuptijs nulla dos esse, possit: unde expressio illius, quod tacite & necessario inerat, diversam voluntatis conjecturam, & exinde diversum juris effectum, mihi jure non probat l. 3. supr. de legat. prim. & vulgare est.

9 Sed circa principalem controversiam, glossa nostra in d. §. Titio genero, verb. per se test, & communiter doctores qui fuerunt ante Bartolum (ut constat ex Paul. ibidem col. 3.) existimaverunt, quòd licet, promissio dotis nomine facta, conditionalis sit l. item quia. §. 1. supra de pactis l. promittendo, l. talis facta, supr. de jure dot. cum alijs, tamen, secus sit in legato dotis nomine relicto, quod intelligunt datum sub modo: in quam sententiam alios auctores citat Costa ubi supr. d. num. 1. ac pro ea nervosè, & multipliciter inducit textum in d. §. Titio genero, qui nihilominus in num. 5. cum Bartol. & communi sententia refidet.

10 Hæ sunt diversæ doctorum opiniones circa diffusam hanc, & plurimum controversam inter eos juris questionem: in qua, & utranque sententiam, autoritate multum pollere, viderim, neutri tamen potui acquiescere, qui magis vim rationis perscrutans, in animum duxi, legatum, sive dotis, sive nuptiarum nomine, sive dotis nomine ut nubat, sive simpliciter, ut nubat, relictum, sive quavis alia verborum figura, quæ eundem sensum significet, (nec enim inter hæc differentiam ponimus, ubi magis verba, quam sensus, diversa sunt) nec instar conditionalis dispositionis, ut communis cum Bart. ajebat, nec instar modalis, ut contraria, judicandum fore, sed potius, instar puræ, illius, inquam, cujus modus, solius legatarij utilitatem finaliter respicit, & intendit, quam, quoad juris effectus, nihil a pura distare, de jure competentum est l. Titio centum, in 1. responso, ubi dicitur res, supr. eod.

11 Pro cujus sententiæ probatione, ut præmitto, quod inter omnes constat, modum scilicet, ultimæ voluntati adjectum, qui solus legatarij utilitatem importet, (quem legatarij risconsulti causam appellant, & doctores modum impulsivum) nullius ei oneris, gravaminis vè esse, adèò quod recte petatur legatum absque aliqua cautione pro talis modum implemento, nec ideo magis retractari, seu repeti ab hærede postea possit, quòd illius implementum subsequutum non fuerit, juxta text. singularem & expressum in d. l. Titio centum, in 1. responso, ubi communiter scribentes, & idem in donationibus traditum extat in l. 2. §. final. cum leg. sequenti, infra de donationib. l. si mulier C. de jure dot. tradit Bartol. communiter receptus in d. §. final. Iason in si pecuniam n. 18. supr. de condi. caus. dat. caus. non secut. Everard. loco 82. num. 15. verb. c. tregada tit. 9. p. 6. Cujus rei constans, & clara ratio est, quia cum defunctus, in solius legatarij utilitatem modum adjecisset, ei jure optimo



optimo poterit legatarius, renuntiare, juxta vulgarem regulam *l. penul. C. de pact. l. quod fa-  
re C. de legib. l. si judex sup. de minorib. tradit  
Alex. in l. penul. infr. ad leg. Falcid.* quam regu-  
lam multis exornat ornatissimus Doctor Pe-  
trus Barb. in *l. alia §. eleganter, sup. solut. ma-  
trim.* quo in loco, late & eleganter proprii pri-  
vilegij renuntiationes peregit.

12 Nunc verò, in legato Mariæ relicto,  
dote, seu nuptiarum nomine, seu, ut nubat,  
cujus, præter Mariæ ipsius, adjectus nuptia-  
rum modus emolumentum concernit? non  
testatoris, nec animæ illius, quia, pro anima  
reliquisse, non proponimus, non etiam, utili-  
tatem viri, cui nuptura mulier esset, quia ne-  
minem designavit in conditione testator, non  
magis quam, si cui legaretur, ut fundum eme-  
ret, nam utilitas incertæ personæ, aqua fun-  
dus emi debet, non est in consideratione, quo-  
modo legatum haberi desinat, tanquam solius  
legatarij favorem respiciens, ut *d. l. Titio cen-  
tum, in princ. & advertit Novel. in d. 6. p. de do-  
te privileg. 50. ad fin.* Solum igitur restat, ut  
dicamus, injunctum nuptiarum modum, ul-  
tra mulieris nubentis, etiam Reipublicæ utili-  
tatem continere, quæ versatur in nuptijs con-  
trahendis *l. 1. sup. solut. matrim. l. 2. sup. de jur.  
in d. hoc modo, in fin. sup. isto titul.* quam rati-  
onem, ut modus hic causam finalem importet,  
considerat Bart. in *d. §. Titio genero, col. 2. ad  
fin. Novel. d. privileg. 50. num. 2.* ubi in fine  
est, esse de intentione communiter scribentium,  
quod promissio, seu legatum pro dote, finalem  
causam continet, quam Jurisconsulti conditi-  
onem appellant, & nostri modum finalem, at-  
que ideo, illo non secuto revocatur legatum,  
juxta *d. l. Titio centum in 2. respons. & d. l. 2. §.  
cum leg. sequenti,* atque ita est utrobique  
accepta conclusio, quam etiam novissime te-  
netur Barb. noster in *l. si cum dote §. si pater, n.  
in fine, sup. solut. matr.*

13 Ego certe, injunctum legato modum,  
(ut mulier nubat) causam finalem legandi  
fuisse, tunc libenter admitterem, cum pieta-  
tis animo testator mulieri reliquisset, ut nubat,  
quod scriptum habemus in commentarijs *l. 1. C.  
de Sacrosanct. Eccles. 2. part. §. 3.* quod palam  
in hac specie tradidit Bartol. dum loquitur de  
modo, ut nubat, in *d. l. 2. §. fin. num. 1.* & ra-  
tionem assignans, dic, inquit, quod si datur ob  
causam favorabilem, tunc videtur velle, quod fiat  
in salutem anime, quia forte alias non dedisset.  
Et eandem rationem subjungit ibidem, col. 1.  
quam sequitur Covar. lib. 1. vari. c. 14.  
num. 6. atque ita in hac specie, quando, inquam,  
pietatis affectu, nuptiarum meminit tes-  
tator, manifestum est, finalem causam lega-  
ri consistere in nuptijs propter animæ utilita-

tem, cujus intuitu finaliter ita legavit defun-  
ctus.

14 Vbi verò defuit hæc pietas in legato,  
& si nuptiarum causa, à testatore expressa,  
Reipublicæ utilitatem, videam, semper ver-  
sari, puto tamen, eam impedimento non esse,  
quò minus dispositio, de qua agimus, judice-  
tur adinstar illarum, quæ modum continent,  
solius legatarij utilitatem respicientem, quem  
modum impulsivum vocant, alij de consilio.

Pro cujus perfecta cognitione sciendum est,  
quod aliud est, quoad præsentem articulum,  
in modo alterius, præterquam legatarij, utili-  
tatem versari, aliud, in modo, testatorem, al-  
terius utilitatem respicere: primum, non one-  
rat legatarium, secundum sit, rationem do, &  
exemplum, rei manifestandæ gratia, cum e-  
nim testator, solius legatarij commodo provi-  
dere, intendit, contra illius voluntatem esset,  
si modus oneraret legatum, eo quod ex illius  
adimplemento, aliqua alterius sequeretur uti-  
litas, cui testator, providere, non intendit:  
Quare, ne hoc eveniat absurdum, talis modus  
legatarium nequaquam obligabit, sicuti, si Ti-  
tio centum relicta essent, v. fundum emeret à  
Sempronio, quia forte, emere, proposuerat,  
vel etiam, quia ei, Sempronianum fundum  
emere, expedierat, & idcirco testator, ejus  
solius commodum respiciens, talem modum  
legato addidit, quem sane, non ideo magis le-  
gatarius tenebitur, adimplere, juxta *d. l. Titio  
centum, in princip. & d. l. 2. in §. fin. ibi, quia  
interim sthicum emere, proposuerat, dixerim, in  
hoc me dare, ut sthicum emeret.* & si alias, in im-  
plemento modi, magna, & considerabilis in  
jure, Sempronij utilitas versaretur, l. & si æ-  
quo, supra de legat. prim. Atque ita, ad hoc,  
ut modus censeatur finalis, non sufficit, quod  
in illius implemento, aliqua alterius, præter-  
quam legatarij ipsius versetur utilitas, sed re-  
quiritur ulterius, quod testator, illius utilitati  
providere, voluisset, quia tunc, secundum e-  
jus voluntatem est, ut oneret modus legatum,  
cujus implemento, alteri prospectam esse vo-  
luit, ut dilucidem probat Papinian. in *d. l. Titio  
centum, ibi, sed si filio, fratri, alumno minus in-  
dustrio prospectum esse, voluit, &c.*

15 Hac ergo distinctione præmissa, facile  
diluitur difficultas, quam nobis, de Reipubli-  
cæ utilitate in adjecto nuptiarum modo confi-  
stente, opponent alij: nam, & si vere eis fatea-  
mur, Reipublicæ utilitatem in modo versari,  
eamque in jure considerabilem, & late favo-  
rabilem esse, *d. l. 1. sup. solut. matrim.* cum a-  
lijs, hoc tamen non sufficit, ut illico fateri co-  
gamur, modum esse finalem, cum adhuc ul-  
terius requiratur, defunctum, præfatam Rei-  
publicæ utilitatem considerasse, eique adjecto  
modo



modo favere, voluisse, juxta præmissam resolutionem, quam ipsi negare, non possunt: Sed forte objicient, defunctum hic voluisse, Reipublicæ utilitati providere, id sanè, verisimile non est, nec credo ex mille testantibus, & si Reipublicæ suæ maximè amantibus, & studiosis sint, unum inveniemus, qui, dum mulieri legat, ut nubat, propter Reipublicæ utilitatē, talis modi meminerit, quem certe, qui addunt, si non propter animæ utilitatem addunt, ut contingit in legato pauperi puellæ in eam causam de relicto, solū, propter earum, quibus legant, privatam utilitatem addunt: quod, & ipsum, ab absurdo, non dubie comprobatur: nam, si præfatum modum, causam legendi finalem esse, dicimus, propter Reipublicæ utilitatem inde procedentem, sequeretur, quod, si mulier ista non nubat, quomodocūque id eveniat, legatum non manebit apud hæredes defuncti, ut illi volunt, sed magis alteri mulieri, pro dote dandum erit, secundū testatoris ipsius voluntatem, quæ sic convenienter adimpleri potest, cum æque per unius, ac alterius nuptias, præfatæ Reipub. utilitati consultum esse, appareat, *juxta text. celebrē in l. legatum civitati, sup. de usufr. legat. cum concord.* quod sane, absurdum est clarum cōtra clarā testatoris voluntatem, quippe qui si Mariæ legavit in causam dotis, nec hoc, pietatis intuitu disposuit, nihil minus voluit, quam, ea non nubente, alij puellæ pecuniam suam pro dote conferri.

16 In meam denique sententiam adduco textum *in l. si divortio, inf. de verb. oblig.* & si Costa *d. l. 2. select. c. 22. n. 5.* eo communē sententiam comprobari, nove affirmet, secundum interpretationem, quam tradidit ad eum, *in c. 21.* quod promissio, de qua illic, qua moritus, divortio facto, stipulanti uxori, centum, dotis nomine promissit, tacitam conditionem admittat si uxor, cum altero nubat *juxta l. promittendo, sup. de jur. dot.* Secundum quod procedit æquiparatio, quam, in casu legati, dotis nomine relicti, postea subjunxit Pomponius *in d. l. si divortio, in fine,* atque ita hujus legis argumento, communem sententiam, ait Emanuel, comprobari, quasi, ibi, dotis nomine relicto, conditionale probetur.

17 Sed hæc Costæ interpretatio *ad d. l. si divortio,* mihi non placet, qui verius puto, stipulationem, de qua ibi, statim committi, cum recepta conctorum sententia, quam, ultra alia, ea mihi ratio omnino persuasit, quia verosimile non est, Proculum, & Pomponium Jurisconsultos gravissimos effinxisse calum ita rarum, quo, maritus dotem promitteret uxori, sub conditione, si ipsa denuo nuberet, quod,

quam repugnet communi voto maritorum, Cost. negare non potuit, multoque magis debuit, repugnare voto mariti, in specie *d. l. si divortio,* ubi non ejus morte, sed divortio facto uxor, à matrimonio liberata, proponitur, ut sic credibile non sit, maritum adjecta conditione lucri, voluisse, ad nuptias cum alio homine, se vivente, & vidente, contrahendas, uxorem propriam invitare. Quare dicendum est, centum ibi dotis nomine promissa uxori, præsentia deberi, quod omnia hætenus pro constanti habuerunt, ut faceret Costa *in d. c. 21. in princ.* & licet alias, dotis nomine stipulatio facta tacitam habeat conditionem, si nuptiæ secutæ sint, *juxta d. l. promittendo,* cum alijs, talis tamen conditio non subintelligitur in casu *d. l. si divortio,* propter partium voluntatem, ex eo collectam, quod honestius, & frequentius, & naturæ spondentis desiderio magis conveniens est. Nunc vero (propositum meum repetendo) cum juxta receptam ac veram sententiam Pomponius ibi loquatur de promissione dotis nomine, cui nulla nuptiarum inest obligatio, ac illi, generaliter æquiparet legatum dotis nomine cuilibet relicto, non in æquitate, novam meam adversus alios sententiam probare, videtur, generaliter, scilicet legatum, dotis nomine relicto, nullam contrahendi matrimonij obligationem secum portare.

18 Cum autem ejus ratio, æqualis sit in donatione ac in legato, idem, quod in legato hætenus tradidimus, in donatione esse, dicimus, ut, si quis mulieri dotis nomine, seu, si nubat, donaverit, quia modus, solius donationis utilitatem continet, ejus adimplendi nulla subit necessitas, *juxta dict. l. 2. §. final. cum leg. sequenti, infr. de donat.* legibus autem, quibus, dotis nomine pro illi, non nisi contractis nuptijs deberi, traditur, cum casuum distinctione respondemus, quod, scilicet, aliud est, dotis nomine mulieri dare, aliud, mulieri dotis nomine promittere: vel ei, cui mulieri nubere intendis, dotis nomine dare, seu promittere: hoc namque casu nullam constitumus differentiam inter donationem dotis nomine factam, ab executione ipsa, an à promissione incipientem. Quanquam in omni promissione, sive datione dotis, subintelligi tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, tradat insignis Barb. *in l. si cum dotem, in princ. n. 50. ad fin. sup. solut. matrim.* cui doctrinam viri sententiæ, sic generaliter acceptæ, proscripta est, assentire, non possum: qui enim mulieri dat, licet sub expressio nuptiarum modo rem tradat, magis causam donationis, quam conditionem dandæ pecuniæ expressivè, videtur.



etur, cum, si non, nisi in matrimonij causam  
 dare, vellet, opportunius, cum matrimonium  
 contraheretur, pecuniam suam, in eam causam  
 traderet: E contrario vero, de eo, qui non dat,  
 sed promittit nomine dotis, clara est conjectu-  
 ra, quod non, nisi in causam dotis, & sic secutis  
 nuptijs, voluit se obligare: quo circa in hoc ca-  
 su, tacita futurarum nuptiarum subintelligitur  
 conditio atque ita intelligitur *tex. in d. l. pro-  
 mittendo, l. stipulationem, l. talis facta, sup. de jur.  
 l. item quia §. 1. sup. de pact.* quæ etiam le-  
 ges, de promissione dotis nomine facta ei, cum  
 pro matrimonio contrahi, sperabatur, pro-  
 pteris intelligentur.

19 Nec obstat *l. si ego in princ. sup. de jur. dot.*  
 ubi donatio à traditione incipiens, dotis nomi-  
 ne facta, si dos non sequatur, à donatore con-  
 diti potest, respondetur enim, quod ibi Seia  
 donatum fuit, non ut ipsa dotis nomine, sibi ha-  
 beret, sed potius, ut ipsa suo nomine, in dotem  
 daret; ex quo colligitur, donatorem, futu-  
 rarum nuptiarum intuitu, ob dotis causam de-  
 ditisse, alias non donaturum, sicuti, si ei, cum  
 pro matrimonio contrahi, speraretur, dotis  
 nomine dedisset, atque, idcirco, nuncio missio,  
 sed ob eam causam donatum fuit, conditi-  
 o potest, tanquam ob causam datum, causa non  
 secuta, *d. l. si ego l. si extraneus sup. de condic.  
 l. dat. caus. non secut.*

20 Erit autem præfata opinio, tam in lega-  
 to, quam in donatione, limitanda, ut non pro-  
 cedat in matrimonij causa, alterius præterquã  
 legatarij, cui donatur, utilitatem donator inten-  
 dit, vel alias de voluntate illius constat, quod  
 non, nisi in causam dotis donare, voluisset, ut in  
*d. l. si ego, cujus etiam voluntatis argumẽ-  
 tum erit, si mulieri, quis, dotis nomine det, aut  
 inquit, ut alicui certo nubat, ad quam spe-  
 ctat difficultas in materia *tex. in d. l. Ti-  
 tio centum, §. Titio genero, sup. eod.* quo in loco  
 non tantum viri persona, pro cujus nuptijs, te-  
 stator, dotis nomine legavit, certa erat, & defi-  
 nita, sed etiam, in ejusdem viri persona, filia,  
 dotis nomine reliquit, unde, nimirum, si, tan-  
 quam finalem causam illa dotis adjectio respici-  
 at, mulier parere, teneatur, *in d. §. Titio gene-  
 ro, circa cujus intellectum postea magis immo-  
 demur.**

21 Quia verò pro sua, & communi senten-  
 tia adduxit etiam Bartol. *in d. §. Titio genero  
 l. 2. tex. velut expressum in Auth. de sanctiss.  
 l. cop. §. sed & hoc presenti, collat. 9* ubi dotis  
 nomine relictum, æquiparatur relicto sub ex-  
 pressa nuptiarum conditione, & in utroque  
 casu, æque traditur, ut scilicet, non secutis nu-  
 ptijs, non habeat effectum dispositio, præter-  
 quam in casu speciali, de quo ibi, pro taciti &  
 congrua responsione ad hunc *tex.* ejusque in-

tellecto, advertendum erit, eum loqui, quan-  
 do alicui, dotis nomine fuit relictum, adjecto  
 substitutionis onere in contrarium eventum, ut  
 patet ibi, *onere eos substitutione, aut restitutione,  
 & ibi, substitutiones vero, vel restitutiones eis fece-  
 rit, adjectis conditionibus quibuscunque ex ijs quæ  
 superius enumerata sunt.* Et idem exprimitur  
*in Auth. nisi rogati C. ad 5. C. Treb. Nisi rogati*  
 (inquit) *restituere datum dotis causa, vel propter  
 nuptias donationis, &c.* Atque ita, cum ibi pro-  
 ponatur, alicui, dotis causa relictum, & ulterius  
 in contrarium dotis eventum, substitutionis,  
 aut restitutionis onere prægravetur is cui ita  
 relictum fuit, nimirum, si non secuta dotis cau-  
 sa, regulariter admittatur substitutus, quem  
 vocat in hunc eventum, clara voluntas mo-  
 rituri.

22 Ultimo non obstat frequens illa, & ge-  
 neralis ratio, quòd dos, sine matrimonio esse,  
 non possit, unde, qui dotis nomine reliquit, ne-  
 cessario, in causam matrimonij respexisse, ap-  
 paret: nam ingenuè fateor, dotem, sine matri-  
 monio non esse, & qui dotis nomine legavit,  
 videri, de matrimonio cogitasse, sed ita demum,  
 in matrimonij causam respexit, sive etiam, eam  
 expressit, qui dotis, seu nuptiarum nomine le-  
 gavit, ut eam, pro solius legataria commodo,  
 (cujus solius causa, & merito legavit) finaliter  
 considerasse, & adjectisse videatur: unde, non  
 magis de hoc modo judicabitur, quam de illo,  
 Titio centum relinquo, ut fundum emat, licet  
 enim hic, in emptionis modum respexerit tes-  
 tator, & eum expresserit, tamen, quia solius  
 legataria causa, ejus meminit, non debet id, na-  
 turam, & effectum dispositionis alterare, quo-  
 minus ad instar puræ, judicanda sit, *d. l. Titio  
 centum, in princ.* Sic ergo, in dotis causa dicen-  
 dum erit, quia testator, ejus meminit causa so-  
 lius legataria: Et tandem, ut præfatae rationi,  
 magis in forma (ut logici volunt) respondeam-  
 us, pecuniam, hic, dotis nomine relictam,  
 dotem esse nego, sicut alias, emendi fundi no-  
 mine pecuniam datam, esse fundum emptum,  
 negabunt cuncti: Atque ita mulier hæc, pecu-  
 niam, non tanquam dotalem petet, & obtine-  
 bit, sed tanquam pecuniam sub eo dotis modo  
 relictam, quem, quia ipsius duntaxat causa &  
 favore adjectus fuit, si non vult servare, servare  
 non cogitur, *dict. l. Titio, in princ.*

23 Ex his potissima fundamenta, quibus  
 advertum nos possent alij moveri, dissoluta  
 manent, novaque opinio mea, fortan juri, ac  
 morientis voluntati omnino consona jam appa-  
 rebit, secundum quam, supremas hominum  
 dispositiones, semper interpretari, convenit, cum  
 in eis primum locum obtineat, eaque regat.  
 Quæ sanè opinio in his potissimum regnis, fa-  
 cilius obtinebit, in quibus, cujuslibet puellæ  
 patri-



patrimonium, ut dignas viri nuptias assequatur, communi & frequentiori ulu loquendi, dos nuncupari, solet: quo calu, dotis nomine relictum, purum omnino esse, fatentur Bart. in d. §. Titio genero, col. 3. in princ. & conf. 200. incip. quaritur de legatis filiarum, & Laurus à Palat. in tract. de statut. excludentib. femin. col. 39. quos refert & sequitur Covar. in c. 3. num. 11. versicul. quarto infertur, de testament.

24. Ex hac verò opinione illud primo, tute infertur, quòd si quis mulieri, dotis, seu nuptiarum nomine, vel, pro se maritanda, quidquam legaverit, & si mortis tempore jam maritata inveniatur, debetur ei legatum, quod in hac specie tenet Bald. in l. final. num. 14. C. de sent. quas sine cert. quantitat. profer. quem refert, & sequitur spino in specul. testament. in gloss. 11. princip. num. 18. in fine, cum sequenti, & ante eum Palat. Riv. in repet. c. per vestras. §. 60. incip. Tertio propter necessitatem, num. 6. versicul. Et inde est, qui pro contraria parte neminem adducunt, quæ sententia, præcedente mea stante, securè procedit, cum enim absque eo quod maritari mulier vellet, legatum consequeretur ut resolvimus, idem à fortiori consequetur si jam maritata sit, ommissa distinctione scientiæ, & ignorantia testatoris, quam tradidit Paul. conf. 214. Ego Paulus de Castro, in fin. vol. 1. & conf. 148. proponitur in facto, in fin. vol. 2. & clarius cum secuti Tirag. in l. si unquam, verb. suscepit liberos, num. 219. C. de revocand. donationib. & Mantica de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 12. titul. 1. num. 13. leges verò, quibus prædicta distinctio traditur, loquuntur in conditione, si nupserit, quæ, quantum distet à modo, ut nubat, ex dictis patet, & de illa distinctione, ultimo præcedentis partis loco, nos supra egimus.

Contraria vero sententia in proposito calu locum habebit, cum pauperi puellæ, pietatis intuitu, relictum probaretur, quanyis & tunc non bene dicatur, legatum extingui nupta puella, cum, in similem pietatis causam converti, debeat, argum. text. celebris in l. legatum civitati, ubi Bart. sup. de usufruct. legat. qua de re in commentarijs nostris ad l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. in præfatione, & latius in 2. part. §. de dote.

23. Et sanè Dyn. Oldrad. Bart. Bald. Paul. & alij in l. Lucius, in 1. sup. de legat. secund. quætionem formant huic affinem, ubi, scilicet, pater, filia ducenta legavit dotis nomine, seu, pro se maritanda, quam postea centum datis maritaverit, & quærunt, an mortuo patre possit filia, residuum, ex testamento petere: Dyn. ait quod non, per l. libertis, 2. sup. de aliment. & cibis, legat. Oldrad. quòd sic, quia adjecta causa, cum respiciat favorem legataria, non limi-

tat legatum certæ quantitatis l. creditor. §. pater, sup. mandat. l. Lucius, sup. de aliment. & cibis, legat.

Bartol. secundum quorundam interpretationem, distinxit, ut si, pro maritanda filia, dixit testator, non possit residuum petere, juxta opinionem Dyni, quia ea maritata, finita causa: si verò dixit, pro dote, seu, nomine dotis, tunc non sit dubium, quod possit, residuum petere, cum Oldrad. quia dos, constante matrimonio augeri, potest. l. si constante C. de donationib. ante nupt. quam distinctionem alios referens sequitur Palat. in d. §. 60. num. 8. verum ad hoc facit, & spino in d. glossa 11. num. 2. Sed Bald. & plerique alij in l. filia legatorum de legat. & in l. hujusmodi §. cum pater, sup. de leg. 1. absque distinctione probant opinionem Oldrad. quam esse communem, tellatur in d. l. filia legatorum, num. 3. & ex alijs esse communem, & veriolem tradit Covar. in cap. officij, num. 10. de testament. ubi post alios interpretatur Bartolum in d. l. Lucius, quæ huic sententiæ Oldradi indistincte assensum: quæ utique intelligenda erit, nisi appareant indicia mutatae voluntatis, quia post testamentum suscipiat alios liberos, ut refert Paul. in d. l. Lucius, num. 4. ubi tamen, simpliciter ait opinionem Dyni, sibi in puncto veriolem videri, per d. l. libertis, qui nihil minus, veluti sibi contrarius, pro contraria sententia Oldradi refertur à Jaf. & Covar. ubi sup. in d. l. filia legatorum: sed certè, in casu, in quibus ibi, se, consulendo obtinuisse, refert, nempe quando mulier, ab alio maritata, & dotata fuerit, cui à patre, pro dote fuerat legatum, idem quod Paul. probarem, juxta præcedentem resolutionem, cui in terminis, convenit ille casus, secus ubi, ab eodemmet testatore mulier dotata fuisset, qui proprie est prælens casus qui controvertitur inter Oldrad. & Dyn. quo, ultra Paul. in d. l. Lucius, Dyni sententiam sequuntur alij de quibus per Covar. supra: cui etiam ego adhaereo rejecta distinctione præcedente, quæ magis verbalis apparet quam realis: nam, si pro dote, si pro maritanda, filia relinquat testator, æque utrobique voluntas, & utrobique æque significata, quòd filia reliquit, ut maritaretur cum, qui dotis in testamento meminit, dicitur filia, dotis nomine legavit, non potuit, (quia sine matrimonio dos esse, non potest) hanc maritandæ filia causam, ejus meminisse quæ, si finita sit à defuncto, legatum quoque finitum esse debet. Quod autem ea, filia favorem respiciebat, ex quo ratiocinabatur Oldrad. hoc tamen convincit, quòd eam, si cum legato permanisset, spernere potuisset, aut implere ad libitum, juxta superiolem nostram



resolutionem: secus, ubi conjecturata defuncti voluntatem, legatum revocatum est, aut mutatum, sicut hic conjicitur ex implemento causæ à defuncto finitæ, ac filiarum commodo, cui, vivens pater providit; secundum quæ apparet, sententiam Dyni superiori illationi non obesse, in qua mulierem, non testatoris dote, sed aliunde maritatum supponimus.

26 Colligitur deinde exprædicta nostra sententia, & resolutione, verum esse dictum Novelli d. 6. part. de dote privileg. 76. n. 2. secundum quod, in nostra hac civitate judicatum fuisse, testator Costa d. lib. 2. select. c. 22. n. 11. nempe, quod si mulier ista moriatur antequam nubat, hæredibus ejus legatum debetur, quod quidem verisimiliter ducimus, non tamem ex ratione, qua Novel. quia, scilicet, per mulierem non steterit, quominus modum adimpleret: sed mea ratio est, quia talis modi adjectio, nulla obligatione, aut mora sufficit legatum, quod idcirco, veluti purum, nihil impedit, ad hæredes transmitti: Atque ita, exprædicta nostra resolutione, hæc illatio bene colligitur, & probatur: quæ, retenta unanimi doctorum sententia, non esset utique probanda, sed ejus contraria, prout ab antiquis, & modernis probari, referunt in allegatis supra locis Covar. & Cost. & nos postea trademus.

27 Sed, vix adhuc post longam moram tractam, studiosi lectoris animo satisfecisse, videbimur, circa principalem controversiam inter medias doctorum sententias contraria nostra inserta, quia potuit, aliquando, hæc cessare, ut puta, si pietatis intuitu, pro dote mulieri relinqueretur, aut certa futuri mariti persona, in modo adjuncto designetur, aut denique, alias de voluntate defuncti constet, quod non, nisi in cautione futurarum nuptiarum legare, voluisset, ut ex supra dictis constat, si, inquam, quia potuit aliquando ex causa, nostra opinio cessare, non requiramus ulterius, quæ nam illarum magis tenenda sit, quæque exinde proveniat utilitas. Hoc igitur munus ut absolvamus, illud cum omnibus præsuppono, quod quotiescumque aliqua conjectura de voluntate defuncti sumi potest, secundum eam judicabitur dispositio in vim modi, aut conditionis, non respectu, sub modali, an sub conditionali figura concepta sit, & in hoc omnes indifferenter conveniunt, mens enim potius, quam figura verborum, est attendenda, l. Mevia, infra de testamentis. l. 3. C. de liber. prateritis. tradit communiter receptos in l. quibus diebus. l. 1. §. si ea conditione, ex n. 12. sup. de leg. 1. tom. 1. c. 12. n. 70. Sarmient. lib. 2. sect. 2. num. 4. Mantica de conjectur. ultim. lib. 10. tit. 5. num. 15. & sequenti. In causa igitur dubiæ voluntatis versatur quæ-

stio, in qua, legatum pro dote, seu, nuptiis relinquitur, maior pars habet, conditionale censeri: minor, modale, ut constat ex Nou. Cou. & Cost. in locis jam antea allegatis.

28 Sed antequam inter utramque, judicium nostrum feramus, ut rei veritas magis elucescat, generaliter præmitto, quod in omnibus dispositionibus, quæ sub figura modi concipiuntur, tam in specie de qua agimus, quam in alia quavis, si res data, ad meliorem oneris expeditionem subordinata non est, quantumcunque figura verborum, modum repræsentet, dispositio tamen, magis ut conditionalis, quam ut modalis judicanda erit, ex mente defuncti, cujus, cum alicui centum relinquitur cum onere, quod voluit adimpleri, alias non legaturus, clara est voluntas, quod non voluerit, legatarium frui legato, nisi modo secuto, in quo consistit causa finalis legandi, unde, si res legataria detur ante modi implementum, ea interim fructus contra defuncti voluntatem: præterea, cautionem præstare de modo implendo, quid aliud est, quam remedium quoddam subsidiarium, per quod interim, fictum quodammodo oneris implementum inducitur, argum. l. Mutiana cautionis, & quæ ibi traduntur, sup. eod. unde, quandiu ordinatio, vero, ac testatoris menti congruo remedio impleri potest, ficto, & subsidiario uti, non debemus, juxta vulgarem regulam l. in causa 2. sup. de minorib. præsertim, cum juris circuitus sint evitandi l. unico. C. de sentent. que pro eo quod inter. profer. l. terminato, C. de fructib. & lit. expens. Denique, qui Titio equum reliquit, ut servum suum manumittat, quid aliud voluit ab eo, qui Titio equum reliquit, si servum suum manumittat? si igitur idem omnino voluit, non debet, diversa interpretatio introduci propter diversam verborum figuram, ubi æqua est voluntas defuncti, quæ magis, quam verba attendenda est l. promittendo, sup. de jur. dot. d. l. 3. C. de liber. prateritis. & passim alibi: ultra quæ, hanc etiam sententiam probant text. in l. 1. C. de ijs qua sub modo, &c. Et in l. cas causas, secundum explicationem inferius scriptam, sup. eod.

29 Quam sententiam in contractibus tenent Paul. Fulgos & Francis. Curt. num. 44. in l. si ve apud acta C. de transactionib. ubi in principio sequentis numeri refert Angelum cons. 157. incip. duo videri oportet, ponentem regulam, quod cautio modalis non habet vim implendi in contractibus, & quod ea regula fallit, ubi implementum requireret sumptum, per text. singularem in l. insulam. §. final. sup. locat. sed in hoc, communis est contra, secundum Alex. in d. l. si ve apud acta, num. 10. & Socin. in dict. l. Mutiana num. 14. in ultimis vero voluntatibus,



conveniunt omnes cum Bart. in d. l. quibus diebus §. Terminus, emolumentum relictæ peti, semper posse cautione oblata de modo implendo, constituta sic differentia inter modales dispositiones, & conditionales, nempe, quod licet relictæ sub conditione, non nisi secuta conditione peti possint, è contra tamen, quod sub modo relictum est, statim ab initio recte petatur cautione præstita de modo implendo.

30 Sed cum, prædictam differentiam menti defuncti non convenire, jam tradiderimus, superest, ut respondeamus ad jura, quibus ea fulcitur, quæ certe resolutioni nostræ non obstare, apparebunt, quinimo illi magis favere, quam resistere, in primis igitur capitalis in hac materia text. in d. l. quibus diebus §. Terminus, planè loquitur in casu, quo relictæ commodum, ad oneris implementum subordinatum erat, ut patet ibi, *ad monumentum meum adificandum, mille heres meus dato.* Et ideo qui ita legavit, satisfactione præstita, voluit præstari legatum ante reale modi ad implementum, quam rationem exprelsit Jurisconsultus ibi, *quia hac mens testatoris fuisset, ut ea pecunia in monumentum consumeretur,* sic etiam clare loquitur text. in l. demonstratio falsa. §. final. ad fin. sup. eod. l. liberto §. Lucius Titius, sup. de annu. legat. l. si tibi legatum, sup. de leg. tert. & l. cum in testamento, infr. de fideicommissar. libertatib. in quibus omnibus, legatum proponitur relictum sub modo, qui ex receptione legati expediendus erat, atque idcirco, præstita cautione legatum solvitur, si enim solutio legati, de sui natura, ad modi implementum non attineret, tunc ex voluntate defuncti, verum oneris implementum, omni cautionis remedio cessante, præcedere, debuisset: quod, mihi, decidisse, videtur Jurisconsulti. Scævola in l. eas causas 80. sup. hoc titl.

31 Pro cujus inductione, tota lex erit explicanda, in cujus capite Scævola proposuit, eas causas, quæ protinus agentem repellunt, in fideicommissis, pro conditionalibus observari oportere, (sic, namque, melius, & magis proprie, sine negatione text. ille legitur, quæ aliàs deest, ut fatetur Accurs. ibi in verb. non pro conditionalibus) quæ quidem causæ non bene intelliguntur de dispositionibus, quæ sub conditionis figura sunt conceptæ: superfluum enim, & nimis insipidè Scævola loqueretur, si diceret, conditionales dispositiones, quæ protinus agentem repellunt, pro conditionalibus observari, oportere. Quare, causæ de quibus ibi loquitur, ad dispositiones modalis figuræ convenientius referri debent, ut sic, dum Scævola sermonem instituit de causis figuræ modalis, incipiat ab eis, quæ protinus agentem repellunt, docēs,

ut pro conditionalibus observentur, sicut alibi loquitur Imperator in l. 1. C. de ijs qua sub modo, dum ait, *in legatis quidem, & fideicommissis etiam modus adscriptus, pro conditione observari* subjungit deinde Scævola: *eas vero, quæ habent moram cum sumptu,* (sic enim habent neoterici & emendatiores libri, quanquam in antiquioribus alio modo legatur, ut videre est in gloss. Bar. & Imol.) *admittimus cautionem oblata.* Dixerat de causis, quæ protinus agentem repellunt, nunc loquitur de ijs, quæ non repellunt, sed magis, protinus admittunt cautionem oblata, ut sic intelligas dictionem, in præfato versic. proprie stare, quanvis Accurs. ibi, eam improprie accipiat pro dictione enim, hæc verò causæ sunt, quæ habent moram cum sumptu, hoc est, quæ exigunt sumptum pro implemento, quasi sic, dum talibus negotiis causis defunctus legavit, earum sumptus ex percepto relictæ commodo fieri voluisset. Unde intelliges, in eo text. claram constitui differentiam inter modum, qui moram cum sumptu habet, & eum, qui non habet moram cum sumptu: Porro qui moram cum sumptu non habet, est ille, de quo proxime locutus erat, qui protinus agentem repellit, & pro conditione servatur: Differentia vero est, ut in l. lo, v.g. quando sic legatur, *Titio centum, ut vnum suum manumittat,* ante servi manumissionem agens, repellatur, cum talis modus, pro conditione debeat observari, quem, apparet moram cum sumptu non habere, in hoc versic. quem apparet, moram cum sumptu habere, v.g. *Titio centum, ut monumentum mihi facerem statim agi possit oblata cautione de modo implendo; nec enim* (subjungit deinde Scævola in versicul. finali. *(Parem dicemus eum, cui datum est, si monumentum fecerit, & eum cui datum est, ut monumentum faciat.* (Sic namque affirmativa lectio magis placet, & habetur Florentinis, ut testatur Anton. August. lib. emendat. c. final. & si negatione interjecta legatur Accurs. in fin.) Quæ verba, difficilia apparent contra proximè præcedentia: nam, cum hæc causa, (si monumentum fecerit,) eandem moram cum sumptu requirat quam illa, (ut monumentum faciat) videbatur dicendum, quemadmodum in hac, ita & in illa, cautionem oblata posset legatarius admitti, juxta dictum versiculum præcedentem: Sed est advertendum subtilem Jurisconsultorum, postquam locutus fuerat de causis, quæ pro conditionalibus observantur, & quæ nõ, ut de diversis, diversum effectum, succintè pariter & coccinne docet in hoc versic. fin. ubi ut notum tradit, diversum effectum, qui nascitur ex dispositione sub conditionali figura concepta, ab eo, qui nascitur ex dispositione modalis, quæ moram habet cum sumptu.



subtiliter more suo ostendat, non esse parem e-  
um, cui datum est sub dispositione modali, quæ  
non habet moram cum sumptu, quam dixerat  
in principio, pro conditionali observari, oportere,  
& eum, cui datum est sub dispositione mo-  
dali, quæ habet moram cum sumptu, quem,  
deinde tradiderat, cautione oblata petere, posse

32 Vnde interim notabis vnam, inter mo-  
dum, & conditionem, convenientiam, & vnam  
differentiam, quam subtiliter hic docuit Scæ-  
vola, & convenientia est, quod sicut in condi-  
tionalibus, ante conditionis implementum agens  
repellitur, ita & in modalibus, ante modi imple-  
mentum repellatur, quando talis est modus, qui  
non desiderat moram cum sumptu, quod, idem  
est, ac non desiderare commodum relictum, pro  
sui adimplemento: Rationem autem istius cō-  
venientiæ jam supra deduximus ex conjectura  
mente defuncti, cujus intuitu, modus in vim  
conditionis accipitur, sicut & è contra, condi-  
tio in vim modi, non spectata figura verborum,  
qua situm, vbi Cuman. & Imol. l. in facto, v-  
bi Paul. num. 2. sup. eod. l. Mevia, infr. de Manu-  
miss. testam. tradit magistraliter Bart. commu-  
niter receptus in d. l. quibus diebus, §. Termitius,  
Dec. in l. Cum mota, numer. 6. & ibi Padil. nu-  
mer. 11. Cod. de Transactionib. & alij de quibus  
sup.

33 Differentia vero est, quam docet Scæ-  
vola in d. versicul. final. nempe, quod licet, cō-  
ditio habeat moram cum sumptu, qui possit, ex  
acceptione legati commodius fieri, ejus tamen  
impletū prius sequi debeat, quam acqui-  
sitio legati, quod in modo secus est, qui, si ha-  
beat moram cum sumptu, & sic, accepto prius  
legato, commodius possit adimpleri, legati ac-  
quisitio cautione oblata præcedet: Est autem  
ratio differentiæ istius, quia quoad testatoris  
voluntas contrarium non iuadet, simplici rei  
naturæ, verbis significatæ adherere debemus  
Non aliter, sup. delegat. tert. Porro de natura  
conditionis est, vt prius eveniat, quam legatū  
constetur, hoc enim verè significat hæc oratio,  
Titio centum, si fecerit, &c.) de natura vero mo-  
dalis est, vt res prius detur, quam modus adimple-  
atur, hoc enim verè significat hæc oratio, Titio  
centum, vt faciat, vnde, & si conditio talis sit,  
quæ ex commodo relictum possit facilius adim-  
pleri, non tamen idcirco, de facili à verborum  
significatione recedere, debemus, vt rem prius  
dari, dicamus, quam cōditio sequatur, quia na-  
tura conditionis id non patitur, nec temerè cre-  
dendum est, testatorem aliud voluisse, quam  
quod dixit l. Labeo, versic. id Tubero, sup. de sup-  
pellect. legat. Vnde caute accipiendum est, quod  
doctores tradunt relati, & secuti à Mantio. d. lib.  
secundo tit. 5. n. 16. nempe, vt, cū onus à testato-  
re inunctū debet impleri post acquisitū emo-

lumentum, quacūque figura verborum, & loquē-  
di formula testator vsus fuerit, intelligatur ef-  
se modus, non conditio, cautè, inquam, accipi-  
endum hoc est, vt in modum non facile condi-  
tio interpretetur, vbi enim figura verborum cō-  
ditionalis est, non temere, nec facile trahetur  
in modum, vt prius, relictum præstetur, quam cō-  
ditio impleatur, & si ad implementum illius, cō-  
modum relictum conducat, præterquam vbi id exi-  
gat rei natura, ac legitime sūpta voluntatis cō-  
jectura, vt in casu d. l. Mevia, vbi, seruos suos,  
jam liberos effectos monumento suo adesse, te-  
statrix mēs, & voluntas fuit. In modo vero,  
qui ex relictum commodum facilius ad impletur, &  
rei natura, & concors defuncti voluntas est, vt  
legatarius prius conlequatur relictum commodum  
pro faciliore voluntatis exitu, quæ voluntas, cū  
jubeat contrarium, vbi nihil attinet cōmodum re-  
lictum cū implemento modi (vt supra ostendi-  
mus) prævalet significationi verborum, d. l. non  
aliter, cum alijs.

34 Quibusjā, præmissa resolutio cū duabus  
regulis clauditur, prima, quod ubicūque legati  
quātitas, seu species, admodi implementum con-  
ducit, ea solvetur, cautione prius oblata, juxta  
dict. l. eas causas, in versicul. eas vero: secunda re-  
gula, quod ubicunq̄ relictum cōmodum, nihil com-  
mune habet cū implemento modi, prius sequi  
debet oneris implementum quā datio legati, adin-  
star cōditionis, juxta d. l. eas causas, in princip.

35 Ex his modo resolvetur, late discussa, &  
repetita quæstio de legato dotis nomine relictum  
an, scilicet, ut conditionale, an vero, ut modale  
judicari debeat in casu, quo testator, non solius  
legataria gratia, hoc onus apposuisset: nā cum  
ad inveniendas nuptias, & sic, ad oneris imple-  
mentum, non magis proficiat cōmodum relictum  
in manu mulieris, quā in manu hæredis, tale o-  
nus, pro conditione observabitur, d. l. eas causas  
in princip. juxta præcedentē resolutionē, ex qua  
Bart. & communi sententiæ superius adductæ  
assentio. Qua ratione, adversus aliquos idē pu-  
tabo, & si ita dicat testator, mulieri, ut nubat,  
ut habeat in dotē, hos enim casus præcedēs re-  
solutio æque amplectitur. Nec obstat, quod nu-  
ptiarum causa habet moram cū sumptu, cum  
mulier dotata cōmodius, quā quæ dotem non  
habet, virum inveniatur. l. 1. sup. solut. matrim. & ex  
perientia patet; Atq̄ ita legatum debuit, oblata  
cautione peti posse, juxta d. l. eas causas, in d. ver-  
sicul. eas vero, cū antea explicito ad eum intellec-  
tu: Advertendum est enim, quod sūptus ille dan-  
dæ viro dotis non incipit esse, nisi cōtractis nup-  
tijijs, cū sine nuptijijs dos nō sit l. 3. l. promittēdo, sup.  
de jur. dot. unde ante nuptiarum tēpus, nimis pro-  
pere legatū petetur, quod ante hoc tēpus, ad o-  
neris implementum nihil cōducit, sicuti, si cui cētū  
legata foret, ad monumentum testatoris, certo loco



ædificandum, ad cuius opus, constet, ante biennium non posse accedi, nam, & si hic modus moram cum sumptu habeat, cuius causa, Trebatius, & alij Jurisconsulti responderunt, legatum satisfatione præstita solvi debere, quia tamen sumptus hic incipiet elapso biennio, ex eo tempore incipiet, oblata cautio, legatario prodesse, quod ita in hac specie, si de ea interrogati fuissent, Trebatium, & alios responsuros fuisse, existimo, & hoc interim observandum erit pro notabili limitatione dict. l. quibus diebus, §. Termilius, sup. eod. cum concordant.

36 In cuius comprobationem est sententia Dyn. in d. §. Termilius, quo in loco, quæstionem format de testatore, qui certam summam reliquit pro passagio terræ Sanctæ, an is, cui in prædictam causam legatum relictum fuit, possit statim petere præstita cautione de modo implendo, & decidit, quod non, sed potius quod expectari debeat tempus generalis passagij, per tex. in l. nec semel, §. si in habitatione, infr. quand. dies legat. cedat. sequuntur Rayn. Bald. Imol. & Socin. post ultimum notabile in d. §. Termilius, Bart. in l. Lucius, in 2. §. à te peto, numer. final. sup. de leg. 2. quo etiam in loco ad idem refert Dyn. Et licet Raynerio in d. §. Termilius, visus sit Dynus, tenuisse contrarium in d. §. à te peto, loquitur tamen ibi in casu diverso, nempe de eo, qui cum fecisset votum, sacrosanctum Domini sepulchrum visitandi, morte præventus alij reliquit, ut pro se visitaret, qui quamprimum possit, adimplere tenetur, ut expendant Imol. & Socin. ubi sup. secus in legato pro passagio terræ Sanctæ derelicto, est enim in illo expectandum tempus transitus generalis, ut præstita cautione peti possit, juxta prædictorum sententiam, qua, nostra in proposito casu sententia, superiorque circa modales dispositiones resolutio, unde eam deduximus, non parum confirmatur.

37 Præterea in prædicta nostra specie, mulierem, quæ apud hæredem habet legatum dotis nomine relictum, æquè dotatam dicimus, ac eam, quæ parem quantitatem sub nomine administrat, nec ideo minus illa inveniet nuptias, quam si ipsa legatum possideret, cum, si possideret, & dotis nomine promitteret, non, nisi, contractis nuptijs, viro deberetur d. l. promittendo, & l. tali facta, sup. de jur. dot. cum alijs, quod sic eveniet circa legatum dotis nomine, seu, ut nubat, mulieri relictum, quod penes hæredem interim est. Imò defunctus, fortasse hæredis personam elegisse videbitur, ut interim magis in tuto dos esset apud eum, quam apud mulierem, unde cum nihil distet quoad oneris prædicti implementum, legatum penes hæredem manere, aut penes legatariam ipsam, onus hoc pro conditione habebitur, ut communis aiebat, juxta superiorem resolutionem.

Cui etiam non obstat, quod ante contractas nuptias, saltem tempore illo, quo contrahi, sperantur, solent earum causa non parvi sumptus fieri, his præsertim temporibus, quibus, non ad rei familiaris normam & mensuram, sed ad inordinatam, opinionem, vnamque ostentationem res sepe agitur; unde saltem eo tempore, videbatur posse peti legatum dotis, aut nuptiarum nomine relictum, non, inquam, hoc obstat, quoniam, qui dotis nomine legavit, hoc est, ut habeat in dote mulier, necessario, pro hujus modi implemento, tempus illud respexit, quo, dos esse possit, tempus, scilicet, matrimonij: Atque ita, cum ante contractas nuptias, modus adimpleri nequeat, ante illas oblata cautio nequidquam proderit, in eo verò, qui nuptiarum nomine, hoc est, ut nubat, legaverit, maior dubitatio est, cum etiam ante nuptias, earum causa, soleant sumptus & expensæ fieri: sed & hic idem dicendum puto: Nam & qui nuptiarum nomine reliquit, pro dote reliquit, cum nuptiarum sumptus & expensæ præcipuæ in dote consistant, adeo ut communi sermone, & vltimo loquendi, idem importet apud nos hæc oratio, mille habet in nuptias, ac illa, mille habet in dotem, unde, qui nuptiarum nomine reliquit, credendum est, in illos sumptus legatum expendi, voluisse, qui nuptijs primatum obtinent, in dotem, scilicet, ut bene advertit Paul. in l. Titio centum, §. Titio genero, col. 3. in fin. sup. eod. ubi sententiam hanc temperat, ut non procedat, si tam parva quantitatis esset relictæ, quod non pro dote, sed pro alijs nuptiarum expensis relictæ videatur, ut aliàs se consuluisse, refert: quæ dos cum non, contractis nuptijs esse, intelligatur, & sic ante hoc tempus, impleri nequeat nuptiarum modus, quem impleri, defunctus voluit, hæres ante illud agentem mulierem repellat.

38 Ex qua sententia & resolutione colligitur, non esse veram differentiam, quam constituit Bart. in d. §. Titio genero, nu. 7. inter hæc mulieri, pro dote, & mulieri, pro se maritanda, ut in hac vltima specie, cautione oblata mulier petere possit, antequam maritetur, cum non sit necesse in dotem conferre, sed sufficiat, si alios sumptus expendat, qui pro maritanda muliere, aliàs necessarij sunt: quæ differentia, verbalis magis est, quam realis, & ex proximè dictis planè confunditur, & eam reprobat Paul. in d. §. Titio genero, col. 3. versicul. Item dicit, in secundo, & ibi Imol. & alij doctores, ut asserit Gomez. l. 50. Tauri, num. 29.

39 Colligitur item, verbalem quoque magis esse quam realem, differentiam, quam tradidit Novell. de dote. 6. part. privileg. 76. col. vltim. inter hæc, mulieri, pro dote, & mulieri, ut nubat, quatenus vult, quod in hac secunda specie, potius modus, quam conditio videatur



ex eo, quod nomine dotis testator usus non fuerit, & sic, quia cessat illa ratio, quod dos sine matrimonio esse, non potest, unde, ante nuptias, in hac specie recte petetur legatum cautione oblata: Idem in hac specie manifeste sentit Costa libr. 2. select. cap. 22. numer. 1. & cum Bald. in l. generaliter num. 9. C. de Episcop. cleric. quem allegat, expresse tenet Covar. in c. 3. num. 11. post princip. extra de testament. sed profecto, inter prædicta, & si verba diversa appareant, ratio, & mens testatoris eadem esse inspicitur, & denique, quanvis verba ista (ut nubat) modalis figuræ sint, talis tamen motus est, qui pro implemento suo, non requirit, in initio sumptum fieri, unde quia pro conditione observabitur, interim agens repellitur a. casus causas, in princ. sup. eod.

40 Erit tamen advertendum, quod in propositis speciebus, si ea sit mulieris conditio, quæ pro rei, & temporis occasione, aliquo indigeat ad comparandas, & faciendas alias expensas, nullanti nuptiarum causæ necessarias, cautione oblata possit, ab hærede ex legato petere, quidquid in hanc causam necessarium est, quãtens enim dixerimus, testatorem voluisse, ita relictam, in dotem tribui, non in alias nuptiarum expensas erogari, tamen hoc civiliter intelligendum est, quando, scilicet, tales nuptiarum expensæ, non sunt ita necessariae, & si necessariae sunt, aliunde quam ex legato possunt expediri: Nam si necessariae sunt, & aliunde quam ex datione legati, expediri nequeunt, nihil testatoris voluntati magis conveniens erit, quam prædari legatum, intra eam, nempe, quantitatem, quæ talibus expensis par sit, nè alias, contrahentium nuptiarum effectus, quem, ita legando, voluit testator, non sequatur, aut minus decedat sequatur: unde, pro meliori oneris evetû & expeditione, in hunc usum præstabitur legatû, cautione data, juxta dict. l. cas causas, in versic. supra vero.

41 Sed his omnibus graviter obstat sæpe in disputatione ista allegatus text. in d. §. Titio genero, versic. sed cum ante, sed cum ante nuptias, (inquit Papinian.) quia purum legatum est, non potest, cautio mulieri pecuniam reddi, necessaria erit. Qui versicul. juncto. §. in initio evidenter exprimit, videtur, legatum, dotis nomine relictum, purum censerî quoad hoc, ut statim peti possit cautione oblata.

Bart. igitur in d. §. Titio genero, num. 2. ut difficultatem solvat respondet, in hoc versic. non mutari, quem loqui scripsit, quando per conjecturas constat, testatorem voluisse, ut legatum petatur legatum, de quo agitur. Qui intellectus, & si in se verus sit, literam tamen contempnit, & divinatorius valde est, eodem, tamenque, themate retento, planè loquitur, &

procedit totus iste §. atque ita, semper in eo, legatum, ita modale proponi, ut statim peti possit præstita cautione, nervosè contra Bart. contendit Emmanuel d. lib. 2. select. c. 22. num. 3. & 4. qui tamen in nu sequenti communem Bartol. sententiam amplectitur, quæ, legatum, dotis nomine relictum, pro conditionali haberi, determinat; Et ad text. in dict. §. Titio genero, respondet idem Emanuel cum Bald. in l. si plures numer. 26. C. de conditionibus inseri. quem secutus est Cuman. in dict. §. Titio genero, & in cons. 107. & non relato Bald. Ioan. In. ol. in dict. §. Titio genero, quos referunt, & sequuntur Cost. dict. cap. 22. numer. 6. & Covar. dict. cap. 3. numer. 11. post princip. qui omnes intelligunt cum text. in casu speciali, in quo, genero, dotis filiarum nomine legatum fuit, sponsalibus jam contractis, & sic, ex eo putant hi patres, in casu dict. §. Titio genero, dotis nomine relictum, quasi modale cautione oblata peti posse, quod potest sponsalia contracta fuerat relictum.

42 Quæ sanè interpretatio, vera mihi non videtur, præsertim attendente ratione, quæ pro communi afferri solet, quod dos sine matrimonio esse, non potest: quæ ratio pariformiter militat in casu, quo legatur nomine dotis, jam contractis sponsalibus de futuro, (de futuro dixi, quia de sponsalibus de futuro, præcitate intelligunt, nam per sponsalia de presenti verum contrahitur matrimonium, ut constat ac proinde his existentibus, nulla deinceps cautio necessaria est, sed illicò debetur legatum, ut tradit Gom. in d. l. 50. Taur. num. 29.) ac in illo, quo, ante sponsalia contracta, eo nomine legatur, de senim, non à sponsaliorum, sed à nuptiarum die incipit esse, ut exprimit text. in l. talis facta, & in l. promittendo, sup. de jur. dot. & sine nuptiis quidem, nulla dos esse intelligitur, ut inquit Iustinian. in l. cum multa C. de donationib. ante nupt. igitur hac inspecta ratione apparet, nihil referre, utrum contractis jam sponsalibus, an antea, dotis nomine relinquatur.

Sed & ex supra scripta resolutione hæc etiam interpretatio confunditur, nam qui sponsalibus jam contractis, dotis nomine legavit, nuptiarum causam respexit, in quam legavit, ut in d. §. Titio genero, ad cujus commodiorem exitum, & implementum, cum præsens legati datio non conducat, prius nuptiarum causa debet impleri, quàm ea sequatur. Ex quibus existimo, quod si dotis nomine sentum legata sint filiarum, quæ jam cum Titio sponsalia contraxerat, non ante, legatum peti possit, quàm nuptiæ verè secutæ sint, sicuti, si ante sponsalia contracta legarentur, secundum ea, quæ de modo implemento, in hac specie sup. tradidimus.



43 Nec tunc obstabit difficilis *tex. in d. §. Titio genero*, pro cuius vero & facili intellectu præmitto, plurimum interesse, an puellæ, si-ve contractis, si-ve non contractis sponsalibus, (nec enim in hoc differentia mea est) propriæ dotis nomine sit legatum, tunc enim, non, nisi contractis nuptijs, debetur legatum, an verò alicui, dotis puellæ nomine sit legatum, tunc enim, statim, legatum peti poterit præstita cautione de in mulieris dotem, contractis nuptijs, tribuendo: primum membrum, ex supradictis constans est, & firmum; secundum, ex eo probatur, quòd, quando alicui centum pro dote alterius legata sunt, licet adscriptus modus, nempe, ut in alterius dotem impendat, ante ejusdem nuptias impleri, nequeat, & sic, ante easdem non posse, peti legatum, videbatur, tamen, aliunde constat, statim peti posse cautione oblata, constat autem ex speciali supremæ voluntatis conjectura, a qua, velut à fonte, hæc omnia ducimus, conjectura vero stat in eo, quòd testator, qui alteri reliquit, ut daret in alterius dotem, primum, statim habere, voluisse, merito præsumitur, ne aliàs, si nuptiarum tempore id voluisse, credatur, ejus voluntas, vel superflua, & inanis, vel nimis inutiliter circuitus magis, & ambages quam aliquem effectum secum ferre, videatur, quid enim ferret hæc voluntas, (*Titio, dotis filia mea nomine centum lego*) plulquam illa, *filia mea, dotis nomine centum lego*, si non magis in una, quàm in altera, nuptiarum tempus expectaretur pro solutione legati ab hærede præstandi: inuulter ergo, & frustra persona Titij interponeretur, quæ etiam, nullam rem magis quam odiosum legibus, & defunctorum voluntatibus, circuitum importaret, quòd in dubio de testatore præsumere, non licet. Quare, magis conveniens est, ut dicamus, eum, qui Titio, dotis alterius nomine legavit, voluisse, Titium statim habere legatum cautione data, apud quem fortassis, ut magis idoneum, potiusquam apud hæredem, testator voluit, dotis legatum interim servari: nec hoc, in talibus relictis per raro videmus, quæ defuncti magis jubent, apud divites, & boni (ut aiunt) crediti mercatores, quàm apud hæredes scriptos, interim manere.

44 Unde primo, & utiliter notabis, quòd si in testamento quis sic reliquat, *Maria centum, dotis seu nuptiarum nomine*) non proderit puellæ, cautionem offerre, quæ ante nuptias agens, nihil agit: si vero, sic relictum extet, (*Petro, in causam dotis seu nuptiarum filia sua Maria, centum*) Petrus statim admittetur præstita cautione, filia, pro dote pecuniam reddi, juxta *d. §. Titio genero, in d. versi. sed cum ante nuptias*, quæ dcs, adventitia dicitur in *l. profectitia §. si quis certam, sup. de jur. dot.*

Secundo notabis planum & verum intellectum *tex. in d. §. Titio genero*, ubi Iuriscor. speciem effingit in legato factò genero, cetera filia nomine, in qua facti specit, rectè *Papinian. definit in d. versi. sed cum ante nuptias* tale legatum, ut puiù, ante nuptias peti posse cautione data mulieri pecuniam reddi, longè aliter respondentur, si in solius filia persona, relictæ speciem effingeret, si-ve contractis, si-ve non contractis sponsalibus: modale ita que, in *d. §. Titio genero*, declaratur legatum, ut diligenter probat *Costa d. c. 22. num. 3. & 4.* sed ex præmissa ratione, non ex ea, quam ipse, cum alio Baldum secutus, probavit.

45 Constat ergo ex hucusque scriptis circa quæstionem de legato dotis nomine, legatum ut nubat, relictò, dotis nomine mulieri relictò adinstar conditionalis relictò haberi, cum recepta sententia, (quam ego accipio preut supra sci licet, quando constat, testatorem in legato alterius præterquam mulieris commo- dum reperiisse, vel alias, in legato, expressa dotis causa, quasi causæ legandi finalis meminisse. Unde erit, quòd defuncta muliere ante nuptias veluti conditione defecta, legatum manebit apud hæredem, juxta *l. unic §. si autem a legatario C. de cauc. tollend.* Sed, & si instar modalis haberetur, ut in specie *d. §. Titio genero*, habere diximus, adhuc tamen deficeret legatum, defuncta muliere ante nuptias, quidquid aliter scripserit *Novel. d. 6. part. privileg. 76. num. 1. d. 1. C. de institutionib. & substitutionib. §. in l. legatum C. de conditionib. insert. Malde Hispanor. primogen. lib. 2. cap. 13. num. 2. cum sequenti*, videlicet, quòd modus mixtus deficiens casu, non facit, deficere relictum nam & si præfata communis vera sit, in eo tamen fallitur *Novell.* quòd eam intelligit, etiam ubi casus contingit in ipsius honorati personæ cum communis demum procedat, quòd modus deficit per casum contingentem in persona alterius, cum quo debuit adimpleri, ut commente *Bartoli, in d. l. quibus diebus. §. Terminus & aliorum observant Costa. d. lib. 2. c. 22. finali. & Covar. d. c. 3. num. 11. versi. sed ad versus, in fine de testament.*

46 Sed & adhuc, sic intellecta communem magnam difficultatem patitur ex *tex. in d. §. Titio genero*, ubi speciem effingit in modo quito, constat ex supradictis, & tamen, in *versi. Ante nuptias*, *Papin.* ait, quòd ante nuptias, Titio vel muliere defunctis, legatum apud hæredem manet, atque ita, ad hoc, ut deficiat modaliter relictum, nihil interesse, videtur, in cuius persona eveniat casus, quo modus deficit. Quare hujus *tex.* difficultate commotus, contraria sententiam adversus communem magis probavit.



bat Cost. post alios, quos refert, *in d. v. 22. n. 7.* ubi cum n. seq. respondet ad fundamenta communis calculi, quæ sigillatim refert, & licet *Co. in d. ver.* sed aduersus, affirmet, communem sententiam in praxi fore seruandam, inibi tan-è, indissolutam relinquit difficultatem dicti versicul. *Ante nuptias.*

Ego vero cogitabam, distinctione rem componi posse, ut, scilicet, communis opinio procedat, ubi commodum relictum ita legatario cõpetit, quod non veniat communicandum ei, cum quo modus adimpleri debet: tunc enim, si modus deficiat per casum in alterius persona contingentem, manebit nihilominus legatum apud legatarium, ad quem solum, legati emolumentum pertineret, quia per eum non fletit, quominus modus adimpleretur, juxta cõmunem sententiam, quam sic intelligo contraria vero locum habeat, quando, sicuti modus, mixtus, est, ita & commodum legati, mixtum esse, operatur, inter legatarium, & eum, cum quo modus adimpleri debet, tunc enim, si deficiat per casum in alterutrius persona contingentem, deficiet quoque relictum: est enim peculiaris in hoc casu ratio, quia voluit defunctus, commodum relictum, ad utrumque spectare: Atque ita in casu isto intelligo *tex. in dict. versic. Ante nuptias,* constat enim, in specie illius § non solum mixtum modum, sed etiam emolumentum legati mixtum fore, quod Papinian. ibi expressit Præsertim in illis verbis. *Sed quia non tantum mulieri, sed Titio quoque, cui pecuniam legatum, consultum videtur, &c.*

47 Denique, ubi legatum, tale est, quod debeat utrique communicari, nihil interesse, puto, quoad præsentem inspectionem, an sub conditione mixta relinquatur, an sub modo mixto, que modum enim, si conditio mixta deficiat quomodolibet eveniente casu, deficiat relictum *l. in testamento 2. in 1. respons. sup. de vul. l. legatum C. de conditionib. insert.* & communiter scribentes utrobique ex *Molin. de primogen. lib. 2. ca. 12. numer. 25.* (qui in nu. 26. sic limitat, ut non procedat in maioratus successione, idque ex præsumpta institutoris voluntate, & ex communi regula, qua traditum est per scribent. *in l. 1. C. de institut. & substit. defectum conditionis, nunquam vitare dispositionem, quando verisimiliter, disponens, legatum esset etiam conditione defecta relictum) si verò ille, cum quo conditio adimpleri debet, ad implemento cooperari nolit, legati dispositio nihilominus sortitur effectum, *d. l. in testamento. in 2. respons. d. l. 1. C. de instit. & substit. ubi tradunt Bart. Bald. Paul. Alex. Dec. & communiter Doctores ex Mol. qui refert & sequitur d. c. 12. numer. 14.* (quod quidem in testamentaria dispositione procedit,*

non in ea, quæ inter vivos ordinatur, ex communi Doctorum placito, de quo per *Cost. idem probantem in l. cum tale § si arbitrari, limitat. 6 ex num. 18. sup. cod.* quam etiam differentiam inter contractus, & ultimas voluntates probat *Barbos. in l. si mora, num. 77. in fine, & initio sequentis, sup. solut. matrim. Molin. d. c. 13. nu. 19.* ubi, & si, commune hac in re sententiam probabiliorē esse, fateatur, contrariam tamen, æquiorē esse, putat, eamque in primogenitorum in contractu institutorum successione admitti, debere, ex disponentis præsumpta voluntate, sub dubio scripsit) ita & æqualiter, sicut in conditione mixta traditum extat, in modo, de quo agitur, utrumque Papinianus respondit *in d. §. Titio genero, versic. Ante nuptias cum versicul. sequenti.* Nec quidem mirum, quod idem ius traditum legamus, ubi diversam voluntatem conjecturare, non possumus. Quando verò noluisse, dicatur is, cum quo conditio, aut modus adimpleri debet, & an eo postea volente, alter parere, teneatur, ut relictum obtineat? agit *Cost. d. §. si arbitrari, limit. 6 Molin. dict. cap. 13. ex num. 14. cum sequentib. Pelaez de maioratu 1. parti. quest. 50. n. 12. Mant. de conjectur. ulumar. volent. lib. 11. tit. 18. n. 38. cum sequentib.*

48 Adeo autem, mulier parata nubere, altero recusante consequetur legatum, ut & si proponeretur relictum dotis nomine, sub conditione, si Titio nupserit, vel, ut Titio nubat, veluti purum jam legatum petere possit, & habere, nec alij nubere, teneatur, ut *in d. §. Titio genero, versicul. quod si nolit. Quod si nolit,* (inquit) *eam, uxorem ducere, causa legati, quod ad mulieris personam attinet, satisfactum intelligitur, quidquid in hoc, diversam sententiam probare, contendat Cost. d. limit. 6. ex nu. 29. usque ad fin.*

49 Quibus, quæ ad legatum dotis nomine, seu, ut nubat, mulieri relictum, attinent, missa facimus, & ex eis, junctis quæ de conditione, si nupserit, antea tradideramus, facile apparebit, quantum regulariter inter se differant, relictum mulieri, adjecto nubendi præcepto, sub figura conditionis, aut modi, quia verò, rem hanc aliquantulum diffusè pertractavimus, è re erit, singulorum capita velut ad epilogum reducendo, perstringere.

Diximus ergò primò, mulieri, pro dote, seu, ut nubat, relictum, veluti purum relictum in dubio judicari, quoad conjectura voluntatis in aliam sententiam non trahat: quod si trahat, resolvimus deinceps cum communi sententia, ad instar conditionalis relictum judicari: quam subsequenter pro intellectu *l. Titio centum §. Titio genero, sup. cod. limitavimus ubi interposita esset alterius persona, tunc namque*



tale relictum, scripsimus, quasi modale statim posse peti cautione oblata: in qua specie, ultimo loco tradidimus, relictum deficere modo per casum deficiente. Utinam tam bene cuncta, quam, ferè cuncta novè, tradidissimus.

50 Nunc, postquam in hac relectionis parte de legato, sub modo in carnale conjugium, relicto egimus, præcedentis partis stylo in hærentes, ad spiritale matrimonium, in quo pars optima consistit, convertamur. Solent interdum testatores filijs suis masculis, aut alijs propinquis legata relinquere adjecto onere, ut clerici fiant, vel fæminis, ut monasteria ingrediantur: quod quidem onus, leve est, & jugum Domini suave, verumtamen non raro evenit, ut illius implementum non eveniat, vel ijs, qui sub illo vocantur, implere non volentibus, vel non valentibus: & tunc de legato quæstio erit, an ut per omnia judicandum sit, sicut in legato, ut nubat, resolvimus, facto argumento, quod injure frequens est, de matrimonio carnali ad spirituale? secundum quod, dicendum videtur, stante opinione, quam supra tradidimus ad modum, ut nubat, posse cû, eamvè, cui sub prædicto clericatus, monachus vè modo legatum fuit, capere relictum modo illo derelicto, tanquam solius ipsius commodum respiciente. Verum in casu isto probandum hoc nullo modo erit, sed magis, prædictum modum onerare legatum. Nec enim arguētum de matrimonio carnali ad spiritale, & è contra, procedit, ubi inter utrumque diversa est ratio, quod & ad pleraquæ alia vulgaris juris argumenta observandum est, temper enim attendi debet, an in casu proposito, disparitas rationis, diversam ab ea, quæ vulgari argumento fertur, juris decisionem ferat dispari verò rationem esse in hoc, ac illo legato, ex eo ostenditur, quia qui legavit, ut nubat, ad solius mulieris, cui ita legavit, temporale commodum, & favorem attendisse, videtur, quanvis sub prædicto nuptiarum onere utilitas quoque Reipublicæ veniat, ut supra consideravimus: at verò, qui legavit, ut clericalem, aut monachalem statum subeat, non ad temporale tantum commodum ejus, cui legavit attendisse, videtur, sed ad melius aliud, quod in pietate, ac religione consistit, unde credendum est, testatorem, non voluisse, ut intuitu illius, quod minus est, hoc, quod maius, & præstantius est, omitteretur, sed ut hoc semper adimpleretur, tanquam in quo finalem sibi legandi causam proposuisset. Atque ita diversa apparet ratio in legato, sub uno, ac sub altero modo, relicto, ut de uno, ad alterum matrimonium procedere non debeat argumentum pro præsentis articulo. Quanto magis, quod & si præ-

dictum argumentum in præsentis admittamus, non inde sequetur, modum hunc, ut clericus sit, ut monasterium ingrediatur, tanquam impulsivum centeri, debere, ut resolvimus de modo, ut nubat; meminisse, namque, oportet, quod prædictam resolutionem in modo, ut nubat limitavimus non procedere, quando pietatis animo ita disposuisset testator, tunc enim modus ille centeri finalis, secundum Bart. lententiam in l. 2. §. final. numer. 1. de donationib. peritò in modo isto, ut clericus sit, ut monasterium ingrediatur, pietatem semper versari, nemo pius unquam negabit, proinde causam legati finalem, quæ debeat impleri, & obtineatur relictum, illum importare, dicimus, ut diximus in modo, ut nubat, quando constiterit, pietatis causam in illo respexisse testatorem, quam semper respexisse in hoc de quo nunc agimus, ex qualitate ipsius constat: atque ita datis eisdem terminis nulla quoad præsentis intentum differentia est inter hunc & illum casum, differentia, nâque facti est non juris, consistit enim in eo, quod in modo pro matrimonio carnali, de pietatis causa non semper constat, ut constat in hoc, qui ad religionem provocat.

51 Habito verò pro constanti, prædictum modum, finalem causam importare, & ut talem impleri debere, subintrat quæstio similis ei, quam in legato, ut nubat, seu nuptiarum nomine relicto, supra late disputavimus, scilicet, legatum sub hoc modo relictum, instar conditionalis centeri debeat, ut non possit peti, nisi modo secuto, an instar modalis, ut peti interim possit oblata cautione, secundum communem inter modum & conditionem differentiam. Et in primis adverto, rationem illam, qua Bart. & communis post eum principaliter movetur, ut legatum dotis nomine relictum, conditionale determinet, cessare in præsentis, ratio enim illa est, quia dos sine matrimonio esse, non potest, unde, qui dotis nomine legavit, in matrimonio esse, non potest, unde, qui dotis nomine legavit, matrimonium respexisse videtur, sine quo dos esse nequit, atque idcirco illud prius sequi debere, quam legati præstationem, communiter tenetur, quæ ratio (ut dixi) cessat in præsentis, nec enim legatum peti se, cum ordinis professione, quæ præcipitur in modo, quidquam commune habet, ut habet dotis legatum cum matrimonio, sine quo esse non potest. Vnde ex unanimi cunctorum sententia dicendum videtur, in specie, de qua egimus, modale legatum verti: ego quidem in hoc quoque convenio, ut modale putem, non tamen idcirco probo, statim peti posse cautione oblata de modo implendo, nisi quatenus ad meliorem illius expeditionem expedita juxta



juxta resolutionem, quam in legato sub modo relicto tradidimus cum intellectu *l. eas causas*, *app. cod.* Quid verò interfit, an in prædicta specie legatum, modale sit, an conditionale, apparebit ex his, quæ supra diximus in hac parte, & in præcedenti, ubi agimus de legato relicto sub conditione, si monasterium ingressus fuerit.

52 Illud verò, ut in conditione, æquè in modo prædicto tenendum est, ut illo deficiente, deficiat relictum, sive is, cui relictum fuerit clericus sit, clericus esse nolit, sive casu impeditus, clericus esse, non possit, sed & si eum, promovendi postulanti, promovere nolit Episcopus, vel Abbas, in monasterium recipere, nolit, adhuc defecisse legatum, judicabo, quâvis, injunctus modus, non steterit per eum, necominus adimpleretur, sed per alium, cum quod debuit adimpleri: quod legato non obesse, debeatur, juxta id quod supra tradidimus circa modum, ut nubat: differentia enim stat in eo, quod in legato, ut nubat, temporale vertitur commodum ejus, cui ita legando, principaliter providere, voluit testator, quanvis sub prædicto onere, & in prædictam causam, cujus eventum si detrectet ille, cum quo adimpleri debuit, testatoris voluntati consentaneum videtur, ut non perdat legatum is, cui principaliter providere intendit, per quem non stetit, necominus præceptum onus impleretur: At vero in specie nostra, quod principaliter respectu testator, non est utilitas legatarij, sed sua pietas, & hoc indicat adjectus legati modus: unde si ejus non sequatur eventus, & si per legatarium id non steterit, nec per calum fortitum in illius persona contingentem, sed per alium, cum quo debuit adimpleri: nulla voluntatis conjectura sustineri relictum potest, quando intentum principaliter à testatore commodum, in legatario operari non potest.

53 Illud verò notandum puto, quòd, si modus, aut conditio certum designet monasterium, & Abbas aut prior illius nolit recipere legatarium, ingressu alterius, sive ejusdem alterius ordinis, modus & conditio impletur: pietatis enim causa, quam testator in modo, seu conditione legati respexit, tam in uno quam in altero monasterio locum obtinet: quod testator unum certum designavit, id non quasi finalis causa legandi considerandum est, sed potius quasi impulsiva seu de consilio, credendum, namque est, testatorem, certum monasterium in modo aut conditione designasse, quia ad illud, legatarij commodum removere transiit, vel ejus in illud propensio-rem, & devotionem esse, secum duxit, ad illud non excludendum, ubi æque pietas, quam

in legato prætendit, observaretur: quasi ita modus & conditio, per æquipolens impleri, dicatur, quod & cessante pietatis ac religionis favore, jure permissum est *l. fideicommissa §. si cui sup. de legat. 3. l. 3. C. de instit. & substitutionib. & utrobique gloss.* qua ratione, & si Abbas monasterij à testatore designati paratus sit recipere legatarium, poterit is, ad aliud libere convolare, & ejus ingressu modum & conditionem prædictam implere: pro quo denique induco *tex. in Auth. de Sanctissim. Episcopis §. sed & hoc præsentis, collat. 9.* quatenus ibi, ingressu monasterij excluditur substitutus, cum testator nullam monasterij alicujus fecisset mentionem, idque, sumpta voluntatis conjectura pro monasterio & pia causa, procedit, & si illius non meminisset testator: multo magis ergo credendum est, testatorem, qui monasterij unius mentionem in legato fecit, voluisse, ut quando huic locus non esset, admitteretur aliud, quod ingrederetur vocatus, quam ut in hunc eventum defecisset relictum.

54 Quia vero in præcedenti parte egi de conditione, si clericus fuerit, & in hac, de modo in idem, tam ad conditionis, quam ad modi prædicti implementum, observandum duxi, ut appellatione clerici, solus is veniat, qui sacerdos fuerit, quanvis enim aliàs appellatione clerici, etiam comprehendantur minoribus ordinibus initiati, maxime in favorabilibus, ut tradit *Abb. in rubr. de vita & honestat. cleric. Palatios in repetit. rubr. de donat. inter vir. & ux. §. 42. num. 8. Cald.* qui alios refert in *l. si curatorum verb. lasis, n. 104. Cod. de in integr. rest. minor.* ubi receptam sententiam tradit etiam in ijs, qui prima tantum tonsura sunt insigniti, expendens pro illis *tex. quem à nemine consideratum dixit, in Auth. presbyteros C. de Episc. & clericis in verb. cantores,* quam tamen communem, quod attinet ad clericos primæ tonsuræ, alij generaliter non probant, cum quibus est idem *Cald. d. verb. lasis, num. 105. vers. Melius ergò.* Tamen non ita generaliter probandum, censeo, ut appellatione clericorum veniant illi, qui in minoribus sunt constituti, saltem in hominum dispositionibus, in legis, namque, dispositione facilius id admitterem, propter verbi proprietatem, quæ tam sacrorum, quam minorum ordinum clericos comprehendit, ut probatur in *d. Auth. presbyteros, cap. 1. de cleric. conjugat. lib. 6. Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de Reformat. versicul. in clericis, apud nos Ord. lib. 2. tit. 1. §. 27.* decet, namque, legislatores propriè loqui, & ita, servare eos, in dispositionibus suis verborum proprietatem, credere debemus, ad quam non ita dispositiones hominum sunt arcandæ, nisi quibus communis magis usus loquendi attendi debet, & si, verba in-



de impropiari, contingat, ut esse frequentissimo omnium calculo receptum in *l. talis scriptura. ff. de legat. 1. tradit Covar. lib. 3. var. c. 5. n. 1.* ubi jura, & doctores allegat, & pluribus citatis latè *Mantic. de conject. ultimar. volunt. lib. 3. titul. 8. num. 1. cum sequentib.* & denique illud certum est, quòd in quacunque dispositione, sive hominis, sive legis, mens potius disponentis quàm verba inspici debet, ut latissime tradit Tiraq. in *l. si unquam, verb. libertis, num. 47. cum sequentib. C. de revocand. donationib.* porrò, testatorem, qui alicui legavit sub conditione, si clericus fuerit, seu sub modo, ut clericus sit, verisimile est, non intellexisse de illo qui minorum ordinum clericus fuisset, sed de illo dumtaxat, in cujus ministerio maior pietas, ad quam respexit, versaretur.

Pro qua sententia facit quod, ad decisionem *text. in d. §. sed, & hoc prasenti,* tradunt Petr. & Cyn. in *Auth. nisi rogati C. ad Treb. & sequitur Ruin. conf. 53. num. 3. vol. 3. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 7. num. 22. in fin.* ubi illos retulit, scribunt verò decisionem illius *text.* non habere locum in clerico in minoribus tantum ordinibus constituto, sed in eo qui sacris ordinibus sit candidatus. Ego verò in quæstione proposita, nec sacris subdiaconatus, & diaconatus ordinibus decoratos conditionem aut modum prædictum impleuisse, dicerem, sed illum demum, quem sanctum sacerdotium ornaret, quem solum voluisse defunctum, conjectura mihi est, quam ratio prædicta suadet.

55 Ex hac autem resolutionem inferri videtur ad institutionem capellæ, ad cujus successionem, & administrationem testator clericum vocavit proximiorum de familia, si enim delatæ successionis tempore concurrant duo, unus sacerdotali dignitate coruscans, remotioris tamen gradus cum defuncto, alter remotioris gradus in clericatu, sed cum defuncto proximioris, ex prædicta sententia & resolutione videtur inferri, ut ille qui sacerdotio præcellit, in capellæ successionem præferatur alteri, nam quamvis hic proximitatis qualitate præcedat, deficit in eo clericatus conditio, de sacerdotali, ab institutore intellecta, juxta id quod resolvimus: quæ qualitas, delatæ successionis, & administrationis tempore attendenda est, ut is, in quo tunc reperitur; alteri præferatur per id tempus eam non habenti, quamvis, postea habere, speretur, nec talis qualitas postea superveniens proderit ad exclusionem illius, qui semel legitime admissus fuit. Solet enim successionis delatæ tempus spectari, ut is, qui tunc habilis reperitur, admittatur ad illam, alio postea

superveniente, qui eum aliàs excluderet, non excludendus, ut ad maioratus successionem, & successiones alias tradunt doctores communiter per *text. ibi in l. final. ff. communi. pradior.* Unde si femina succedat, in defectu masculi, qui nec natus, nec saltem conceptus erat successionis tempore: (qui enim in utero est, perinde habetur, ac si jam natus esset, quoties de ipsius commodo quaritur *l. qui in utero. ff. de stat. herem.*) eo postea nate, te, successio non auferetur ab illa, ut tenet Paul. *conf. 16. viso dicto puncto, numer. 8. & q. libr. 2.* Ioan. Andr. in *additionib. ad specul. in rubric. de testament. addit. 1. versicul.* Item Lambertinus Alex. *conf. 14. numer. 8. lib. 4.* & alij quos refert Molin. de primogen. *lib. 3. cap. 10. num. 15.* eosdem secutus ibidem *num. 38.* quos etiam sequitur Pelacz de Meres, qui quæstionem latè disputat, & ex resolutione illius multa infert, de maiorat. *part. quæst. 6. numer. 47.* & in successionem secundi idem tradunt Jacob. de Belloviso, Nicol. de Neapol. Bald. *num. 5. in cap. 1. de eo qui sibi, vel heredib. suis,* ubi sequitur Alvaroz *col. 4.* dicens hanc esse communem opinionem, communem etiam dixit Curt. in *tract. feudor. 1. part. 3. principal. num. 33.* & alij relati à Molin. *d. cap. 10. num. 14.* ultra quos idem sequitur Ioan. Ferrar. in *l. in ambigua §. non est novum, pagin. 393. ff. de regul. jur. l. secundum* quas traditiones, juncta resolutione à nobis sup. tradita, videtur dicendum in casu proposito, eum ad capellæ successionem & administrationem fore admittendum, quo tempore vocat, præbyteratus ordinem proximiorum consanguineum præcedit, quæ ad illum postea pervenit. Cæterum pro contraria parte maximè movet institutoris voluntas qui clericum proximiorum vocavit, quæ proximitatis qualitas invenitur in isto cui & verbi proprietatis convenit, verbum namquæ, clericus, propriè comprehendit, in minoribus constitutos, ut in maioribus, ut notavimus supra, atque ita, cum & verbi proprietatis illi conveniat, & institutoris voluntas non refragetur, à proprietate verbi non erit recedendum *l. non aliter ff. de leg. 3.* Nec obstabunt tunc prædictæ communium traditiones ad successiones maioratus, feudorum, & alias, quibus contradictores non desunt, ut constat ex relatis à Mol. *d. cap. 10. num. 25. ver. ex quibus,* nam, illis stantibus respondendum erit, non habere locum in casu præsentis, in quo, is qui cum clerico præbytero concurrat, clericus quoque esse, proponitur, & sic clericalis qualitas in eo reperitur, & proximitatis gradu alterum præcedit, atque ita, cum delatæ successionis tempore



qualitas à testatore requisita inveniatur in illo, & altero proximior sit, excludendus ab eo non erit, ut excluderetur, si quamvis proximior esset, de latæ successionis tempore clericus non esset, secundum traditiones prædictas ad successiones maioratus, & alias, quibus tunc locus esset. Nec obstat superior sententia, qua resolvimus, testatorem, dispositione sua clericum vocantem per viam modi, aut conditionis, de sacerdote intellexisse, videri, id enim, & hic pro præsentis articulo agnoscimus, & ad prædictam sententiam respondemus, modum, & conditionem, minoris gradu non impleri, secundum testatoris voluntatem, (ut resolvimus) verumtamen inferioris ordinis gradu non deficit conditio, & modus, sed in superioris ascensum suspenditur, quem, cum constiterit, deficere, conditionem, & modum deficere, dicemus juxta prædictam sententiam, idque ex conjectura voluntatis defuncti, quam ante omnia attendimus, sic modo in casu, de quo loquimur, quamvis testatorem, qui ad capellæ, quam instituit, successionem, & administrationem clericum proximiorum consanguineum simpliciter vocavit, de sacerdote intellexisse, dicamus, non tamen inde sequitur, exclusum manere clericum, qui tempore mortis, in minoris ordinis gradu esset, si is alios proximitate præcedat, sed sequitur, administrationem, iaterim in pendentem fore,

debere, ut esset, si nullus alius clericus mortis tempore de familia defuncti, reperiretur, aut etiam (quod defuncti Iudicio conveniens magis puto) admittendus hic, qui clericus, & proximior tempore mortis reperitur, & sic cui verba, & mens defuncti conveniunt, statim erit, præstita cautione, ut cum primum possit, ad sacerdotalem ordinem promoverise, faciat; semper namquæ, in hac, & similibus quæstionibus de testamentaria clerici vocatione, eum eligi, voluisse pium testatorem, verisimile est, in quo præclarus pietatis ministerium præfulgeret, eum, inquam, quem Dominus elegit, sacerdotem sibi, ad sacrificandum ei hostiam laudis. Et de his satis, nec verò quilibet à nuptijs relectionis nostræ alienum reputet quod in hac & precedenti parte, de conditione, & modo clericalis, & monasticæ professionis inservimus, nam & hi, qui tam laudabile vitæ genus instituunt, sine nuptijs non sunt, juxta id quod de virginibus Deo dicatis ait Augustin. *tract. 9. in Ioan. post initium. Negilla, inquit, que virginitatem Deo vovent, quamquam ampliore gradum honoris & sanctitatis in Ecclesia teneant, sine nuptijs sunt: nam & ipse pertinent ad nuptias cum tota Ecclesia, in quibus nuptijs sponsus est Christus.* Et illi quidem meliorem partem eligunt, ego nunc, præsentibus insistendo nuptijs, ad tertiam & ultimam illarum partem jam accedo.





## TERTIÆ PARTIS.

## SUMMARIÆ.

- L**EGES quæ nuptijs impedimento sunt, non valent, & proponitur questio, an huiusmodi sit lex, quæ panam exheredationis imponit filiabus nubentibus ante vigesimum quintum ætatis annum, sine consensu parentum, quæ de re apud Hispanos leges sunt.
- 2 Refertur communis opinio, quæ tradit non valere leges, quæ panam exheredationis imponunt filiabus nubentibus sine consensu parentum, ante vigesimum quintum ætatis annum, & quid circa dotem?
  - 3 Communis sententiæ fundamenta adducuntur.
  - 4 Adducitur Mench. responsio contra communem pro defensione legum, quæ panam exheredationis imponunt filiabus nubentibus sine consensu parentum, & refellitur.
  - 5 Pro defensione ord. regia lib. 4. tit. 88. §. 1. duo casus permittuntur, ut diversi, unus, quando alicui, alicui sub certa pena iubetur nubere, alter, quando sub pena iubetur, ne nubat alicui.
  - 6 Traditur, primum casum ex prædictis, civili, & canonico jure esse prohibitum, & Sancta Synodo Trident. sess. 24. cap. 9. de reformat. matrim. ac proinde, non valituram legem, quæ quamvis panam imponeret filia non consentienti viro, ei à patre questio.
  - 7 Objicitur difficultas de tex. in c. 1. & 2. extr. de adulter. & ord. lib. 5. tit. 23. in princ. & §. 3. quatenus is qui mulierem stupravit, eam ducere, sub pena cogitur.
  - 8 Explicatur ord. Regia d. tit. 23. §. 3. quæ loquitur de stupro cum vidua commissio.
  - 9 Respondetur ad difficultatem text. in cap. 1. de adulter.
  - 10 Mulier stuprata dotari debet competenter, circa quod, ultra alia, formæ consideratio habetur, & quare hoc?
  - 11 Respondetur ad text. in c. 2. extr. de adulter. & ord. lib. 5. tit. 23. in princ. quatenus pena corporalis imponitur ei, qui eam quam stupravit, in uxorem habere, recusat.
  - 12 Ponitur conclusio, quod pena conventionalis ad matrimonium contrahendum non valet inter ipsos contrahentes, nec parentes eorum, & prima objicitur difficultas de validitate sponsaliorum.
  - 13 Adducitur 2. difficultas ex l. final. C. de sponsalib. arras cum pena dupli, aut quadrupli, in sponsalibus permittente.
  - 14 Confirmatur prima difficultas ex glossa sententia in l. Titia. ff. de verbor. obligat. & in l. ff. de sponsalib. tradentis, in stipulatione pro contrahendo matrimonio, succedere obligationem ad interesse, & concordatur cum sententiâ gl. se communiter approbata in l. si stipuler. ff. de verbor. obligat.
  - 15 Traditur, diversam esse rationem obligationis quæ oritur ex promissione contrahendi matrimonij, absque pena, concepta, & stipulatione panalis, pro responsione prioris difficultatis.
  - 16 Confirmatur solutio primæ difficultatis, ex solutione quam ad secundam adduxit Guid. de j. 17 Traditur, secundum casum ex duobus præmissis improbum non esse, nec alicubi prohibitum, & differentia ratio inter eum, & priorem.
  - 18 Limitatur secundus casus, ut non procedat quoties persona alicui nubere prohibita, non potest alij commode nubere, quod cum Costa, in filiabus regum exemplificatur, & an valeat Imperatoris constitutio in Auth. de rapt. mulier. quæ raptorib. nub. collat. 9?
  - 19 Inferitur ex præmissis casibus, injustam esse legem, quæ panam exheredationis imponeret filia quæ certe persona non nupsit, justam vero, quæ talem panam imponeret filia quæ certa persona certisve nupsit.
  - 20 Defenditur regia ord. lib. 5. tit. 22. in princ. quatenus panam amissionis honorum imponit ei, qui duxerit in uxorem, virginem, aut viduam minorem, & honestam, sine consensu patris cum quo commorabatur, & intelligitur num 21.
  - 22 Defenditur lex, quæ panam exheredationis imponit filia nubenti parente irrequisito.
  - 23 Et quid si usque ad quadragesimum ætatis annum, vel circiter, lex, patris consensum in matrimonio filiarum exigeret?
  - 25 Viduitatis conditio adjecta virgini ad certum tempus restricta, quo elapso, puella commode nubere possit, non rejicitur secundum communem, & idem est de illa conditione, si arbitratu parentis nupsit, intra certum tempus contracta, quo legi fraus non fiat.
  - 26 Probatur contra communem, non valere conditionem, si non nupsit, ad certum tempus restrictam, præterquam si persona cui adscribitur interim, naturaliter gignere, nequeat, valentia, aut ætatis impedimento.



42 Adducitur communis sententia, tradens dotis privilegia competere mulieri sterili ex accidenti, & traditur, in ea, conditionem, si non nupserit, interim valere, cum differentia ratione, & an dotis privilegia competant mulieri a natura sterili?

Intelligitur text. in l. si vir uxori. §. final. ff. de conditionib. & demonstrat. & traditur, favore impuberum liberorum valere temporalem viduitatis conditionem.

Intelligitur, & concordatur text. in l. penult. ff. qui & a quib. manumiss. cum l. intestato. §. si quis liberam ff. de suis & legitim. heredib.

Defenditur legum decisio penam exheredationis imponens filie nubenti ante vigesimum quintum aetatis annum, sine parentum consensu, traditurque, non valere conditionem arbitratus in nuptiis, etiam ad parentis arbitrium relatum, cum differentia ratione, inter leges, ac hominis dispositionem.

Traditur, stante predicta lege, valerere arbitratus conditionem in filia, ad parentis arbitrium relatum intra tempus a lege definitum, & quid, si arbitratus conditio sine temporis definitione injungatur?

Explicatur ord. d. lib. 4. titul. 88. §. 1. ut intelligatur in filia, qua vigesimum quintum aetatis annum implevit, & quando jure civili dicatur annus completus, & qualiter ejus computatio fiat.

Agitur de naturalis, seu solaris anni computatione, & ratione, & de bissextilis anni, & mensis intercalaris origine, & inspecto.

Traditur civilis anni computatio, & quando completus dicatur, & quod de eo intelligimus, cum annum dicimus, secundum communem loquendi usum, qui debet semper attendi.

Ampliatu ord. d. lib. 4. titul. 88. §. 1. ut procedat etiam in filia naturali: & numer.

Quando appellatione filiorum, naturales etiam comprehendantur, & de ratione legis inspicenda.

Traditur, ord. d. titul. 88. §. 1: etiam procedere in filia emancipata, & vidua, & ejus ratio expenditur, secundum quam, etiam procedat in naturali.

Ampliatu secundo predicta ord. ut procedat etiam in filia, cujus mater eandem causam commississet, ut quia ante vigesimum quintum aetatis annum in consultiis parentibus suis nupserit.

Meretrix non potest, filiam, meretricij causa exheredare, & quid in patre meretricato. num. 40.

41 An mater, quae fuit meretrix, emendatam jam, & penitens, possit filiam, meretricij causa exheredare; & an filiam erroris sui penitentem, & emendatam? num. 42.

43 Et quid de matre, quae turpi vita sua, a qua postea, resipuit, filia, ejusdem turpitudinis praebuit exemplum?

44 Traditur, quot actus requirantur ad inducendam consuetudinem publicam, & privatam cujusque hominis, & id judicis arbitrio relinqui, qui nunquam ex actu uno consuetudinem decernet, & nu. 45.

46 Traditur, matrem quae bis incidit in legem, quia bis nupsit in consultiis parentibus, cum minor esset, non posse, ex eadem causa filiam exheredare, secus quae semel tantum incidit.

47 Ampliatur tertio, & ultimo predicta ordinat. in filia, qua maior viginti quinque annis nupsit, vi & intuitu sponsaliorum antea contractorum sine parentum consensu.

48 Limitatur primo predicta ord. in filia quae nupsit de consensu patris, licet mater dissentiret, ut materna successione idcirco non careat, secus in ea quae nupsit de matris consensu, in vivo patre.

49 Sublimatur superior resolutio, ut non procedat, quando pater vilis est, & filiam indigne locare velit.

50 Limitatur secundo predicta ord. ut non procedat in filia, qua dignas nuptias contraxit, in consultiis parentibus peregre absentibus: & intelligitur l. si longius. §. si filius familias ff. de iudicijs, num. 51.

52 Explicatur, qualis absentia patris requiratur, ut predicta limitatio locum sit. & intelligitur l. si ita pater, cum l. sequenti ff. de ritu. nuptiar.

53 Limitatur tertio, & ultimo praefata ordinat. ut non procedat in filia, qua ad condignas nuptias expetita, ad eas contrahendas, patris licentiam requisivit, quam ille irrationabiliter negavit.

54 Irrationabiliter inuiti, pro consentientibus habentur.

55 Confirmatur praefata limitatio ex sententia eorum qui tradunt, posse filiam irrequisito patre, impune nubere, quando pater tractabat, eam viro indigno in matrimonium conjungere, & duo assignantur casus, in quibus sententia ista probatur, nu. 56. & sequenti.

58 Traditur, regulariter judicem causa cognita posse supplere consensum alicujus qui actus expeditionem requiritur, quando ille irrationabiliter prestare recusat.

59 Defenditur, & declaratur regia ord. lib. 2. titul. 87. §. 19. quatenus minoribus viginti quinque annis, irrequisito iudice pupillorum



- nubentibus imponitur pena retardata traditionis bonorum.
- 60 Defenditur regia ord. lib. 2. titul. 37. in princ. que loquitur in mulieribus bona regia corona habentibus, qua sine regis licentia nubunt, ex Costa.
- 61 Traditur, qua cesarea leges de feminis secundo nubentibus, sacris canonibus sublatae sint.
- 62 Declaratur regia ord. lib. 4. titul. 91. §. 2. & §. final. de secundo nubente, & succedente filio prioris thori, & authentic. juri convenire, traditur, correcte l. femina. §. illud etiam C. de secundis nupt.
- 63 Ampliatur ord. d. tit. 91. §. 2. & final. ut procedat etiam in patre, aut matre succedente uni ex filiis secundi aut ulterioris matrimonij, respectu filiorum ejusdem thori.
- 64 Alia adducitur ampliatio ad d. leg. regiam, & traditur, illam, & similes, non odio parentum secundo nubentium, sed favore filiorum latas fuisse, & quid si agatur de successione bonorum filij ex secundo matrimonio suscepti, & contentio sit inter alium ex eadem matrimonio, cum filio prioris conjugij?
- 65 Limitatur ord. ut non procedat quando pater, aut mater secundo nupsit de voluntate, & consensu filiorum, & quid si de licentia prioris conjugis?
- 66 Declaratur eadem ord. ut procedat quando pater filio defuncto successit, secus si bona accepit titulo donationis, aut alio simili.
- 67 An filio monasterium ingresso, & professo, statim parentibus legitima debeatur?
- 68 An praedicta ord. locum habeat in patre aut matre succedente filio prioris matrimonij, monasticam vitam profitenti?
- 69 Resolvitur, legem habere locum etiam in successione delata parenti filij professione, & ibi, monachum pro mortuo, haberi, & appellatio-
- ne mortis, mortem etiam civilem intelligi quando eundem operatur effectum, quem morte naturalis.
- 70 Verba in dubio accipi debent in naturali significato, non in civili, & in potiori significato sunt etiam intelligenda.
- 71 Etiam in lege penalis, statuto, rescripto, & privilegijs, mens, & ratio potius inspicitur debet quam verba.
- 72 Leges quae parentibus secundo nubentibus proprietate bonorum filij praedefuncti, jubent reservari alijs filiis ejusdem matrimonij, traduntur non esse penales, & odiosas, sed principaliter favore filiorum latas esse.
- 73 Ampliatur ord. d. titul. 91. §. 2. ut procedat etiam in matre quae successit filio prioris matrimonij in ea parte bonorum paternorum, quae spectabat ad ipsum ex praemortui fratris successione.
- 74 Traditur, in terminis d. ord. bona pertinet ad filios ejusdem matrimonij, & sic ad fratres defuncti ex utroque latere, exclusis ijs, qui ex una tantum parte fraternizant, licet ea, bona de quibus agitur, obvenissent defuncto fratri.
- 75 Agitur de ord. lib. 4. titul. 105. & traditur eam locum non habere in sexagenario vxo- ducente, contra Francisc. de Cald.
- 76 Traditur, mulierem quinquagenariam nubentem, non communicare bona cum marito nec pro terra pariter, de qua potest, ad libitum disponere, & num. 77.
- 78 Ampliatur ord. d. titul. 105. ut procedat quinquagenaria nubente cum liberis successores legitimos habebat, quanvis antea nupta fuisset.
- 79 An quinquagenaria, quae nupsit liberos habens pristinam bonorum administrationem recuperata vidua?
- 80 Intelligitur ord. d. lib. 4. tit. 105.





# RELECTIONIS

## L. TITIÆ, SI NON NUPSERIT. ff. DE condit. & demonstrat.

### TERTIA PARS.

*De legibus, quæ contrahendi matrimonij libertatem impedire, videntur.*

**P**OSTquam de conditione, si non nupserit, ac de conditione, si nupserit, & de modo, ut non nubat, ac de, ut nubat, modo, diximus; & negativam conditionem ab homine injunctam, pro impleta haberi, similiter, & modum, in 1. & 2. parte tradidimus, idque speciali quodam legis beneficio, ne talis conditio, aut modus nuptijs impedimento foret: consentaneum est, ut, qui de hominis dispositione, tam in 1. quam in 2. parte scripsimus, in hac ultima, de legis dispositione loquamur, quæ nuptijs impedimento quoque esse, videtur.

1 Adeo, namque, libera, & spontanea voluntas, quocumque obstaculo remoto, in contrahendis nuptijs, veteribus, & recentioribus juris prudentibus, curæ fuit, ut illius favore & intuitu, non solum, non valere, tradiderint, supremas hominum voluntates, quas alioquin, tanquam leges, fore observandas, leges ipsæ incoleaverunt, sed etiam, nec leges ipsas valere, quæ quale quale nuptijs impedimentum præ se ferunt, audacter contendunt. Hujus rei frequens apud scribentes exemplum esse, solet lex, quæ pænam exhæredationis imponit filiabus, ante vigesimum quintum ætatis annum, sine parentum consensu nubentibus, qualis à contrario sensu lex est, secundum receptam sententiam (adversus quam tamen cum alijs contendit Barbof. in loco statim citando sub num. 33.) in *Auth. ut cum de appellat. cognoscat. §. aliud quoque capitulum, versi. causas etiam, in fin. collat. 3. §. in Auth. sed si post C. de officios. testament.* qua de re, in sensu proprio, & directo, peculiarem nos legem habemus. & eandem legem esse apud Francos, refert Costanus *questionum juris cap. 12. in fine lib. 1.* in quarum legum gratiam frequens illa, & difficilis quæstio, disputanda, & examinanda erit, an legum decisio valeat, quæ talem

pænam filiabus imponit, de quo ultra alios latissime agunt Hispanus Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. decimo, à n. 623. cum multis sequentibus, & noster Barbof. in l. 1. 4. part. à num. 35. cum sequentibus. supr. solut. matrim.*

Regia vero lex nostra in *l. 4. ord. tit. 88. §. 1.* non contenta fuit, parentis arbitrio, quo irrequisito, filia nupserit, pænam hanc committere, sed expresse disposuit, eam, quæ ante vigesimum quintum ætatis annum, in suum corpus peccaverit, aut, sine consensu patris, aut patre orbata, sine consensu matris nupserit, ipso facto exhæredatam manere, & exclusam ab omnibus parentum bonis, quamvis in testamento non declaretur exhæredata: Et idem est, si sine avi, aviæve consensu nupserit, ut traditur in *§. final. ejusd. legis.* Quæ sanè lex, dum filia nubenti sic pænam imponit, nimis dura videtur, sed durior in *§. 3. ejusd. tit.* dum filiam, quæ matrimonialiter se tradidit digniori, quàm posset, a parentibus tradi, illis permittit, si velint, ad imidia legitimæ exhæredare.

2 Non desunt autem plurimi, & magnæ authoritatis viri, qui affirmant, leges, quæ nubentibus filiabus sine consensu parentum, pænam exhæredationis imponunt, minime valere. Atque ita esse decisionem Ioan. Andr. ordinariam, & communiter approbatam in *c. statutum in 1. de heretic. lib. 6.* testatur Felin. eam, cum multis quos refert, secutus in *c. Ecclesia Sancta Maria, n. 59. de constitutionibus.* sequitur, & communè etiã dicit Ias. in *d. Auth. sed si post n. 5.* & ex alijs comunè tradit Menoch. *d. §. 10. n. 628.* Barb. *vbi supr. n. 25. ad fin. Cov. de sponsalibus. 2. p. c. 3. §. 8. n. 6.* ubi nupciatim affirmat, leges Castellæ non valere, quæ hac exhæredationis pæna multant filias, sine consensu parentum matrimonium contrahentes, & plurimos referens Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. c. 16. n. 6.* Ut mirum sit, insignè regiū Senatorē Antoniū à Gam. scripsisse in decisione Lusitana 314. n. 3. ex dictis Cov. in præcitato loco, ac *Decij conf. 221.*



Validam probari Regiam nostram *Ord.* cum magis uterque probet, tales leges jure canonico esse sublatas, & vim legis non habere, quæ pœnam exhæredationis irrogat filiabus, sine consensu parentum se nuptui dantibus, idque non solum procedere, si filia viro digno nuplit, sed etiam si minus digno, ac etiam turpi, tradidit *Dec. d. cons. 221. num. 5. versic. præterea, & in l. nuptias, n. 14. infr. de reg. jur.* sed circa dotem, si filia nuplit indigno, ad eam non fore patrem cogendum, si aliunde maritus possit, alere uxorem, si verò digno nuplit, ad eam semper cogendum, communiter esse receptum, constat ex *Covar. ubi sup. num. 7 & Molin. d. c. 16. n. 7. & 8.*

3 Et in prædictam sententiam contra legis valorem, trahuntur Doctores, quia & si jure civili, ad matrimonia filiorum, requiratur consensus parentum, quorum in potestate sūt, *l. 2. sup. de ritu nuptiar. l. si ut proponis 2 C. de nupt. princip. instit. eod. tit.* tamen de jure canonico (cui hac in parte standum erit, juxta *c. fin de secund. nupt.*) sublatum hoc extat, ut concludit *gloss. in l. Paulus, sup. de stat. homin. & probatur in c. sufficiat 27. quest. 2. ubi gloss. notat etiam gloss. in c. fin. 32. quest. 2. & in c. 1. de desponsat. impub. tradit Dec. in d. l. nuptias, nu. 8.* & est receptissima sententia apud utriusque juris interpretes; quam paucis obtinentibus, probat *Cov. in d. c. 3. §. 8. n. 1.* & eam denique sacrosancta *Tridentina Synodus* confirmat, sub anathematis pœna contrariam damnans *in sess. 24. c. 1. de reformat. matrimon.* unde in quaestione nostra, inquirunt Doctores, nullam pœnā filiam mereri, quæ lege permittente contraxit quia quod legitime factum est, nullam pœnā meretur, *l. Gracchus C. ad l. Jul. de adulter. c. qui peccat. 23. qu. 4.*

Deinde movetur, quia matrimonia, omnimoda libertate gaudere debent, nec pœnæ metu constringi possunt, *c. cū locū, c. Gemma, de sponsalib.* quibus addo *sacrosanct. Synodū Trid. d. sess. 24. c. 9. de reformat. matrimon.* temporalibus dominis, sub anathematis pœna ipso facto incurrenda, præcipientem, ne minis & pœnis, ne deniq̄ quovis modo, directè, vel indirectè, subditos suos, vel quoscunq̄ alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant; porro, videtur, non posse negari, sæcularè principē, saltem indirectè subditos suos cogere, quominus libere matrimonia cōtrahant, qui sine consensu parentū nubentibus, pœnam exhæredationis imponit, qua nulla filijs durior, & acerbior esse potest, cū non solū bonorū, sed bonæ etiam famæ apud bonos gravesq̄ viros, jacturam secū trahat, *l. ea qua pater C. ex quibus caus. infam. irroget. l. Papinianus, in fine principij, sup. de inofficios. testament. l. multi non nota, junct. glossa ibidem ff. de*

*liber. & posthum.*

4 Ex quibus multum periclitari videtur decisio Hispanarum legū, quibus pœna exhæredationis imponitur filiabus sine parentū consensu nubentibus: Nec eæ, ex *Menchacensis responso de successione creat. d. §. decimo num. 628 versicul. quid dicendum, cū nu. sequenti* sustineri possunt: is enim inquit, obligationem legitimæ filiorum, à jure civili, & lege positiva detulisse, & ideo eadem lege posse tolli, præsertim ex causa, qualem in præsentibus, & honestissimam quidem secundū omnes, adesse, scripsit. Denique, ijs legibus, non pœnam quidem liberis imponi, respondit, circa res suas, aut quæ eis verè debeantur, sed magis, lucrū, & ipsarū legum beneficium illis denegari. Quod quidem responsum, in quo ille multū gloriatur, difficultatem minimè tollit, in primis enim, quod ait, in ijs legibus, non tam pœnā filiabus imponi, quam beneficium & lucrum denegari, negari utique potest, propterea quod, & vivis parentibus, si non verè debita, tamen quasi debita filiorum legitima esse dicitur, *l. & quia sup. pro Soc. l. final. §. si autem parentes, C. de tutor. furios. & filiorum causa circa legitimam, non est de lucro captando, sed damno vitando, ut manifeste probatur in l. final. C. de codicill. in versic. si quis verò, ibi, non enim, par, eademque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere.* Adeo, ut & vivis parentibus, paternorum bonorum quodammodo domini existimentur, & post mortem illorū, non hæreditatem percipere, videantur, sed magis liberam bonorum administrationem consequi, *l. in suis ff. de liber. & posthum.* quem *tex.* ad alia, quæ congerit in proposito. & ex eo deducuntur, optimū dixit *Tiraq. in præfation. l. si unquam, num. 19 C. de revocand. donat.* igitur legitimæ portionis respectu, multò magis, quasi domini & creditores dicentur in vita parentū, ut filiorum causam, in ea, non lucri captandi, sed damni vitandi esse, dicere debeamus. Nec, quod illius obligatio jure civili sit inducta, ut ait, (quavis hoc sine cōtroversia non sit) quidquam ad rem facit, quia non ideò minus ob pœnam ex hæredationis, filia arcerentur, à cōtrahendo, quod alias volunt, matrimonio (à cujus spontanea, & absoluta libertate, tota hæc oritur difficultas & controversia) quod hoc, aut illo jure debita, legitima privarentur.

Stat itaque, integra difficultas contra leges, quæ in prædicto casu pœnam exhæredationis decernunt, quas idcirco non valere, communiter obtinuit: quam etiam difficultatem non tollunt adducta per *Barbosam ubi sup. num. 26. & sequenti*, quo in loco, præfactam *Mench. responsionem* adducit, & sequitur, & *Gam. d. decis. 314.*



5 Verum, quia non fas est, dicere, nostros leges, absolutæ libertatis matrimonij, contra ullius pænæ timorem, satis æquè & prudenter commendatæ, & receptæ, tam jure canonico in *d. c. Gemma*, quam civili, in *l. Titia qua, infr. de verb. obligat.* non ita providos, & studiosos fuisse, prout esse, oportebat: pro legis defensione, ejusque justitia probanda, duo casus erunt distinguendi: primus est, quando aliquis alicui, à lege, vel ab homine jubetur, populari: secundus, quando pæna, non quidem tendit ad hoc, ut aliquis alicui copuletur, sed magis è contrario, nè alicui, aut aliquibus copuletur.

6 In primo casu, intrepide affirmandum est, pænâ nullius esse momenti, sive à lege, sive ab homine imponatur, quia cum eligendi matrimonij libertatem auferat, contra bonos mores est: & ita loquuntur in calu isto *text. in d. c. Gemma, & in d. l. Titia qua, & in l. Titio centum, §. Titio centum, in 1. sup. eod.* quod etiam in libertatis constitutum erat lege Ælia Sentia, in quam incidit patronus qui libertum jurejurando adigit, ne aliam, quam de qua patronus impleverit, vel non nisi collibertam, aut patroni cognatam ducat, *l. intestato, §. si quis libertam infra de suis & legitim. heredib.* & hic est casus, quem sub anathematis pænâ ipso facto incurrenda prohibet Sancta Synodus dominis temporalibus, & magistratibus in *d. c. 9.*

Quo fit, ut si princeps temporalis, sub aliqua pænâ (veluti amissionis bonorû, aut quavis alia) alicui subdito suo præcipiat, ut certam aliquam, in uxorem ducat, anathematis pænâ ipso facto incurrat, huic casui præscriptam in *d. c. 9.* ubi idem traditur, si minis, aut quovis modo directè, vel indirectè, subditos suos, vel quoscunque alios cogat, quominus liberè matrimonia contrahant, qua in re, quia preces potentium, sunt minæ terrètium, caute & diligenter considerare debent magnates terræ, quo vultu, quovè supercilio, & quali prece a se rogant, ut cum quibus alias nollent, matrimonia contrahant. Ex hoc vero casu, illud colligitur, legem, quæ filia nuptijs ei à patre quaesitis nõ consentienti, pænâ exheredationis irrogaret, legis vim non habere, quia contra bonos mores est, aliquem pænâ ad matrimonium contrahendum adigere, & idèò civili & canonico jure, & Sancta Synodo improbatum, in allegatis locis.

7 Sed obstat *text. in c. 1. extra de adulter ubi seduxerit quis virginem, inquit, dormierit que cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem, qui text. si alternativo sensu accipiatur, id est, ut dormierit aut habeat in uxorem, juxta expositionem Joan de Anan. ibi n. 4. in princ. cui convenit ord. infra ii. 5. tit. 23. in princ.* & ita servari in pra-

ctica, tradit Gom. in *l. 80. Taur. num. 8. in fin.* & ubique observari, quidquid de jure fit, scripsit Clarus *lib. 5. receptar. §. stuprum, versic. sed quero*, libertati matrimonij refragari videtur, multoq̄ magis *text. in c. sequenti ejusd. tit.* dum corporalem pænâ imponit renuenti ducere in uxorem, mulierem, quam stupravit. Lege verò regia, virginis stuprator, sive eam ducere nolit, sive illa, ab eo duci, nolit, tū luit in corpore, quando, unde dotem præstare possit, nõ habet in ære, & quod in virgine dicitur, *d. tit. 23. in princip.* traditur in vidua in *§. 3. qui est final. ejusd. tit.* & jure civili, pro stupro cum vidua commissio, eadem imponitur pænâ, quæ pro stupro cum virgine commissio, dummodo honeste vivat. *§. item lex Julia, versic. sed eadem lege, instit. de public. judic.* in Regno vero Castellæ, de generali consuetudine, eam pænâ esse abolitam, nec ullam unquam vidualis stupri condemnationem, vel accusationem se vidisse, testatur Gomes. *d. l. 80. Taur. num. 14.* & se nunquam vidisse aliquem pro stupro cū vidua commissio puniri, refert Jul. clar. *d. §. stuprum, versic. ceterum.*

8 Sed lege nostra Regia in *d. §. 3.* de viduali stupro idem esse, dicitur, quod antea de stupro cum virgine commissio dictum fuerat, tribus tamen in persona viduæ concurrentibus, videlicet, quòd honeste vivat, quæ etiam qualitas de jure communi requiritur in illa, *d. §. item lex Julia, versicul. sed eadem*, & ibi glossa *verb. viduam*: & quod non dum vigesimum quintum ætatis annum excedat: & denique, quod apud patrem, avumvè paternum commoretur, tunc enim, sub potestate parentis esse, dicitur, quoad hoc cum verba illa, *Estando em poder de seu pay, ou avo da parte do pay*, de potestate facti intelligi debeant, non de patria juris potestate, cum ab ea, filia jam antea matrimonij contractu soluta fuisset per legem Regiam *lib. 1. tit. 87. §. 6.* de quo est in Regno Castellæ *l. 47. Taur.* antequam, in eo Regno ita etiam communiter observabatur per leges fori, ut testatur Palacios in *repet. rubr. de donationib. inter vir. & uxor. §. 43. num. 1.*

Illa autem qualitas, quòd vidua honeste vivat, non tam stricte accipienda est, ut solutum per id tempus, quo stuprum admisit, honeste vixisse, spectemus: Nam, legi locum non fore, arbitror ex mente ipsius, & si per id tempus, honestissimæ viduæ vitam ageret, quæ jam antea vidualem torum vel semel deturpasset, nec tantum, quæ antea stuprû passa fuisset, inhonestè quoad hoc vixisse, dicemus, sed etiam, quæ & si stupro coinquinata nunquam fuisset, inhonesta tamen vitæ conversatione decorata est, veluti si habitu, & ornatu utatur,



utatur, qui honestas viduas non deceat: Est enim peculiaris quidam honestarum viduarum habitus, quem quæ exuit, jucunditatis suæ habitu ornata, honestatem ipsam vidualem exuere, non immerito credetur, præterquam si, aliquando sic facere, contingat, ex justa aliqua causa, ut fecit honestissima illa, & nobilissima Hebræorum matrona vidua Iudith, quæ aliquando exuit se vestimentis viduitatis suæ, & induit se vestimentis jucunditatis suæ, hæc tamen compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat, & ideo Dominus in illam, pulchritudinem ampliavit, ut in comparabili decore omnium oculis appareret. Regulariter verò unusquisque præsumitur esse talis, qualem eum esse, ostendit habitus, quem gestat, *cap. si iudex laicus, de sentent. excommunicat lib. 6. tradit specul. lib. 1. tit. de advocato. §. sequitur videre de vestibus advocatorum, num. 1. & est optimus text. in propositum nostrum in l. Item apud Labeonem, §. si quis virgines infr. de injur. quo in loco, si quis virgines appellasset, ancillari veste, aut, etiam meretricia vestitus, injuriarum non tenetur, quasi virgines appellasset, (est autem appellare, blanda oratione alterius pudicitiam attentare, ut ibidem explicat Iurisconsultus. in versic. appellare) sic ergo in casu nostro dicendum erit, eum qui viduam stupravit, quæ honesto viduitatis indumento, uti non consueverat, non teneri legis pæna, quasi honestam viduam stuprasset.*

Idem esse reor de illa, quæ, & si honestam viduam habitu repræsentet, frequenti tamen inhonestorum hominum conspectu, ac otiosis colloquijs delectatur, quæ, quàm periculosa sint, etiam bonorum virorum cum viduis adolescentulis, docet Apostolus. 1. ad Timoth. c. 5. dicens, *adolescētiōres autem viduas de vita.* Nec enim, quæ corpore tantum intacta est, pudicè, & honeste vivere, dicitur, si mentem corruptam habeat, unde conditionem, *si honeste vixerit*, non implet, quæ, & si stuprum non patitur, inhonestam tamen virorum conversationem admittit, ut respondit Bald. *conf. 207.* quia dicta domina Pagonissa, *volum. 4.* quem sequitur Covar. *de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 3. in fin.* tradit Mantica. *de conjectur. ultimar. volunt. lib. 11. titul. 19. num. 34.* qui alios ad idem refert. In his igitur lex nostra regia *d. titul. 23. §. 3.* secundum verba ipsius non intelligetur, cum eas, & si castè vivere, contingat, honestè tamen vivere, (quod lex requirit) non dicamus, quæ honestos vidualis status mores, & consuetudinem non observat, In quam sententiam convenit quod tradunt doctores circa pænam stupro in virginem commisso impositam *in d. cap. 1. & 2. de adulter. ut*

nempe locum habeat, & illorum jurium dispositio procedat, si puella quæ stuprum passiva est, honestæ vitæ sit, alias vero non, & iura illa intelligunt scribes, ut testatur Paris. *conf. 160.* difficultas vertitur, *num. 14.* in facti contingentia ita consuluit, quem refert & sequitur Clar. *d. §. stuprum, versic. si quæro, paulo ante finem*, cujus argumento, non imò erit, vel etiam à fortiori, in stupro cum vidua commisso requirendum erit præ dispositione legis nostræ regie in eo loquentis, quæ, licet cum sibi vendicet, honestatem ad eas in vidua expressè requirit: quæ etiam de jure civili requiritur *in d. §. item lex Julia, versic. sed eadem, & ibi glossa, Paris. d. conf. 160. num. 4.* qui in virgine, & vidua, tam de jure civili quam canonico æquè idem præbat.

9 Ut verò revertamur ad difficultatem in *d. cap. 1. & 2. & ord. regie. d. titul. 23.* quæ tenus hominem, ad matrimonium cum certa muliere, contrahendum, metu pænæ coarctant, respondit Innoc. *d. c. 1. prope finem*, esse propter viri delictum, ut *in cap. 1. extra de eo qui dux. in matrimon. quam, polluit per adulter.* (ubi tamen speciale id est propter confectum semel præstitum quavis tempore vetitæ quasi verò in pænam commisi delicti, eligendi matrimonij libertatem amiserit, quam solutionem refert Anan. *d. cap. 1. num. 4.* ubi alio etiam modo respondit, dicens, coarctatione de qua ibi, non esse præcisam, sed cautivam, postque matrimonij libertatem, pænæ legibus coarctari, non verò conventionalibus. Sed cum libertas illa, jure naturæ cuique competat, & contra bonos mores sit, eam vinculo pænæ obstringi *cap. Gemma, de sponsalib. l. Titia quæ, infr. de verbor. obligationib.* nihil interesse, videtur, an legalis, an conventionalis pænæ vinculo obstringatur; tutius ergo responderi posse, videtur, legem non intendere, matrimonium vinculo pænæ obstringere, sed potius mulieri, illatum stupro damnum, & injuriam satisfieri: hanc verò satisfactionem, modo fieri, lex intendit, quo ea, adæquate, congruenter fieri, possit: is autem modus est, ut qui stuprum intulit, stupratam mulierem sibi habeat in uxorem, aut competentem dotem juxta puellæ qualitatem.

10 Circa quam, solet practici nostri, in stuprata muliere, ultra alia, formæ etiam pulchritudinem allegare, quasi quæ pulchritudine præstat, præstantiorem dotem habere debeat, exiguiorem verò deformis, cum è contra videretur, quia pulchritudo ipsa, dos altera reputatur, juxta illud Ovidianum, *dos est sua forma puellis*, cujus meminit Tiraq. *de legib. connubialib. l. 2. num. 46.* qui multa confert in laudem pulchritudinis, ante, & post illam



& Chassan. in *Catalogo gloria mundi* 5. p. *considerat.* 18. sed ultra ea quæ illi adducunt, conducit in propositum Babylonica lex antiqua circa virgines collocandas, de qua Herodotus in *Clio*, secundum quam, quotannis, quæ nubiles essent, in unum locum deferrebantur, undè cunctarum speciosissima primo exhibebatur, præconique voce, publica subhastatione vendebatur pluris licitanti, ac deinde reliquæ sigillatim, pulchrioribus semper prælaris, ubi autem pulchrarum omnium auctionio esset peracta, deformissimam præcohabere subjiciebat, eamque ac deinde reliquas, ordine servato, addicebat illis, qui minimo contenti pretio, eas in matrimonium habere volebant, pretium verò, quod cum deformibus dabatur, erat quod, à divitibus licitantibus, pro speciosis antea datum fuerat: hanc legem, prudentissimam, & honestissimam dixit Herodotus, quæ tamen apud eos non perleverit; erat utique lex, Reipublicæ utilitati contrahendis nuptiis maximè favorabilis, nam, & speciosæ nubebant emptæ pretio, & deformes pretio dato, nec his, aut illis, propter dotis penuriam impedimento erat; apparet verò ex *d. legis* instituto, deformes ampliori indigere dote, pro nuptiis condigne quærentibus, quam quæ speciosæ sunt; atque idcirco videbatur formæ commendatio omnittenda ab illis, qui, pro illato stupro, mulieri, dotem præstari, contendunt: Cujus tamen contrarium observant practici, ut diximus, nec quidem immerito, quia maiori affecta est incommodo, quæ, cum speciosa esset, stuprata fuit, quam quæ de formis erat, cum illa, naturali pulchritudinis dote adornata, commodius, cui condigne nuberet, inveniret, & ideo ad damni æstimationem forma est in consideratione, sicut, & patrimonium, ad quod haberi respectum, regia lex ipsa jubet, *d. titul.* 23. *princip.* quia, nempe, commodiores, & digniores nuptiæ invenirentur à divite puella, si stuprata non esset, quam ab ea, quæ rei familiaris inopia laborabat.

11 Quòd verò corporali pæna afficitur, qui, virginem, quam stupro decepit, uxorem habere, renuit, *in d. cap. 2. de adulter.* ad quæ, in subsidium devenitur lege regia, *dict. mul.* 23. *in princip.* non est statutum in pænam non contracti matrimonij, sed potius in pænam illati stupri, ne aliàs, cum tanto seductæ mulieris incommodo, maneret impunitum, atque impunitum, non, quia non duxit, sed quia seduxit, imponitur pæna, quo sensu, & explicatione substituenda erit Innocent. *responsio in d. cap. 1. prope finem,* quam primo loco retulit Anan. *ibidem. d. num. 4.* secundum quæ apparet, matrimonij libertatem, legalis pæna vinculo

non obstringi *in d. c. 1. & 2. & lege regia. d. lib. titul. 23.*

12 De conventionali verò est *text. celebris in cap. Gemma, extr. desponsalib. & in l. Tutia qua, infr. de verbor. obligat. l. Tutio centum §. Tutio centum in 1. sup. hoc titul. l. final. in fin. C. desponsalib.* quibus probatur, non valere pænalem stipulationem, qua aliquis aliquam, in uxorem habere, promissit, idque, non solum si ab ipsis, inter quos matrimonium contrahi speratur, pænæ promissio interponatur, sed etiam si à parentibus eorum *d. l. Tutia qua,* secus si ab extraneis, ut tradunt *ibidem glossa, Batt. & alij,* & est communis ex *Abb. in d. c. Gemmanum. 9. & ex las. d. l. Tutia, num. 11.* qui in num. sequenti explicat, quis, quoad hoc, extraneus censeatur.

Quæ tamen conclusio, difficultate non caret, si quidem sponsalia, quæ, futurarum nuptiarum reciproca promissio, sunt, & à spondendo dicta ex eo, quod moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi futuras uxores. *l. 1. & 2. sup. desponsalib. l. sponsio, & Alc. ibi. infr. de verbor. significat. cap. nestrates 20. quest. 5.* tradit Covar. *in epitome de sponsalib. 1. part. c. 1. num. 1.* utroque jure valere, constat, & patet in utriusque juris titulis de sponsalib. nec tantum quæ juramento firmata sunt, sed, & quæ simplici promissione continentur, cum inter juramentum, & simplicem loquelam, nulla debeat esse distantia, ut ex divina auctoritate traditur *in cap. juramenti 22. quest. 5. & in specie notat Abb. post Hostiens. & Henric. in cap. de illis in 1. extra de desponsat. impub. Idem Abb. in cap. ex literis 5. Sylvani col. 2. de sponsalib.* probat nobilis Hispanus, ac multis nominibus commendabilis Dom Ferdinand. à Mendoga, *lib. 1. disputation. jur. civil. ad titulum de pact. cap. 4. num. 62.* Adeo vero hujuscemodi sponsalia valent, ut is qui ea primo absque juramenti religione contraxit, & alia deinceps, cum persona alia, præstito juramento, his non obstantibus, priorum sponsaliorum fidem adimplere, teneatur, ut notant Innoc. Ioan. Andr. Abb. Præpos. & Raven. *in cap. sicut, de sponsalib.* comprobatur Covar. *d. 1. part. cap. 4. in initio, num. 3.* cum ergo reciproca promissio de contrahendo matrimonio, sive cum juramento, sive absque eo celebrata, valeat, valitura quoque videbatur accessoria ei pænalis stipulatio, juxta *regul. accessorium, de regul. jur. lib. 6.* præsertim, quod pænæ adjectio nihil aliud intendit, quam promissionem jure valentem adjuvare, & corroborare; nec denique illa matrimonij libertati obstare videtur, ut pote quæ, secluso pænæ vinculo, data in sponsalibus fidei, quam servare, necesse est, alligata reperitur.



13 Obstat præterea graviter prædictæ cōclusioni, *d. l. final. C. de sponsalib.* ubi traditur, intervenientibus arrhis in sponsaliorum contractu, accipientem, teneri pæna dupli, aut, ex conventionem, quadrupli, conjugalem consensum præstare, is vero qui dedit arrhas, amittit eas, si matrimonio consentire recuset; porro, nihil interesse, constat, quoad futuri matrimonij libertatem, an pæna committatur, ubi sponsalia datis arrhis celebrata fuerūt, an, ubi prætermisissis arrhis, & tamen, quanvis stipulatio pænalis reprobetur, arrharum datio permittitur jure canonico, civili, & regio Castellæ, ut tradit Palacios *in repet. rubr. de donationib. inter vir. & uxor. §. 1. num. 2.* ubi de promissione arrharum idem æque scripsit, sed id in consulto, & contra Bartol. ac communem sententiam *in d. l. Titia que, & Canonist. in d. cap. Gemma, ex Ias. d. l. Titia, num. 24. & sequenti.* Hæc autem difficultas gravis est, circa cujus solutionem plurimum doctores laboraverunt, *in d. l. Titia, & in d. cap. Gemma,* differentia rationem, inter pænam, & arrhas sedulo indagantes, varij varias afferentes.

14 Prior vero difficultas, tametsi à scribentibus non tacta, levis non est, præsertim stante sententia *glossæ finalis in fin. in d. l. Titia, & in l. 2. sup. de sponsalib.* tenentis, in stipulatione interposita pro contrahendo matrimonio succedere obligationem ad interesse, contra ejusdem glossæ sententiam *in l. si stipuler, infr. de verbor. obligationib.* communiter approbatam, ut testantur Abb. *d. c. Gemma num. final. Imol. d. l. Titia, col. 3. Aretin. ibi num. 6. & Ias. 16.* quæ communis accipienda videtur in casu pænalis stipulationis, ut in ea nec ad interesse succedat obligatio, quia, cum talis stipulatio, jure sit improbata, nullius momenti esse debet, *l. generaliter, infr. de verbor. obligat.* in alij vero tenenda videtur glossæ sententia *in d. l. 2.* cum in facti stipulationibus, obligatio succedat ad interesse, *l. si quis ab alio, in fin. infr. de re judicat. l. stipulationes non dividuntur, versicul. Celsus, infr. de verbor. obligat.*

Atque ita, si id quod interest, in stipulatione venit, juxta glossæ sententiam *in d. l. Titia, & in d. l. 2.* non parum augetur superior difficultas adducta contra *d. l. Titia, & concord.* quid enim refert, an metu pænæ, an ejus, quod adversæ partis interest, solvendi, ad matrimoniū quis obligetur.

15 Sed pro solutione dicendum erit, diversam esse rationem stipulationis pænalis in causa matrimonij, ac ejus, quæ sine pæna cōcipitur: qui enim mulieri centum pænæ nomine promittit, si eam, in conjugem non acceperit, directò, & principaliter nihil aliud intendit, quàm liberam aliàs contrahendi matrimo-

nij voluntatem, vinculo pænæ obstringere, sic, vel saltim coactam pænæ metu eam præstet, aliàs non præstaturus, atquè idcirco talis stipulatio, utpotè, quæ contra matrimonij libertatem directò, & principaliter concipitur, tanquam contra bonos mores, omni jure improbata merito est. Illa vero, quæ pæna caret principaliter concipitur, non ut coacta voluntas nuptui detur, sed magis, ut libera voluntas & consensus in futuras nuptias declaretur: quæ enim stipulatione interposita, matrimonium contrahere, ad invicem promittunt, nihil minus cogitant, ac intendunt, quam coacta voluntate matrimonio jungi, ut potè, qui nihil magis quam liberam contrahendi voluntatem & consensum in stipulationem deduxerunt, quò circa valitura merito erit talis stipulatio, quæ nec contra matrimonij libertatem, nec quovis modo contra bonos mores concepta à initio reperitur. Nec, quòd alterum ex contrahentibus, præstiti consensus, expostfactè pænitet, stipulationem ab initio jure valentem invalidare poterit, cum cujusque rei origo, & initium semper inspicere debeat, tanquam radii futuri, *l. 1. juncta glossa ibi verb. principium, sup. de origin. Iur. l. qui id quod, in princ. infr. de donationib. l. clam possidere, infr. de acquir. poss. cap. 1. §. ex eadem, de lege Conrad. tradit Barbosa in l. post dotem, num. 75. sup. solut. matrim.* Et attèditur id, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam, seu casu aliquo posterius evenit, *l. si quis nec causam, sup. si cert. petat. ubi Ias. num. 3.* similia allegans, pro regulam tenet, quam in duob. num. sequentibus exornat, *& in cons. 74. instrumentum, col. 2. versicul. secundo principaliter, & sequent. lib. 3. l. reg. sup. illo tit. & utrobique Bald. & alij, tradit Tiraq. de retr. lignagier. §. 1. glossa. 9. num. 68. & pluribus de more adductis in §. trigésimo eisdem titul. gloss. 1. a num. 2. usque ad sextum, Valasc. de Iur. Emphyteut. quest. 17. num. 15. versicul. quæ verò.*

16 Addo in confirmationem prædictæ solutionis, differentia rationem, quam inter pænam, & arrhas, pro solutione difficultatis quam supra secundo loco adduximus, assignat Guid. de Suz. antiquus doctor, quem refert, & sequitur Bald. *in d. l. final. in fin. col. 4. C. de sponsalib. Aret. d. l. Titia col. 6. & alij quorum meminit ibidem Ias. num. 21. versicul. tertiam rationem,* nempe, ideo arrharum dationem valere, non vero pænæ promissionem, quia arrharum datio, principaliter, non ordinatur ad pænam contrahere nolentis, sed potius in signum, & confirmationem præstiti consensus in sponsalibus, & ad evidentiorum ejus probationem, ut *in l. quod sepe, in fine principij sup. de contrahend. empt.* Vnde quanvis postea contin-



aliquid ex illis matrimonij libertati impedimento oriri, quia id, non principaliter ex actus natura, sed in consequentiam venit, impedimento esse non debet, quominus eadem constitutio valeat; adducunt simile de generali stipulatione, qua, principaliter libera testamenti factio impediri, nequit, & tamen in consequentiam alterius contractus impeditur, ad quod allegant, *l. final. C. de pact. d. l. si quis servum, sup. de actionib. empt.* sed hec jura exemplo proposito non conveniunt, cum non loquantur in factione testamenti, sed in pacto super aliena hæreditate, quod, principaliter in eam rem celebratum, non valet, *d. l. final.* & tamen sustinetur in consequentiam alterius contractus *d. l. si quis servum, de pact. Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta ad fin. infr. de verbor. obligat.* Ultramontani autem doctores pro prædictæ difficultatis solutione, inter pænam, & arrhas, differentiam in eo ponunt, quia largius, & facilius constituitur, quam detur, ut probat *l. sed si ego, & ibi glossa, sup. ad 5. C. Velleian.* atque veteres existimarunt, arrhas valere, quia reat exigunt traditionem, secundum communem sententiam, non vero pænam, quæ verumtenus constat, quæ differentie ratio, & si communiter recepta sit, ut tradit *Imol. in d. l. 2. col. 3. in fin. & Aret. ibi num. 7. versiculi.* eadem glossa ibi, & hoc exceptis arrhis, & *l. final. num. 17.* eam tamen ipse post *Bart. reprobat ibi num. 21.* ubi & in sequenti quatuor aliorum adducit, quarum nullam conclusionem esse, fatetur, monens ut, quæ minus periculosa sit, teneatur: Minus autem periculosa, & vera magis, videtur ea, quam *Guid. Soz. tradidit,* cujus antea meminimus, atque ita utriusque difficultatis solutio, ab una, eadem resolutione pendet. Et hæc ad priorum casum, pro regie legis nostræ, & similibus interpretatione, præmissum supra.

Secundus casus, diversæ longe ratio est, quia in eo, non cogitur quis pænam mereri ad matrimonium cum certa persona contrahendum, prout in priori casu, (quod sane non est, ut constat ex dictis, & plurima seculi incommoda trahit, *cap. cum locum cap. de sponsalib.*) sed potius prohibetur, matrimonium cum certa persona contrahendum, quod, si ex causa fiat, & ita prohibitus, alicui uxorem ducere, commode possit, impedimento non est, ut in *l. cum ista legatum l. hoc genus legati, sup. hoc tit.* Nec in isto casu, ut in precedenti, ex tali prohibitione, incommoda quæque, & infelix exitus oriri, possunt cum huic copulari prohibitus, alteri copulari, libere possit: nec denique casus hic, reperitur prohibitus, cum primus repe-

riatur non semel, quia inter eos, contemnenda differentie ratio est.

18 Secus, si persona alicui nubere, prohibita, non ita commode potest, aliunde nubere, quia tunc talis prohibitio, utpote, matrimonij impeditiva, rejicienda, erit, juxta *d. l. hoc modo.* Quod in filiabus regum, quæ pro dignitate non possunt habere maritos, nisi raros, facile posse evenire, notavit *Costa in d. §. si arbitrati, ampliat. 8. num. 1. in fin.* ubi tamen in *num. 4.* de rapta muliere idem scribere, debuisset, ut quia non facile, nec ita commode, nisi raptori nubere, possit, non valeat Cæsarea constitutio in *Auth. de rapt. mulierib. qua raptor. nab. collat. 9.* ubi mulierem raptam, si raptori nubat, bonis raptoris, alias sibi deferendis, privat Imperator in pænam contracti matrimonij: quæ sane pæna non potest, non videri matrimonij impeditiva, nam illud etiam, cum raptore contractum valet de jure Canonico, per *text. in cap. final. de raptorib.* ubi glossa & doctor. maxime *Abb. & est commune ibi,* quod passim doctores approbant, ut testatur *Paris. conf. 170. num. 6. lib. 4. Gom. in l. 83. Tan. num. 43. quod ex Sacro Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. matrimon.* ita demum procedit, si rapta à raptore separata, & in locotuto, & libero constituta, illum in virum habere, consenserit: Vnde præfata *Iustiniani constitutio,* veluti matrimonij impeditiva, non debet hodie valere, juxta sententiam glossæ singularis in *cap. de puellis, 36. quest. 2.* quam alijs relatis sequitur *Covar. in d. 2. part. de sponsalib. cap. 3. §. 9. num. 1. & 2.* licet contrariam teneat glossa etiam singularis in *cap. ceterum secundum leges, verb. certoque casu, de heretic. lib. 6.* communiter approbata secundum *Marc. decis. 2. num. 3. Clar. lib. 5. recep. §. raptus, versiculi. quæro modo, in fin.* quam sequitur *Cost. d. ampliatione 8. num. 4. ad fin.* quia (inquit) potest, cæteris omnibus commode nubere locuples facultatibus raptoris, comitum, & sodalium: Quæ sane ratio non multum iuvat suam, & communem sententiam, quia rapta mulier, præsertim, quæ natalibus clara sit, raptoribus, & comitum facultatibus locupletata, non ita commode alias condigni viri nuptias inveniet, sicut intacta antea inveniret, illi batak pudicitie dote adornata, quæ melior est, quam divitiarum multarum dos: Quanto magis, quod evenire potest, ut illi ea rei familiaris inopia laborent, quæ, congruam dotem in alterius viri nuptias raptæ mulieri præstare, non valeat, quam, constat, pinguiori quam antea indigere dote, præsertim, si virgo erat, & deflorata facta, cum virginitas ipsa, sit secunda dos, ut dicunt doctores in *cap. 1. extr. de adulter. inde tradentes, cum, qui virginem stupra-*  
venit,



verit, si non ducat in uxorem, teneri, dotare eam ampliori dote, quam qua illa antea indigebat, habito, nempe, in datione dotis, de florationis respectu, postquam, maior quam antea requiritur. Denique prior sententia conformis est Sacrosanctæ Synodo in *dict. cap. 6.* ubi, raptori (quem ipso jure excommunicatum, ac perpetuo infamem, omniumque dignitatum incapacem, cum omnibus, illi consilium, auxilium, & favorem præbentibus, declarat) mulierem raptam, sive eam, uxorem duxerit, sive non duxerit, præcipit, decenter arbitrio judicis dotare, ut sic correctamaneat lex Cæsarea, quæ raptam mulierem, cum raptore nubentem, somnium bonorum raptoris pronunciat incapacem; quæ quidem merito valitura non est, quia nuptijs, sacris Canonibus approbatis, impedimento est.

19 Ex hoc autem posteriori casu illud manifeste colligitur, quod licet valde injusta, & iniqua esset lex, quæ pœnam exhæredationis imponeret filia, quæ certæ personæ non nupserit, juxta prioris casus positionem, tamè justa erit, ac proinde servanda, quæ pœnam exhæredationis imponeret filia, quæ certæ personæ, aut certis personis nupserit.

20 Item justa erit lex, quæ pœnam amissionis bonorum imponit ei, qui duxerit in uxorem, virginem aut viduam honestam minorem viginti quinque annis, absque consensu illius, sub cujus potestate, & in cujus domo puella vivit; etenim, quia hic, gravi afficitur ab illo injuria, recte potuit, ei pœna amissionis bonorum imponi, & testibus ibidem præsentibus, (quod in auxilium præbentibus, intelligendum est) huic applicanda in regia nostra *ord. lib. 5. titul. 22. in princip.* si illa, notorie dignius sic non nupserit, quam posset, ab eo copulari, cum quo commorabatur, ut ibidem in fin. quæ lex, contra matrimonij libertatem nequaquam est, cum, si ille pœnæ metu, huic puellæ, absque prædicto consensu nubere, prohibetur, alijs tamen nubere, commode potest, & libere.

21 Lex tamen illa regia, ex alio dura, & difficilis videtur, nempe, quia pœnam amissionis bonorum, & annalis exilij imponit centi in uxorem, virginem aut viduam, absque consensu illius, apud quem ducta fœmina commorabatur; & tamen stuprum inferenti virgini, aut viduæ ejusdem qualitatis, talis pœna imposita non reperitur in *ord. d. lib. 5. titul. 23.* ubi de stupro loquitur cum virgine commisso, & cum vidua minore, & honestè vivente sub patris, avivè potestate in §. 3. pro quo, sola competentis dotis satisfactione, aut nuptiali jugo (quod, qua ratione procedat, supra exposuimus) lex contenta fuit; quo circa dura nimis, & difficilis videtur *ord. d. titul. 22.* quatenus

ibi, nuptias contrahenti pœna imponitur, quæ non imponitur stuprum inferenti in *d. titul. 23.* quasi sic, amplius luxuriam castitate habere videatur, contra *regul. l. his solis C. de revocandis donationib.* Qua propter, ad prædictam difficultatem tollendam existimo, legem regiam *d. tit. 22.* intelligendam fore in illo, qui alterius domum ingreditur eo invito, aut ignorante, matrimonij contrahendi causa cum virgine minore, aut vidua etiam minore, & honesta, apud eum commorante; moveor *ord. lib. 5. titul. 16. §. 1.* quæ, alienam domum ingredientem, explendæ libidinis causa cum muliere illic commorante, graviter puniatur quasi, scilicet, ipso clandestino ingressu, deus domino inferatur inferatur injuria, legi, pœna plectenda, sive solius libidinis causa quis ingrediatur ut *d. titul. 16. §. 1.* sive matrimonij causa in terminis *d. titul. 22.* Atque lex regia hoc in loco, secundum legem *d. tit. 16. §. 1.* crit accipienda, & ad hunc casum restringenda, nec novus interpretandi modus est, quo una lex, tamen posterior, trahatur ad aliam, *l. sed, & posteriores, sup. de legib.*

22 Infertur deinde ex casu supra posito quod licet injusta esset lex, quæ pœnam exhæredationis imponeret filia, quæ, nuptijs à patre quæsitis non consentiret, quia per eam ad contrahendum cum aliquo matrimonio metu pœnæ cogeretur invita (ut pro prior casu notavimus) sit tamen justa, & rationabilis, ac proinde non dubie observanda, quæ pœnam exhæredationis imponit filia, quæ cuiquam, se matrimonio copulavit non respectu parentis voluntate: quia per eam, filia ad contrahendum cogitur invita, sed magis si contraxerit, afficitur pœna, juxta posterioris casus positionem.

23 Lex tamen, (vt diximus) in isto secundo casu ita demum valebit, si causam habentem in imponenda pœna, & insuper, si per eam non impediatur mulier, aliunde nubere, juxta *d. l. cum ita legatum, cum leg. sequenti, in hoc titul.*

Vtrumque regie ord. inesse, nostrum modo erit ostendere: Et sane in præsentibus, de causa exhæredationis impositæ, filia irrequisita patre nubenti, constat; quia, & si digno, ac digniori nupserit, patrem, cujus, in regie ord. arbitrium spreverit, injuria spreverit, videtur, atque ideo eam quoque, quod attrinet ad injuriam parentis, quem sic illa spreverit, merito lex voluit lpernere; Accedit, quia non est virginalis pudoris, eligere maritum, probat *l. in conjunctione C. de nupt. ibi, si pœna cultu verecundia propriam noluerit depromere libertatem.* Et habetur ex divo Ambrosio



honorantur 32. quest. 2.

Ex quo respondit Bertrand. *conf. 148. d. 1. quod, & si conditio nuptiarum in facto vol. 1. quod, & si conditio nuptiarum, alias non obtinebit relictum, l. c. de a legatum, versicul. videamus, sup. hoc titul. quod in prima parte supra egimus, tamen si talis conditio injuncta fuit, ex consensu patris alteri nubat, non erit excludenda à legato quasi conditio defecta, quæ honeste egit patris consilium, & voluntatem in contrahendis nuptijs sequendo, & inhonesta, atque impudica videri, posset, si ab ea dissentiret: qua ratione, Bertrand. responsum d. *conf. 148. se non curari, ait Covar. de sponsalib. 2. part. c. 3. §. 8. num. 2. quem, ut illi assentientem, refert Mantic. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 11. titul. 8. num. final. idem secutus, & notatu dignissimum dicens, pro limitatione d. l. cum ita legatum, versicul. videamus, l. Titio centum §. Titio centum, in 1. sup. eod. Cui quidem limitationi ego non assentio, quoniam, secundum eam, defuncti voluntas, quæ in conditione prædicta, iusta, & legitima jure censetur, de facili frustrata maneret, si à patris arbitrio penderet, quò circa si talem conditionem, justam, & honestam putamus, etiam ubi injuncta puellæ sit sub patria potestate existenti, justum quoque illius implementum fateri debemus, nec, quòd inhonestum virgini sit, refragante patris consensu, cum alio nuptias celebrare, injustam testatoris voluntatem esse, probat, aut contra bonos mores, qui licitè, illam, spe lucri ad nuptias cum aliquo contrahendas invitare, potuit: quare, si honestum non est illi, contra patris voluntatem has nuptias appetere, justum non est, contra testatoris voluntatem appetere legatum. Nec hoc igitur, nec illud appetat, ut patet, dum quod honestum est, eligit, quod justum est, non contemnatur. Ex quibus Bertrand. sententiam non probo, in cujus confirmationem aliqua, & præsertim Baldi doctrinam *conf. 357. incip. Nulla mulier lib. 1. adductam Pelaez de maioratu 1. part. quest. 50. num. 8. ubi tamen eam non probat, & magis æquam, quam tutam videri, scripsit. Ex prædicta vero sententia constat, honestum esse virgini, patris consensum, & voluntatem sequi in nuptijs contrahendis, in honestum vero, & inde comitum, ad has, illo in consulto convolare. ad quod alia adducit Covar. d. §. 8. num. 2. atque de causa constat, qua lex exhæredationis pena insequitur filias sine parentum contentu nubentes, quòd verò pæna hac nuptijs impedimento non sit, constat, quia per eam non prohibetur filia aliunde commodè, & sine pæna nubere, si quidem lex, hoc parentis voluntati commisit, quis magis de filio, quam de se ipso***

solicitatur, l. isti quidem, in fin. sup. de eo quod metu. caus. §. sed veteres inst. de noxalib. action. cum plurimis, quæ de amore parentum in filios latissimo sermone congerit Tiraq. in præfatione l. si unquam à num. 7. Cod. de revocand. & semper lex de patre confidit, quòd bonum consilium, & curam pro filia habeat. l. nec in ea versicul. ideo autem infr. ad l. Jul. de adulter. l. fin. Cod. de curator. furios. præsertim in quærendo marito; quòd est officium paternum, l. qui liberos supr. de ritu nuptiar. in quæm rem optime convenit illud Euripidis in Andromache, cujus meminit text. in d. cap. honorantur, ubi, in persona Hermionis ab Oreste ad nuptias requisitæ, ait, sponsaliorum quidem meorum patris meus curam subibit, neque meum, decernere hac.

Denique, non semper in nuptijs filiarum, lex exigit voluntatem parentum pro pæna exhæredationis vitanda, sed usque ad vigesimum quintum ætatis annum, quò exacto, impune, cui velit, nubere puella potest; nec jam hoc tempore, nuptias sibi condignas difficulter inveniet, quæ antea invenisset, si quidem florida adhuc est ætas, & apta cõjugio, ei que pro dignitate quærendo, maturo consilio, magis conveniens.

24 Secus, si ad quadragesimum usque ætatis annum, vel circiter, lex hoc de patre confidisset, quia non ita facile, & commode, quadragesima, cui dignè nubat, inveniet, sicut antea invenisset; unde si ad hoc usque tempus lex, patris consensum desideraret, nuptijs impedimento esse, videretur, ac proinde veluti contra bonos mores, & contra libertatem matrimonij jure naturali unicuique competetem, non valitura videretur.

25 In cujus rei gratiam, notabilem adduco sententiã, secundum quam consuluit Francisc. de Aret. *conf. 67. diligenter, & mature considerato col. 1. versicul. venio ad primum, & probat las. in Auth. cui relictum, col. 1. in fin. 4. limit. C. de indict. viduit tollend. tradit Cost. d. §. si arbitrato, ampliatur. 8. num. 1. Mantic. de conject. lib. 11. titul. 19. num. 7. Quòd scilicet, viduitatis conditio injecta virgini legato, quam etiam hodie non valere, constat, si ad certum tempus restricta sit, quò elapso, commodè possit, puella nubere, rectè valet, quia tunc, magis cura mariti quærendi, quam viduitas, injuncta videtur, ac proinde puella legatum perdet, si nubat ante tempus in cõditione præfixum, ut est text. quem solemnem vocat las. ubi sup. in l. si vir uxori. §. final. ubi Bartol. & alij (in meo libro est, §. iste sub. l. sed si hoc) sup. hoc titul. & ita communiter est receptum, teste Cost. d. §. si arbitrato, ampliatur. ultim. num. 16. Secus vero, si ita longum sit tempus conditioni præscriptum, ut eo transacto non possit mulier,*



mulier, commode nubere, quod iudicis arbitrio las relinquit, tunc enim sine dubio non non valebit conditio, quæ fraudulenter, & indirecte saltem, nuptijs impedimento esse, apparet, ut tradunt supra citati; qua sane sententia, notabiliter, & à fortiori confirmatur nostræ legis decisio; nam, si non improba iudicatur conditio ab homine adjuncta, quæ viduitatem ad certum tempus injungit omnino, multo minus improba iudicabitur ea legis decisio, quæ, ullo tempore non nubere, non præcipit, sed magis, non nisi arbitrato parentum nubere, quæ conditio, levior est quam illa, ac proinde, eam à fortiori valere, probat Cost. d. ampliat ultim. num. 16.

Quod obiter erit adnotandum pro limitatione sententiæ, secundum quam indicatum fuisse, tradit Anton. à Gam. decis. 314. num. 3 de legato à matre filio relicto, adjecta clausula, si uxorem duxerit cum licentia, & voluntate patris, nam, licet hæc conditio non valeat ex d. §. si arbitrato (quem, etiam locum habere in conditione relata ad patrem, tradit Eman. d. ampliat, ultim. numer. 13.) tamen, si ad certum tempus, quo legi fraus non fiat, arbitratus conditio reprimatur, rectè valebit, & ideo, si eo spreto filius interim uxorem ducat, lucro relicti privabitur, ex supra dictis: Unde lex civilis, & regia, licet, non nisi arbitrato parentum, puellas nubere, intendat metu pænæ, hoc tamen, quia non in perpetuum, nec indefinite definivit, nec denique ad tempus ita longum, quod, jam opportunum, & aptum conjugio non sit, nuptijs impedimento esse, non videbitur, magisque lex, adjecta pænâ, munus paternæ obedientiæ, & curam dignas quærendi nuptias, quam earum impedimentum injunxisse videtur.

Atque ita prædicto communi doctorum placito in præcedentem sententiam, legis nostræ validitas, & defensio, non dubie comprobata apparet; tametsi communis illa sententia, quam nec probasse, nec improbasse, visus est Costa tam in d. ampliatione 8. numer. 1. quam in d. ampliatione final. n. 16. in fine, mihi tuta vila non sit.

26 Enim verò, multæ sunt leges, quibus, non nubendi conditio in testamento scripta, remissa legitur, nulla facta distinctione temporis, quam, utique credibile est, quod fecissent, si probassent, sicuti circa locum, & personas fecerunt, l. cum ita legatum l. hoc modo, supra isto titul. Nec enim, ad certum tempus restricta viduitas, minus nota, minus vè notabilis erat, ut omitti debuisset, si jure probaretur, juxta Iurisconf. documentum in l. item apud Labeonem, §. ait prator, versicul. ea enim, infra de injur.

Quinimo æquè à lege damnatur hominum præceptum viduitatem injungens ad tempus ac in perpetuum ut l. inestato §. si quis liberis inj. in vis, & legitim. heredib. cui non obstat con. penult. infr qui, & a quib. manent qui. communem sententiam non parum jurat nec t. in d. l. si vir uxori §. final. sup. cod. pro ea adducitur, queis inferius respondemus, perpensa prius ratione negligenda temporalis viduitatis ab homine præceptæ. Præcujus explicatione recurrendum est ad causam, & rationem, ob quam conditio, si non nupserit, in testamento scripta, pro non scripta habetur, cujus rei ratio, ad publicum Reipublicæ favorem spectat, qui versatur in contrahendis nuptijs, ut proles edatur, & civitas liberis hominibus repleatur l. 1. sup. solut. matrim. & observavimus supra in priori parte, intellectum nostri textus, quæ quidem ratio etiam in conditione, si non nupseris, ad certum tempus restricta, locum sibi vindicat, quævis enim puella, cui talis conditio injungitur usquè ad vigesimum quintum, seu tricesimum putà, ætatis annum, possit deinde nupta, multorum liberorum parens fieri, tamen negare nequit, quòd si citius nuserit, ex quo virgo tens facta fuit, plures edere, potuisset, præsertim si ventre facunda esset, aut saltim citius prolem ederet, quæ, citius Republicam juvare, posset, in quo etiam favor illius versatur; & in masculino Idem est, quinimo evenire potest, ut dum, temporalis viduitatis spe lucratur observatur, perpetua inducatur propter supervenientis casus necessitatem, qui enim, mulier, dum tempus conditioni præfixum expectat, ut nubere possit adepto legato, interim morte præventia sit, aut perpetua aliqua infirmitate, quæ, & nuptiarum, & procreandorum liberorum spem adimat? Igitur ratio legis conveniens apparet, ut viduitatis conditio in testamento scripta, nec ad tempus restricta valeat, dummodo persona, cui adscribitur, ejus ætatis, & valetudinis sit, in qua naturaliter, generare, possit; nam si horum alterutrum desit in illa, puta, quia morbo aliquo laboret, quo stante, secundum naturam, generare, nequeat, quanvis jam nubilus sit ætatis, in tempus sanæ valetudinis dilata conditio semper valebit, in quo demum casu communem sententiam probo.

27 Tametsi in eo nimis obstare, videtur Bart. & communis doctorum resolutio in l. 1. sup. solut. matrimon. tradentium, mulieri, ex accidenti sterili factæ, competere dotis privilegia, & si ea, suscipiendæ prolis causa concessa jure sint, quam communem sententiam tradit & defendit ibidem Barbosa 1. part. ex num. 82. versicul. Ut igitur clarus, secundum quam re-



tionem dicendum videbatur, conditione, non nup serit, non valere in ea, quæ ex acci-  
 denti, ut puta, supervenientis morbi casu ste-  
 ris facta est, nec posse, in incertum restitu-  
 dæ salutis tempus suspendi: sed communi  
 sententiæ responderetur, quod diversa ratio sit  
 casu illo, ac in isto; Nam hic agitur de ho-  
 minis voluntate circa rem suam, quam lex  
 nullo modo, non voluit, propter Reipublicæ fa-  
 vorem, qui versatur in contrahendis nuptijs,  
 proles edatur, & sic, cum causa illa imme-  
 dita, suscipiendæ, scilicet, prolis, interim ces-  
 cessare quoque legis dispositio interim de-  
 bit, ut ultima voluntas observetur, quandiu  
 que villo publici favoris dispendio observa-  
 potest: At vero dotis privilegia, & si com-  
 tant mulieri sterili ex accidenti, in qua id-  
 eo eorundem concedendorum immediata  
 locum habere nequit, nempe, prolis  
 receptio, tamen id generalis legis beneficio  
 venit, absque alicujus, in rei propriæ dit-  
 tione, præjudicio; Denique in illa, quam  
 ponimus, non, absolute viduitatis condi-  
 tionem valere, dicimus, sed in tempus infir-  
 mitatis, quæ suscipiendæ proli obstaculo sit,  
 impedimento, quo sublato, & sublata con-  
 ditio manebit, tamen in perpetuam viduitatē  
 præcipua fuisset.

Quid verò circa dotis privilegia, in muli-  
 eri natura sterili, dicendum sit, luculenter  
 idem Barbos. *diēt. 1. part. 1. l. ex numer.*  
*versicul. Quoad secundam, qui numer. 99.*  
 magis communi sententia probat, in ea,  
 privilegiorum concessionem cessare, per *tex.*  
*adigere. §. quavis, infra de jur. patronat.*  
*glossa sententia in l. adoptivum §. patronum,*  
*ne nubat, supra de in jus vocand. §*  
*in l. conventiculum, numer. 1. C. de Epif-*  
*cleric.*

Superiori autem sententiæ, qua re-  
 movetur adversus communem, non valere  
 conditionem, si non nupserit, ad tempus rel-  
 atam, non obstat *text.* qui pro communi  
 dicitur, in *diēt. 1. si vir uxori. §. final. su-*  
*per. nam in illo text. impuberum libe-*  
 rum cura postulabat, ut conditio in puber-  
 tum tempus dilata valeret, quorum intuitu,  
 favore, temporalem viduitatem matri a  
 matre injunctam valere, non dubie pro-  
 bat *text.* ibi, quia magis cura liberorum, quam  
 matris injungeretur, ut sic, si impuberes non  
 essent, nec temporalis viduitatis conditi-  
 o, in muliere valere, magis probet ille  
 text. atque ita, pro ea, quam defendimus  
 communem, sententia retorqueri,  
 est. Peculiaris verò, & constans, ratio  
 datur, ob quam, propter impuberum

liberorum curam, & officium, talis conditio  
 admittitur, quia, scilicet, cum alias legis be-  
 neficio, suscipiendorum liberorum causa, re-  
 mittatur, incivile erat, susceptorum curam,  
 in qua etiam publicus Reipublicæ favor, &  
 utilitas versatur, omittere, suscipiendorum  
 intuitu, & respectu: denique, Reipublicæ  
 favor, qui in suscipienda prole, non dum cer-  
 ta consideratur, ad hoc, ut conditio remitta-  
 tur, considerari, multo magis debuit, in pro-  
 le jam suscepta, & certa, ad hoc, ut admitte-  
 retur.

29 Confirmatur hic intellectus ex *text.*  
*in l. penult. infra qui, §. a quibus manumiss.*  
 ubi, æque impuberum liberorum cura, in  
 causa fuit, ut patronus, qui libertam jure  
 jurando adigit, ne liberos impuberes habens  
 nuberet, contra legem Æliam Sentiam fe-  
 cisse, non videretur, in quam, certum est,  
 quod incidit, qui libertam jurejurando ade-  
 git, nè intra certum tempus nuberet *d. in-*  
*testato, §. si quis libertam, infra de suis, & legitim.*  
*heredib. atque ita concordat Accurs. in d. l.*  
*penult. text. ibi cum d. §. si quis libertam, se-*  
*quitur Azonem.*

Secundum quæ apparet, præceptum  
 temporalis viduitatis non excusare, semota  
 impuberum liberorum cura, unde destrui  
 videtur fundamentum, quo antea, sustinere,  
 contendebamus, legum decisiones, quæ fili-  
 abus, ad certum vltque tempus sine parentum  
 consensu nubentibus, pænam exheredationis  
 imponunt.

30 Sustinendæ nihilominus eæ sunt,  
 quia in ijs legibus viduitas ad tempus, abso-  
 lute non injungitur, sed intenditur, nè in-  
 tra certum illud tempus, quod legislatori  
 conveniens visum fuit, filix sine parentum  
 consensu nubant: quod præceptum, absolu-  
 tam ullius temporis viduitatem secum non  
 portat. Quod si dicatur, quale quale nupti-  
 is impedimentum portare, quæ non debent,  
 ex alieno arbitrio pendere, adeo ut & si  
 puellæ legatum relinquatur si arbitrato pa-  
 rentum nupserit, nubendo cui velit, obti-  
 neat legatum, remota arbitratus conditio,  
 quæ nec ad patris arbitrium relata valet, ut  
 supra tradidimus ex *Costa d. §. si arbitrato,*  
*ampliacione final. numer. 13. ubi numer. se-*  
*quenti in fine citat Atetin. conf. 67. id in ma-*  
*tre secure admittentem, & in patre Aymon.*  
*Savillian conf. 1. numer. 3. quibus additur*  
*noster Gama id in patre probans, & in se-*  
*natu judicatum referens Decil. 314. num. 3.*  
 propè finem: Respondendum erit objectioni  
 huic, non procedere argumentū de dispositio-  
 ne hominis, ad legis dispositionem, quippe qui,



maior est legislatoris potestas, quam hominis, & idcirco quod ille potest in legis sanctione, non potest hic in ultimæ voluntatis suæ ordinatione; Deinde etiam respondetur, latores legum, de quibus agimus, parentum consensum, in nuptijs filiarum, pro vitanda pæna non requirere perpetuo, sed ad tempus, quod contrahendis nuptijs incongruum non est, idquæ ex generali, legitima, & honesta causa, quam supra expendimus, lege decerni potuit, quavis hominis dispositio, sine lege, in testamento suo jubere id, non possit *l. nemo potest, sup. de legat. prim.*

Dixi, hominis dispositionem, sine lege, in testamento jubere, non posse, mulierem non, nisi de parentum consensu, ad certum usque ætatis annum matrimonio copulari, quasi, nec ad certum tempus, & ad parentis personam coarctata arbitratus conditio, valeat.

31 Quam tamen valituram, sine dubio credo, stante lege, seu statuto, pænam exheredationis, filia imponente, quæ sine parentum consensu nupserit, ante certum illud ætatis tempus. Quo fit, ut si hodie puellæ quidquam relinquatur sub conditione, si ante vigesimum quintum ætatis annum, non, nisi de parentum consensu, nupserit, si interim citra parentum consensum nubat, non adipiscetur legatum, quia talis testatoris voluntas, sine lege non procedit, sed legi potius conformis est, quod enim ille, luctu inuitamento, hoc lex, pæna metu præterdit, porro, iusta, & legitima palam est testatoris voluntas, quæ legis dispositioni conformis est.

Quia verò lex in filia nubente loquitur, non in filio, in masculo prædicta sententia non obtinebit, in quo, æquæ ac in femina, admitteretur, admissio communi calculo, qui temporalem viduitatem in conditione admittit. Sed & si simplex arbitratus conditio in persona patris, aut matris, puellæ minori injungatur, conditionem valere, puto, intra tempus à lege definitum, ita, ut si intra illud, spreto parentis arbitrio puella nubat, legatum acquirat, sic Costæ, & aliorum, de quibus supra, sententia limitata, qui simplicem arbitratus conditionem, nec in parentis persona valere, probant, ut, scilicet, non procedat in puella, ante vigesimum quintum ætatis annum sine parentum consensu nubente, Quæ quidem observatio, nova, & ad praxim utilis est, testatoris verò voluntati quam maxime conformis, enim verò, qui ita legavit, *Mariae fundum do lego, si non, nisi de consensu patris sui, nupserit*, æque voluit, ut Maria, quæ minor erat, ante vigesimum quintum ætatis annum, non, nisi sub patris consensu,

nuptui traderetur, ac post, quod si maior in vnum, quam in alterum vitæ tempus, defuncti voluntas conjicitur, profectio illud conjicienda erit, quod prius est, & in quæ præcipue, propter fragile, & in firmum ætatis consilium, multis captionibus, multorum quæ insidijs exposita mulier est *l. 1. supra minorib.* cum ergo testatoris voluntas materiam in priore, quam in posteriore ætatis tempore, locum sibi vendicet, aut saltem in minorem in vno, quam in altero, & in illo, & legitima sit, utpotè legi conformis, eam adjuvans, affirmandum utique erit, eam in currente, valere, illo vero transacto, in utroque manere.

Nec inconveniens est, ut eadem conditio ad tempus valeat, post tempus non, quia tum hoc à voluntate defuncti pendet, quæ conditionibus primum locum obtinet, cuius regit *l. in conditionibus, supra hoc titul.* quomodo, cum conditio, ad certum illud tempus lege præfinitum restricta valeat, ut supra didimus, utique, simpliciter prolata, ut in præfinita specie, ex testatoris mente, potius ad gale tempus reducenda erit, ut ita valeat quam indefinite accipienda, ut ita corrumpendum regulam *text. in l. 3. sup. de minorib. testament.* & in *l. quoties in 2. sup. de verb. significat.* secundum quam temper præsumitur, testatorem actum validum facere voluisse: quæ conjectura, & interpretatio pro validitate potentior est alijs, & alias omnes tollit, & eorum interpretationum regina dicitur à *hal. consil. 51. num. 38 & 39.* & pro reponit, ad quæ primum recurri debeat *Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. libr. 12. tit. 1. numer. 13.* vbi plurimos refert: & est, quod crebro dicitur, quia testator, in vno præsumitur, cum legis dispositionem suam conformare, voluisse, ut dunt *Bare. numer. 4.* & alij in *l. heredes cum ita, & in l. heredibus §. 1. infra de Senatusconsult. Trebell. lat. in l. 3. numer. 26. de legat. prim.* quo argumento, ac voluntate conjectura inde collecta, ad varios iuratos culos sæpissime scribentes videntur, ut ex relatis à *Mantic. de conjectur. lib. 6. tit. 1. numer. 8.*

Sed jam, ex supra dictis defensa manet iustitia, & validitas nostræ legis regia *d. lib. 4. tit. 88. §. 1.* quam luculenter more suo explicat signis Barbosa in *l. 1. 4. part. a. num. 35. casus quentib. sup. solut. matrimon.* & eam tribus dis limitat *ex nu. 43.* Ultra quas limitat tres alias addam, totidem prius, pro maiori iustidem legis ornatu, ad eandem præmissa conditionibus, cum declaratione vna.

32 Legem igitur declaro, ut habeat



quæ vigesimum quintum ætatis annum  
 dum complevit, quanvis eundem jam in-  
 cepisset; Nec hic completum intelligo, de  
 momento natiuitatis, ad nuptiarum momen-  
 tum, sed quæ attingit supremum anni diem,  
 quo vigesimus quintus annus in ea perficitur,  
 nisi jam eum ætatis annum complevisset, le-  
 vinculo liberabitur, cui interim subiecta  
 ardebat: itaque, quæ Calendis Ianuarijs na-  
 scitur, ortu Jani sole, vel etiam post solis occa-  
 tum, vigesimo deinde quinto anno, incipien-  
 tes Calendis Ianuarijs, (quæ more Roma-  
 quo nos vitamur, a media nocte incipiunt,  
 sequentis noctis media parte finiuntur, l.  
 Romano, supra de ferijs, quem locum  
 pleat Anton. Augustin. libr. 4. emendation.  
 licet alij aliter observent mensuram  
 tradit Gellius libr. 3. noct. Articar. cap.  
 de Sacro Bosco in libello de anni ratio-  
 seu computu ecclesiastico, sub titulo de dieb.  
 artificialib. & artificia lib. & ex nostris copiose Ti-  
 berius. lignag. §. 1. glossa 11. ex numer. 1.)  
 vigesimum quintum ætatis annum, quoad  
 elens intentum, cõplevisse, dicitur. Quæ  
 enim iure civili, diversimode secundum di-  
 versas actones computetur annus, vt magis  
 tradit glossa in l. 3. §. minorem, verb. no-  
 supra de minorib. aliquando enim, de  
 momento ad momentum fit computatio, vt  
 §. minorem, in restitutionis materia: & ad  
 descriptionem requiritur, quod novissimus  
 dies sit elapsus l. in omnibus, infra de obli-  
 gationib. & actionib. aliquando, annus incipit  
 habetur pro completo, vt in Reipublicæ  
 honoribus, & honoribus, favoris causa consti-  
 tum fuit l. ad Reipublicam, infra de manerib.  
 quod, aliter constitutum est iure  
 regu. ord. lib. 1. tit. 92. in prin.) & in ca-  
 §. Fabius Anton. alias incipit,  
 infra de Trebell. aliquando tandem  
 completus dicitur annus, in initio postremi  
 & hoc frequentius, & regulare est l. in  
 §. 2. infra de verbor. significat. & sic  
 computatur annus, ad testamenti factiõnem  
 supra de testam. & ad pupillaris  
 institutionis durationem sic computatur ex  
 sententia, quam, ad verlus vigiliam, &  
 §. in mactulo, inst. de pupillar. subst. de-  
 cost. in cap. si puer. 2. part. verbo, de sen-  
 tenciis puer. num. 2. vers. ego ta-  
 de testam. lib. 6. & in vocatione, pro-  
 §. in vocationibus, cum l. sequenti,  
 de vocationib. & in vocatione, infra de di-  
 §. temporali. prescriptionib. tradit Con-  
 §. in vocationibus, sup. §. 12. num. 10. & in  
 §. in vocationibus, ad hunc modum an-  
 §. in vocationibus, quam in vocationibus, commu-  
 §. in vocationibus, ad hunc modum an-

reducenda sunt, vt asserit Connan. d. num. 1.  
 versicul. At communis, & ideo, interpretatio-  
 nem hanc, semper omnibus legibus, consti-  
 tutionibus, & edictis fore adhibendam, & pro  
 regula servandam, nisi aliud non inuatiõ cau-  
 atur, monet ibidem, num. 4. in princip. Nec  
 civili tantum, sed etiam Canonico iure, anni  
 computatio, varia est, vt tradit glossa 2. in cap.  
 ad nostram, extra de regularib. glossam cap. sub  
 diaconus 77. distinct. Felin. in cap. cum viges-  
 mum, nu. 7. de offic. & potest. iud. delegat. Quan-  
 vis, inquam, ita varie computetur annus, &  
 in præsentis, quia lex pænalis est, videbatur,  
 quod annus incipit, pro completo habere-  
 tur, vt filia vigesimum quintum ætatis annum  
 ingressa, nubens sine parentum consensu, pæ-  
 nam legis evaderet, cum, odia restringi, favo-  
 res vero, conveniat, ampliari, præsertim, stã-  
 te glossæ sententia in dict. §. minorem, quæ to-  
 tam hanc computationis varietatem tribuit fa-  
 vori, aut odio subiectæ materiæ, quam sequi-  
 tur glossa in dict. cap. ad nostram, & optimam  
 appellat, ac ad eam semper recurri, dicit Af-  
 fic. lib. 2. constitution. rubr. 45. numer. 8. Na-  
 hilominus tamen in præsentiarum quælibet  
 ultimi diei pars, quo perficitur vigesimus qua-  
 tus ætatis annus expectanda est, nam, præ-  
 terquam quod communis illa glossæ sententia  
 secura non sit, quæ displicuit Connan. d. c.  
 12. numer. 2. vbi de usufructu termino, eju-  
 que ratione disputat, nec enim placet senten-  
 tia existimantium, regulariter computationem  
 fieri de momento ad momentum, nisi aliud re-  
 periat expresse, de quib. Tiraq. d. glossa  
 11. num. 26. Gom. l. 70. Taurinum 25. ver-  
 us enim est, regulariter anni mensuram, civi-  
 liter loquendo, & secundum communem cõ-  
 suetudinem, ultimi diei initio compleri, iux-  
 ta d. l. anniculus 1. & 2. quæ leges, palam est,  
 quod ad civilem, & communem loquendi v-  
 sum respiciant, non ad favorem, aut odium  
 dispositionis. Vera, & constans resolutio est,  
 quod, prius, & ante omnia, ad statuentis ver-  
 ba attendi, debet l. quod constitutum, vbi ne-  
 ravit Bart. in princip. dicens, quod lex illa so-  
 let allegari in materia statutorum, quod non  
 recedatur a verbis statuti, sup. de testam. de  
 milit. l. si servum §. prætor ait, versicul. non dixit  
 prætor, supra de acquirand. hereditat. & pluribus  
 citatis tradit Tiraq. in l. si unquam, verbo liberi-  
 tis numer. 4. Cod. de revocand. donationib.  
 Adco vt, quanvis, lex pænalis sit, ab ejus  
 tamen verbis recedere, non liceat l. prof-  
 pexit infr. qui, & a quib. manusmissi & in  
 materia nostra, quod verba dispicienda  
 sint ad anni computationem, probat text.  
 in l. si ceteri legatur vbi glossa, Bart. & alij  
 supra de legat. prim. Felin. in dict. cap. cum



vigesimum numer. 7. *Connan. dict. cap. 12. num. 3. & final. versicul. ex his, ubi hoc pro certo, ac regula tradit*

Qua vera, & communi doctrina praesupposita, notanda sunt verba *regiae legis nostrae dict. libr. 4. titul. 88. §. 1. quae sic habent, se aliqua filia antes que aja vinte & cinco annos, &c.* quae verba vigesimum quintum annum completum significant, nec enim, viginti quinque annos habere, dicitur, quae vigesimum quintum non dum complevit.

Pro quo facit Bart. sententia in *dict. l. si cui lege getur, numer. 1.* tradentis, quod ubi tempus aetatis apponitur per accusativum, adjecto verbo, ex natura sua rem perfectam significante, quale esse, dicit, verbum, *pervenisse*, per jura quae allegat, tunc, annum completum esse, oporteat, & ita intelligit *text. in dict. l. si cui lege getur, & in l. non putabam, supra stotul.* secundum quam sententiam, idem dicendum erit, ubi tempus aetatis appositum fuerit per accusativum, cum verbo, *habuerit*, seu, *habeat*, id enim verbum, rem perfectam significat, *l. habere, infr. de verbor. significat.* imò si verum amamus, hae ratio, *antequam vigesimum quintum aetatis annum habeat*, ad quam rediguntur legis nostrae verba supra relata, vel, *cum vigesimum quintum aetatis annum habuerit*, quae idem significat, propius, ac multo magis enunciat, annum completum esse debere, quam illa, *cum ad vigesimum quintum aetatis annum pervenerit*, de qua Bartol. quod si contra Bartol. magis placeat sententia existimantium, accusativum, natura sua, etiam sine verbo rem perfectam inveniunt, anni complementum requirere, ut tentaverunt Dyn. Ray. & Baldus *per text. ibi in l. si in annos, supra hoc titul.* Petr. Cyn. Bald. & Alex. in *dict. l. si cui lege getur*, ubi eos retulit, & secutus est Ias. num. 12. multo magis praedicta interpretatio ad ordinem nostram erit amplectenda, cum ejus verba supra relata, in latinum eloquium conversa, accusativum ferant. Atque ita, cum tempus aetatis, appositum sit per accusativum, quod, natura sua, secundum praedictorum sententiam, annum completum desiderat, & per verbum, *habere*, quod, quia rem perfectam significat, anni perfectionem exoptulat, manifeste apparet, in terminis nostrae legis ad evadendam praenam, completum annum esse, oportere, secundum ejusdem legis verba, à quibus non est recedendum.

33 Completum autem intelligimus, non de momento ad momentum, nam hujuscemodi computatio, quamvis ea aliquando Jurisconsulti nostri videntur, naturalis est, & ad Astro-

quam, anni mensura, & computatio, solis cur- sui adaequatur, & dividitur in menses, dies, horas, puncta, momenta, uncias, & atomas. Contiat vero naturalis annus, qui secundum diversos, diversa principia habuit, ut tradit Ioan. de sacro Bosco *de computu ecclesiastico, titulo de anno solari, late Covar. lib. 4. par. c. 18. n. 4.* (qui, & solaris dicitur, eo, quod spectum temporis sit, quo, soli circumiens totum Zodiacum motu proprio, regressitur ad idem punctum, à quo digressus fuit) trecentis sexaginta quinque diebus, & unius diei quadrate id est, sex horis, quae, confusionis vitanda gratia, integre supponuntur, cum revera naturalis cursus solis, eas integras, & completas non abluat, sed illis, unius duodecimae partem, & haec non ex toto, debet, auctore sacro Bosco *ubi supra.* Unde, post multas annorum revolutiones, ex minutis illis spatijs, quae in sex horis cujuslibet anni, complementum solaris cursus exsuperant, decem dies collecti sunt, quos nostris temporibus detractos vidimus anno Domini millesimo qui centesimo octogesimo secundo, ita ut anno illo post festum beati Francisci quo celebratur die quarta mensis Octobris, sequenti die, decima quinta ejusdem mensis es numeraretur: quod Gregorij decima temporis motu proprio providum fuit, cautumque in posterum, ut debitis temporibus Pascha deinceps celebraretur. Ex praedicto autem sex horis spatio, quod iam difficile esset, eas cuilibet continuare, singulis quadrienijs dies integre collectus, & intertus fuit, quod institutum à Julio Caesare, refert Ale. in *l. cum bissextus, cum bissextus, circa principium, versicul. sed quoque modum, infr. de verbor. significat.* & in eisdem Caesaris vita prodidit Sueton. *Transylv. c. 40.* qui dies, Februario mensi potius, quam alij, non sine causa additus, & intercalatus, quam causam, mensis ille intercalaris dicitur, *l. cum bissextus, in fine, bissextilem annum efficit, sic nuncupatum,* (ut & hoc obiter gratiam curiosi lectoris adnotemus ex sacro Bosco *de computu ecclesiastico titulo de anno bissextili*) quoniam eo anno, ille, qui, ad Calendas Martias, revera factus est, & sequens, qui intercalatur, sextus quoque nuncupatur, nam biduum illud, in uno die habetur, unde legentes in martyrologio, bis pronuntiant, *sexto Calende Martias*, quos dies ponentes super eandem literam, & circo bissextus annus dicitur, in quo bissextus ante calendas dies est, alij bissextus nuncupari, autumant, quoniam annus qui trescentos sexaginta sex dies continet, senarium numerum continet, unde à senario numero in eo anno bisita replicato, bissextilem appellari, dicunt, auctore crichto



religioso viro Francisco Titermano *de rerum naturalium consideratione lib. 7. cap. 17. in fine.* Quod autem, biduum illud, pro vno die habeatur, ut nihil referat, an quis natus sit prior, an posteriore die, semper, namque, sexto Calendas Martij, ejus natalis dies erit, ait *Instit. Celsus in d. l. cum bissexto d. l. 3. §. minorum, supra de minorib.* quod, ad multas juris actiones notandum est, quanvis, vbi dispositio præter de certo dierum numero, dies intercaris, qui posterior est, etiam computetur quæ alius à priore, vt probat Alc. *per text. ibi in d. cum bissexto, versicul. fin.* & fuit sententia Hugonis glossatoris antiqui, quam refert Accursius in l. 2. glossa finali in 1. solut. *infra de divers. temporalib. prescriptionib.* quam etiam cautum, dies ille, bissexto dicitur, vt eum vocat *Alc. d. l. cum bissexto*, quoniam, scilicet, biduum illud, bis sextus, Calendarum Martij dies est, posteriore verò, ex Ecclesiæ institutione celebratur festum beati Mathiæ Apostoli, inde versus.

*Bissexto sextæ Martis tenere calendæ,  
Posteriore die celebrantur festa Mathiæ.*

34 Hæc autem, ad naturalis anni mensuram, qui proprio, & pleno solis cursu perficitur, spectant; sed nos, cum annum dicimus, non ita stricta, curiosa, & astronomica computatione acceptum intelligimus sed civilem intelligimus, qui constat ex trecentis sexagintaquinque diebus *l. 4. §. Stichus si heredi, infra de liber. d. l. anniculus, 2.* ubi Alc. *in fine*, cum completum dicimus, cum intelligimus quæ ultimus dies incæpit, incipit autem more Romano, quo nos utimur, à media nocte, ut videmus supra, hæc enim anni computatio, civilis est, & secundum communem loquendi modum, dicitur *l. anniculus. 1. & 2.* quam intelligimus, cum annum completum dicimus, præterquam vbi aliud reperitur expressum, vt in *l. d. §. minorem*: loquendi, namque, vsus communis, in moralibus actionibus primum obtinet, ut secundum eum verba intelliguntur *l. Labeo, versicul. non enim, sup. de success. legat. librorum. §. quod tamen Casius, de legat. tert. ubi glossa finalis, Bart. in l. testamentaria sup. de legat. prim. tradit Covar. de test. lib. 2. part. cap. 4. §. 1. num. 2. idem lib. 3. part. cap. 5. num. 1.* & pro communi regula videtur Dec *conf. 472. Testator, col. 2. versic. in principio dubio*, pluribus exornat Tiraq. *de retr. pag. 2. §. 2. glossa 1. num. 6.* vbi ex Abb. *in c. de arbit. 2. de arbit.* tradit, communem loquendum debere attendi, & propriæ significationis præferri in omni materia quantumlibet obliqua, & restringibili, idem *Ded. d. col. 2. præ-*

dicta vero de anni computu, & complemento observatio, in jure nostro otiosa videri, non debet, nam ultra varias decisiones ad certum annorum numerum spectantes, plurimi sunt casus, in quibus divina, canonica, & civilia, jura, unius anni termino utuntur, vt constat ex adductis à Quintilian. *Mandos in regul. Cancell. regal. decim. quest. 4. ex num. 12.* ex quo loco non aginta casus cumulat, unius anni termino terminatos, omittens alios.

35 Atque his explicitum manet, pro interpretatione legis nostre, ad quod vsque ætatis tempus, filia, sine parentis consentu nubens, exhæredationem incurrat. Nunc ad ejus ampliationes deveniendo, prima sit, ut lex habeat locum etiam in naturali filia: Nam, & hæc, vbi ei, aliàs, parentis successio, æquè ac legitimis, deberetur, si nubat antequam habeat vigintriquinque annos, absque illius consentu, incidet in legem: Nec enim, ad paternam successionem, melioris conditionis esse, debuit, quæ, inhonesto, & illicito coitu quæsitæ fuit, quam quæ, honesto, & licito, cum illam eadem culpa neglecti obsequij paterni, & eadem legis ratio, paterna successione indignam ostendat, vt inferius expendemus.

36 Obstare tamen, videbatur, quod in legis dispositione, filiorum appellatione, regulariter, naturales non comprehenduntur, vt in quæstione illa, an in legis dispositione, filiorum vocabulo naturales contineantur, quam arduam, & cæteris difficiliorem, post Alex. *in l. ex facto §. si quis rogatus, num. 25. infra ad Trebelian. dixit Gabriel Paleot. in tractatu de nothis, & spurij cap. 32. in princip.* tandem post diversas diversorum sententias, pro regula constituit idem Paleot. *d. c. 32. num. 3. ad fin. versicul.* sit igitur pro regula, vbi late profectitur, (quid verò, in testamentis, & contractibus, juris sit, agit idem Paleot. in capitulis præcedentibus, & remissive *lat. in §. panales num. 58. instit. de actionib. & circa testamentariam dispositionem, ad conditionem, si sine liberis, latè Emmanuel in §. & quid si tantum §. part. ex num. 57. & in c. pater. 1. part. verb. si absque liberis, à num. 34.*) quod maximè obtinebit, vbi, legalis dispositionis materia, pænalis, & odiosa sit, juxta *regul. odia, de regul. jur. lib. 6. interpretatione, infra de penis, porrò, exhæredatio, odiola est, & id circo non debet, interpretatione juvari l. cum quidam, in fine, sup. de liber. & posthum. notant Bart. & doctores per text. ibi in l. 2. eod. titul. tradit Mantica. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 4. titul. 11. ex num. 18.* qua propter, in dispositione legis pænali, & odiola, videbatur, quod, filia appellatione, naturalis non subintelligeretur; Nec in conveniens esse, putatur, quod interdum illa, melioris



conditione, quam legitima, censeatur, nam, & sic contingit in filia ejus, qui artem ludricam fecit, quæ, si legitima sit, senatorio viro nubere, Julia prohibetur, non verò, si naturalis sit tantum, *l. lege Julia §. hoc capite, infr. de ritu nuptiar.* sic etiam in lucro, & commodo pecuniarum, aliquando, naturalis, melioris conditionis est, quam susceptus ex justis nuptiis, ut observat Pinel. *noster in 2. part. rubr. C. de bon. matern. numer. 8.* Præsertim, quòd non æqua videtur ratio, in nostra specie, circa filiam naturalem, ac legitimam, cum naturalis, non ita dedecoret parentes indecoris nuptiis, ut legitima.

Sustinenda tamen prædicta sententia erit, & ampliatio ad d. legem nostram, nam, & si in legis dispositione, filia appellatione, regulariter non comprehendatur naturalis, id tamen fallit, ubi una, & certa est legis ratio, quæ in naturali quoque vigeat, tunc enim dispositione legis in filio loquentis, naturalis continebitur, ut legitimus, nec quidem extensive, quasi facta legis extensione de casu ad casum, sed comprehensive, quasi vere, & proprie, legis dispositione de filio loquentis, naturalis quoque comprehendatur, ut tradit Palæot. *d. c. 32. num. 3 in princip.* qui hanc ad prædictam regulam, fallentiam, sequenti capite profequitur; Id enim vis rationis operatur, quæ, cum ad legis sanctionem una est, omnes casus, quibus convenit, pariter decedit, non extensive, sed comprehensive, sicut enim genus comprehendit diversas species, ita generalis ratio legis diversas species casuum emergentium, ut dixit Bald. *in l. de quibus, sup. de legib.* & ante eum Petr. & Cyn. *in l. jura non in singulas, cod. titul.* quòd fit ut, & si legis dispositio correctoria sit juris antiqui, & pænalis, & odiosa, comprehendat tamen omnes casus, quos illius ratio, vel expressa, vel subintellecta comprehendit, non obstante crebra, & vulgari traditione, quæ in prædictis extensionem denegat; nam tunc legis extensio non inducitur, sed ipse potius dispositione omnes illi casus comprehensi dicuntur. Idque ex eo ostenditur, quia cum ratio legis, legis anima sit. C. Marcion. *1. quest. 1. late Tiraq. in tractat. cessante causa 1. part. num. 133.* & sequenti Barbof. *in l. 1. 1. part. numer. 87. versicul. Et facit, sup. solut. matrim.* omnes casus, quos ratio amplectitur, legem ipsam amplecti, merito dicemus.

27 Ex quibus apparebit, legem nostram de filia loquentem (quanvis verbum hoc, proprie ad illam referatur, quæ ex viro, & vxore ejus nascitur *l. filium, sup. de his qui sunt sui vel alien. jur.*) de naturali quoque fore intelligendam, si ostenderimus rationem illius, ad hanc etiam pertinere. Quòd munus ut absolvamus,

notandum erit, quòd nostræ legis ratio patris am potestatem non respicit, enim vero idem æque lex disponit in filia respectu matris quam, certum est, filios in potestate non habere, & procedit etiam in emancipata, & videtur ut tradit Barbof. *d. l. 1. 4. part. num. 42. ad finem* sed legis nostræ, & similium ratio versatur in obsequio, quod filia parentibus debent, quod obsequium, cum naturalis juris sit, juxta quantum decalogi præceptum, naturales quoque filios obligat. *l. adoptivus §. 1. supra de ritu nuptiar.* unde, & hi, parentes, sine venia in jus vocare, non possunt. *l. parentes sup. de in jus vocand.* ubi glossa, tradit glossa *in §. pænales, verb. parentem, instit. de actionib.* ubi las num. 7. convenit *ord. nostra lib. 3. titul. 9. §. 1.* quod ad paternum pertinet obsequium, & debita reverentiam *l. 2. C. de in jus vocand.* & una omnibus parentibus servanda reverentia, ait. Paul. *Jurisconsult. in d. l. parentes,* per quem dixit ibi Gul. & alij quod in provisionibus ordinatis à natura, cujusmodi est jus alendi, honorandi parentes, appellatione parentum & liberorum, naturales quoque comprehenduntur, tradit Tiraq. *in l. si unquam, verb. natione largitus, num. 289. C. de revocand. donationib.*

Atque idcirco, cum ratio legis nostræ, hac debita parentibus reverentia consistat, quam servare, tenentur naturales filia, legitima, *d. l. parentes,* præsertim, quòd obsequium hoc, & reverentia, ad virginalem pertinet pudorem, & honestatem, *juxta c. de raptu 32. q. 2.* quæ naturales quoque filias ceter, merito, in illis quoque dispositio legis servanda erit, atque ita in naturali filia amplianda.

38 Secundo amplio legem, ut procedat etiam in filia, respectu successionis matris, cujus mater, eandem causam exhereditatam commisisset, quanvis multum ob stare videtur id, quod vulgo dicitur, non debere quod in alio reprobare mores, quos in se suscepit approbavit, ut tradunt omnes per text. *in l. in arenam, in fine C. de inoffic. testam.* text. probat, non debere filium, ex ea causa patre exheredari, quam ipse pater in se adhibuit, ex quo notant ibi Bart. Bald. & committer scribentes, matrem, quæ fuit meretricij causa exhereditariæ, secundum quam resolutionem, dicitur videtur, matrem, quæ ante vigesimum quartum ætatis annum, irrequisitis parentibus nuptui se dedit, non posse, filiam eadem causa notatam, exheredem facere. Cujus tamen contrarium, in hac specie verius puto, cum in legis ratio locum sibi faciat: Nam, quòd mater olim, proprio arbitrio parentibus suis ext



obediens, præsentem filiae inobedientiam, quam lex, punire, intendit, nullatenus cohercet.

39 Nec, quod de meretrice diximus, ejusdem filia eadem labe affecta, contrarium suum illic diversa ratio fit, quid enim mater, meretricij causam in exhæredatione, filiae objicit, quam ipsa non solum non custodiit, proinde tenebatur, ne nacta occasione male uteretur, juxta illud Ecclesiastici, cap. 26. *In filia non avertente se, firma custodiam, nè inventa occasione utatur se*, sed etiam cui ipsa fortassis, quod turpius, & damnabilibus est, turpissimo vitæ exemplo, & professione, ejusdem turpitudinis præbuit occasionem.

40 Quo fit ut, & si diversum jus in patre tradatur, qui ex sententia Cyn. & Raphael. vulg. quos retulit, & sequutus est Ias. *in d. l. in arenam, num. pen.* & si publicus, & magnus meretricator esset, ut ille loquitur, filiam tamen, ob meretricij causam poterit exhæredare, quod probant alij, quos refert, & sequitur Tiraq. *de legib. connubialib. l. 1. n. 45. vers. propterea quanvis*, eam tamen sententiam limitantem censeam in patre, qui meretricandi causa, mulieres domum ducit, ubi, coram filia meretricijs amoribus utatur, aut eas cum filia conversari, permittat, unde illam in laqueum firmitatis suæ incidere, contingat. Nam cum patrem occasionem filiae præbuit, appareat, merito non poterit, illam ea causa exhæredare, cujus ille originem, sibi merito debeat imputare, propter domesticum, quod filiae præbuit, exemplum, nam ut Juve-nalis ait *Satyra 14.*

*natura jubet, velocius, & citius nos  
trumpunt vitiorum exempla domestica, magis  
subeant animos auctoribus.*

Cui sententiæ præstat argumentum *text. in cum mulier, supra solut. matrimon. ibi, cur enim reprobet maritus mores, quos ipse ante corrupit.* Nec sic idem jus in utroque parente, temperat, & aequè probamus. Nam in matre hoc amplius est, ut, & si meretricio sub, nullam præbeat occasionem, nec turpitudinis exemplum, quia forte illa alibi commorans, paternæ turpitudinis ignara luxuriosè vivat, tamen, ob meretricij causam exhæredare nequeat, quid enim, filiae meretricium exprobat, quod in se ipsa approbavit? Obstat ei frequentis assertio *in d. l. in arenam, secundum legem, mores, quos in se quis suscepit, & approbavit, alij objicere, in eoque reprobare, sequitur: In patre verò, non ita se res habet, qui si publicus meretricator sit, filiam, meretricij causa exhæredare, poterit, juxta nostrorū*

sententiam supra dictam, præterquam in calu, in quo eam limitavimus: quia, nempe, secundum mores hominum, in masculo, non ita reprehensibilis est meretricandi consuetudo, ut in fæmina, in qua secundum mores hominum major castitas exigitur, ut dixit *glossa 1. in l. palam §. que in adulterio, sup. de ritu nuptiar. quod etiam tradidit Bart. in l. heredibus §. Titius num. 2. infra ad senat. cons. Trebell. Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus col. 3. versicul. Item fallit tertio, eod. titul.* & multa de more congerens Tiraq. *d. l. 1. connubial. num. 45, per totum cum sequenti, pro quo adducit solet l. si qua illustri C. ad senat. consult. Orfician. vbi optimè esse text. dixit Tiraq. d. num. 45. qui quidem illam in masculo, ac fæmina differentiam mihi non probat, ea tamen procedit, & quidem secundum mores, & leges hominum, quanvis secundum legem Dei, marem fornicatorem, gravius offendere, quam fæminam, Theologorum multi autument, ea ratione, quia mulieres, natura imbecilliores & ad libidinè procliviores sunt quam mares, ut refert, Tiraq. *d. l. 1. num. 86. & l. 9. num. 90.**

41 Quod verò in matre communis ait, limitari solet in ea, quæ anteactæ vitæ pænitens & emendata est, ut hæc, non obstante pristino suo, quo coinquinata fuerat, vivendi genere, ex prædicta turpitudinis causa filiam exhæredare, possit, ut tenuit Bald. *in l. si filiam C. de inoffic. tradit Hippolit. in l. unie. num. 20. C. de rapt. virgin. pro quibus induco text. in dict. l. in arenam, in fine, ibi, nisi, & ipse similis conditionis sit.* Quæ verba ad præsens tempus referuntur.

42 Circa quod, duo investiganda sunt, primum, an etiam erroris sui pænitentem, & emendatam jam filiam exhæredare possit, ad quod spectat assidua illa nostrorum quæstio, an scilicet pater filium, qui causam exhæredatione dignam commisit, de qua tamen postea pænituit, exhæredare ob eam, possit? in qua crebrius asseritur, filij culpam exhæredatione multandam, ejusdem pænitentia aboleri, ut constat ex pluribus citatis à Barbota *d. l. 1. 4. part. ante num. 25. sup. solut. matrimon. quod Costæ in §. & quid sit tantum 3. part. num. 192. tum demum placuit, quando exhæredationis causa à filio commissa, principaliter, non patris offensam, sed ipsius potius filij ignominiam perseveranter concernit propter turpem vitæ professionem, quam si revocet, exhæredationis pænam evadet, qui præterens est casus, pro quo inducit *text. in Auth. ut cum de appellat. cognoscit §. causas autem, ibi, si præter voluntatem parentum, inter arenarios vel mimos se se filius sociaverit, & in hac professione permanserit.**



42 Secundum investigabile erit circa maternae pœnitentiæ, & resipiscentiæ tempus, quid enim si, non tam libidinis tadio, quam ætatis senio, aut assiduo aliquo infirmitatis gravamine præpedita turpem vitam dereliquit? quo casu, matris correctionem, & pœnitentiam, ad filiæ punitionem, in causam exhæredationis, non valere, censeo. Nam, quavis peccatoris correctio, & pœnitentia, in quacunque hora ad piissimum Dominum Deum nostrum in gemiscentis, proficua semper sit, & salutaris coram eo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat, qui neminem vult perire, sed omnes vult salvos fieri, cujus pietas, maior est quam cuncta cunctorum impiorum scelera, & iniquitates, tamen res hic agitur, & judicatur ab hominibus, quorum oculi, carnei sunt, exteriora videntes, & discernentes, secundum quæ, non decet, mulierem, mores, quibus ipsa in se, quoad potuit, usa fuit, filiæ impropere, & ideo sera illa correctio, & pœnitentia matri non proderit, ut filiæ in exhæredatione obesse possit, tametsi adhuc illa non pœnitente, de hac quippe loquimur in præsentibus; Nam illa, quam antea vitæ pœnituit, exhæredari non poterit etiam à matre, quæ nunquam in eodem genere mali deliquisset, secundum commune placitum, quod in hac specie, Costæ placuit *in d. 3. part. §. Et quid sit tantum num. 192.* sic que sublimitanda erit ante dictorum limitatio ad communem sententiam traditam *d. l. in arenam.* asserentium, matrem, quæ meretricium suum de reliquit, & emendata jam est, posse, filiæ ob eandem causam exhæredare, non procedat in matre sero adeo resurgente, ut merito, & proprius de tali muliere dici debeat, non tam, meretriciū de reliquisse, quam à meretricio ipsam de relictam fuisse.

43 Et certe opinio ista mea, sine dubio procedet, ubi mater, turpissimo vitæ suæ instituto, pessimo filiæ suæ ejusdem turpitudinis fuit exemplo; tali, namque, non solum meretricium suum, à quo destitit, sed, & filiæ meretricium, in quo hæc perstitit, imputandum semper erit, ut ita non possit mater, in filia crimen punire, quod dum ipsa in se laudasset, ejus in filia causa, & origo fuit, nam ut Juvenalis ait *Satyræ sexta.*

*Scilicet expectas, ut tradit mater honestos,  
Aut alios mores, quam quos habet? utile porro  
Filiolam turpi vetula producere turpem.*

In quam rem conducit *text. d. l. cum mulier sup. solut. matrimon.* & plura adducit *Tiraq. de legib. connubialib. l. 7. à num. 10.* qua de causa, quia filiæ materna opprobria imitantur, con-

sulit prociis Euripides in *Andromache*, ut ex bona matre filiam ducant. Quo fit ut, & mater à turpi statu resurgat a tate adhuc remanente, si tamen exemplo suo, in eandem causam filiæ nocuit, emendatione sua, in exhæredationem nocere, nequeat, cum filia, turpitudinis suæ originem, & causam adscribere mater possit, unde eam castigare, non debeat. Nec obstat, si dicatur, eam, quæ turpitudinis exemplum tulit, jam nunc spontanea ad meliorem vitæ frugem conversione, virtutis exemplum præferre, ut filiæ ad hæc non respiciendum quod illi præponderare debuit, exhæredationem facere, possit: Etenim origo rei, & initium jure nostro attendi solet *l. si procuratorem, sup. mandat. l. clam possidere, infr. de acquirenda possessione. Et gloss. utrobique, cum alijs: præterea, ad malum omnes proni sumus post primam prævaricationem unde vitiatam trahimus naturam, quæ antea à Deo bona bona cœdit fuerat, atque ita prava impellente natura, plus nocet mater filiæ, libidinis exemplo, quam pro castitatis documento, quoniam ut ille ait *Satyræ 14.**

*Turpibus, & pravis sumus omnes, & Catilinam docilis imitandis*

*Quocunque in populo videas, quocunque sub axe  
Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus usquam*

Præsertim, quod ut *Horatii* carmen vulgare ait *epistolar. lib. 1. epistola, 2. præpò finem.*

*Quo semel est imbuta recens, servabit odorem  
Testæ diu.*

Convenit illud proverb. 22. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* cui concinens *Ecclesiasticus* nosse erudienter parentes in filios *cap. 7.* ait, *filij tibi sum? erant eos, & cura illos, à pueritia illorum; & 30. cap. inquit, non des illi potestatem in juventute, & despicias cogitatus illius, cura cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus, dum infans est: forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor anima.* Quod in muliere malo aliæ facta magis obtinet, de qua est illud *Euripidæ* in *Andromache*: *Sed nullus contra mulierem remedia invenit adhuc malam.* Sunt enim, ut *Euripides* ipse ait in *Medea*, mulieres ad bona quidem ineptissimæ, & *Ecclesiastici 25.* dicitur, *brevis omnis malitia, super malitiam mulieris.* Secundum quæ, tum demum admitto, matrem, quæ à turpi vitæ professione resipuit, exhæredare posse filiæ in ea perseverantem, cum, quo tempore resipuit, florida adhuc ætate vivebat, ita ut, odio peccati resipuisse, credatur, & præterea, cum, ruina sua, in eandem ruinam filiæ nocumento non fuit.

Atque



Atque his ita explicatis, de relictoquæ me-  
riticio, quod alienum à nostro instituto est,  
ad castas redeamus nuptias, quarum præfens  
actio est. Apparet autem, ut diximus, filia,  
quæ ante vigesimum quintum ætatis annum  
in consulta matre, ad nuptum se dedit, non  
prodesse ad illius successionem obtinendam,  
illam, ejusdem admisi ream extitisse, quasi  
maternos mores secuta; Nam mores ejuſ-  
que, vno actu non determinantur, vnde non  
dicitur mercator, qui unam tantum mercanti-  
am fecit, nec aleator, qui semel lusit, nec le-  
ctor qui semel lusit, & sic in similibus. Bart.  
in l. legatis servis, num. 4. ff. de leg. tert. Bald. in  
rubric. C. de constit. pecun. in fin. Paris de Put. in  
maltat. de syndicat. in parte, officiales non possunt,  
num. 2. & 3. fol. 88. Aviles in capit. prætor. cap.  
2. glossa de mercatoria num. 3. & 4. Nomina e-  
nim dicta à consuetudine, seu ab actu genera-  
litate, acquiruntur vtu, & exercicio, non per  
vnicum actum, sed bimultum, ad id requirun-  
tur, ut etiam criminata notavit glossa finalis  
per text. in l. nemo, in fine. C. de Episcopab. audi-  
ent. & ad inducendam populi consuetudinem  
notavit glossa verbu inveterata, in l. de quibus sup.  
delegab. cui cony. nit. glossa in cap. monasteria,  
verb. frequentare, de vice, & honest. clericor.  
quæ voluit, actuum frequentationem donabus  
nobis induci, quod etiam not. vit glossa finalis  
in Auth. de defensorib. l. civitat. §. final. collat. 3.  
Abj. verò, ad introductionem publicæ consue-  
tudinis, certum actuum numerum non deter-  
minant, sed id iudicis arbitrio relinquunt, quod  
est ex mente Bartoli d. l. de quibus, in lect. num.  
ultimo, & in repetit. num. 12. sequitur ubi Bald.  
na. 15. versicul. sed quero, ubi ait, quod dicunt  
doctores, de numero actuum non posse dari  
certam regulam, & ideo iudicis arbitrio relin-  
qui, debere, qui debet perpendere exactum  
naturam, an plures, an pauciores sufficiant, ar-  
gum. l. 1. in fine sup. de jur. deliberand. sequuntur  
Angel. d. l. de quibus num. 19. las. ibi numer. 51.  
Vatlicus las. ibidem num. 28. qui tamen, in  
judicialibus, binis ad id actibus contentus fuit,  
quod etiam tenuit num. 4. glossam in hoc se-  
quutus contra communem, quæ judiciales ac-  
tus ab extrajudicialibus quoad hoc non fe-  
cernit. Perpendet itaque iudex, actuum na-  
tura, & qualitate inspecta, quot ex eis satis-  
fieri ad inducendam populi consuetudinem,  
tam vnicò actu nonquam decernens, quan-  
tumcunque, notorio, & tacito ipsius populi  
consensu, approbato, ut contra Petram, quem  
sequitur Zacius d. num. 28. & pauci alij, probat  
Bartoli d. l. de quibus l. lect. num. 11. sequutus  
Gulzibem, Bald. d. num. 15. versicul. prima o-  
portet, qui Guliel. & Cyn. pro eadem sententia  
refert, sequitur las. d. num. 51. idem tenuit

glossa magna in §. ex non scripto, insti. de iur. na-  
tural. & Angel. ibi num. 11. Quod, & in priva-  
tis cujusque moribus obtinet, nec enim alicu-  
jus hominis consuetudo, ex uno ab eo actu ge-  
sto dijudicabitur, sed actuum frequentia ad id  
requiritur, & frequentia quidem cum tempo-  
ris intermissione; Nam plures actus continui,  
vel etiam eadem die, ab uno homine gesti, e-  
jus, in hanc rem, privatam consuetudinem  
non probabunt, in quo etiam, privata, cum  
populari consuetudine symbolizat, in qua hoc  
tradit Bart. post Got. d. l. de quibus l. lect. num.  
12. Angel. 20. Nec tamen decennij lapsus re-  
quiritur ad probandos mores hominis, qui cum  
actuum frequentia requiritur ad inducendam  
populi consuetudinem, secundum legistatum  
communem sententiam in d. l. de quibus, ubi  
communem dicunt las. num. 43. & Iacobin.  
de S. Georgio nu. 30. Canonistæ verò, cum  
consuetudo contra jus Canon. prætenditur,  
quadragenale tempus requirunt; At vero ad  
privatam, solum actuum frequentiam in ho-  
mine spectamus. Circa quam, si negotium ta-  
le sit, quod natura sua, in unoquoque homine  
infrequens sit, credo, ex binis ejus actibus,  
morem ejus in homine, iudicem arbitrari de-  
bere, plures ad id actus, aliàs expectaturum;  
Nec enim, qui bis contaxat, aut ten. alea, aut  
pila lusit, ludendi vnquam morem habuisse,  
dicemus, hæc siquidem, quia natura sua, fre-  
quentissimi sunt utus, binis actibus morem ho-  
minis non terminant, ut terminabit homicidi-  
um bis perietratum, aut per jurium in iudicio  
reiteratum; talia, namque, in vno homine,  
natura sua sunt infrequentia, vnde ijs assuetum  
dicemus illum, qui bis ea commisit.

46. Eadem ratione, (ut ad propositum re-  
vertamur) puellam, quæ bis nubendo incon-  
sultis parentibus, bis incidit in legem, hujus  
rei consuetudine notare, merito possumus, ut  
ita mores hosce, quibus se non abnegavit, facta  
parens non possit, in filia culpæ, Atque ita  
filia hujus parentis, quæ maternos mores secuta,  
dum adhuc minor esset, arbitrio suo nupsit  
illa ignara, non debet, idcirco illius succeſ-  
sione carere, quod in hac specie admittendum  
videtur, per d. l. in arenam, cum communi ibi-  
dem traditione. At vero, filia matris, quæ se-  
mel incidit in legem, si in minore ætate con-  
stituta nubat spreto illius arbitrio, incidet uti-  
que in legem, cum tunc, maternis moribus  
excusari, nequeat, qui, ut tradidimus, in actu  
vnicò accusari, nequeunt, secundum quæ, in  
hoc casu, legem nostram secundo amplio.

47. Tertiò, & ultimò ampliatur in ea, quæ  
intra tempus à lege definitum, alicui nubere,  
sponsodit, cui, facta deinde maior, præmis-  
sorum sponsationum vi, & intuitu, fidem ad-  
implevit,



implevit, parentibus semper inuitis; quanvis enim lex penalis de matrimonio loquens, in sponsalibus de futuro non intelligatur, quia verbum *matrimonium*, seu, nubere, ex vi significationis, ad sponsalia non refertur, juxta sententiam glossae in *clement. unic. verb. contrahere, de consanguinis. & affinitat.* quam sic rectè intelligit Covar. *de sponsalib. 2. part. cap. 11. in princip. non* 3. quo circa, lex nostra, quæ penalis est, & loquitur in filia, sine parentis consensu nubente, ad eam, quæ sponsalia de futuro contrahit, non est protrahenda, ut nuncupatim tradit Barbosa *in l. 1. 4. part. numer. 43. vers. tantum ergo, sup. solut. matrimon.* qui in sponsalibus de presenti, legem locum habere, probat, quia etiam in materia penali standum est proprietati verborum *l. cum lege, sup. de test. & omni.* & verbum, *matrimonium*, seu nubere, quo utitur *ord. in sponsalibus de presenti, absque copula, verificatur cap. final. de sponsa dote. hanc fuerit, & abe Paul. & Socin. in princip. sup. hoc titul. tradit glossa d. clement. unic. verb. contrahere, in princip. quatenus de cisionem illius text. quæ penalis est, & loquitur in contractu matrimonij, intelligit in eo, quod non dum copula consummatum est, quam glossam, approbare mihi communiter doctores, ait Covar. *de d. in initio, num. 2.* Nihil minus tamen, præsens ampliatio procedit, ad quam non dicimus, legem nostram, in sponsalibus de futuro locum habere, quasi ex eo, quod filia minor, alicui nubere, promisit, penam exheredationis, incurrat, sed talem penam ita deum incurere, dicimus, si postea facta maior, data in sponsalibus fidem, parentibus adhuc inuitis, sive sponte, sive etiam vi obligationis coacta adimpleat: Atque ita, sponsalia de futuro, in se simpliciter sumpta, penam legis locum non faciunt, in quo cum Barbosa convenio, quanvis, & id dubitatione non careat, *ex d. oratio, cum regula ibi tradita per glossam, & alios, sup. de sponsalib.* faciunt vero legem locum quæ, matrimonio postea locum fecerunt. Moveor in primis ratione legis, ad quam ante omnia, tanquam ipsius legis animam, & spiritum respicere, soleo; quæ ratio, ut jam diximus, debitam parentibus reverentiam cum filia honestate concernit, quam, si contractis futuris nuptijs, filiam violare, dicimus, idcircoque, eam exheredationis penam à lege puniri, cur non, etiam eandem reverentiam, filiulam violasse, dicemus, quæ tamen in minore ætate constituta nuptias non contraxisset, id tamen, eadem reverentia, & honestate postposita, commisit; unde, necesse postea eas contractura fuisset. Huc sane spectat, quod Ulpianus tradidit *in l. si fideiussor. §. si necessarii, in fine, & à nostris postea ibidem**

pro regula notatum fuit, *sup. qui satisd. cogentur* illi, nempe, qui ipse sibi necessitatem imponit lege non succurri. Conducit præterea hanc jurisconsulti decisio *in l. si quis officium, sup. de ritu nuptiar.* ubi, prohibitus uxorem ducere in provincia, quam officio administrat, sponsalia non prohibetur, ita scilicet, ait Jurisconsultus *ut si post officium depositum, noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, archis tantum modo redditis, quas acceperat.* Atque ita in *Paulus, nuptijs prohibitis, sponsalia de futuro non centeri prohibita, quia eorum fidem mulier præstare non tenebatur, aliud, videlicet responsurus, si mulier de qua ibi, sponsalia obligata maneret, ut manet in casu de quo agimus, in quo tamen, ita demum, legis dispositione sponsalia contineri, diximus, si illorum sequatur effectus. Nam, ubi non sequitur, perinde res judicanda erit, ac si sponsalia invalida mansissent, quorum, nempe, fides irrita manet. Denique, eandem sententiam juvat, quod jure nostro, causa, & initium rei spectari, solet *l. si procuratorem, sup. mandat.* & ita esse tritum juris adagium, dicit Ioan. Igneus *in repetit. non alias l. necessarios num. 145. in princ. sup. senat. consult. Silanian.* Et id potius inspicitur quod evenire potest, quam quod præsens est, quando id, quod præsens est, ex præsentis statu non aestimatur, sed ad futurum tendit, quod secundum naturam, & hominis dispositionem contingens est, (cujuscemodi sunt sponsalia respectu futurarum nuptiarum) juxta Barboam doctrinam *in l. inter stipulantem §. sacram n. infr. de verb. obligation.* ubi tradunt alij, & *in l. si fidem §. fin. sup. de jurisdic. omni jud. Ioan. Feber. & alij in §. illud quasi in instit. de rerum d. wis.* Atque his tertia hæc, & ultima, ad legem nostram ampliatio expeditur, quam, postquam tripliciter amplavimus, tripliciter quoque, ut promisimus, & nove semper limitamus.*

48. Primo igitur limbo, ut non procedat in ea, quæ, cum patrem, & matrem habere de patris consensu nupsit, ignara, vel inuita matris. Nam, quæ sic nupsit, in materna successione, legis penam non subibit: quanvis enim lex filiam minorem viginti quinque annorum absque patris, aut matris licentia nubentem exheredationis penam multet respectu successione illius, cujus consensum non expectavit, tamen ita intelligenda est, ut, quæ patrem, & matrem habeat, iufficiat, de patris consensu nubere, ad exclusionem penam, in veriusque successione, quæ vero patrem tantum, aut matrem tantum habeat, ejus consensum debeat requirere, ut in illius successione, penam legis evitet. Cui sententiæ in primis verba legis non refragantur, & ratione probatur, quia



filias in matrimonium locare, easque dotare, paternum officium est, *l. qui liberos, sup. de r. nuptiar. l. fin. C. de dot. promiss.* quod mater muneris esse, nusquam jure legitimus, & quanvis *d. l. qui liberos*, de filijs sub potestate patris constitutis loquatur, quæ in hoc, de maritandis filiabus, non item de dotandis, intelligitur, vt eleganter explicat Barbosa *dict. l. 1. part. num. 1.* & sequenti, & lex nostra etiam in filiabus sui juris, & in matre, quæ filias in potestate non habet, pariformiter disponat, vnde non videtur, bene ad illius decisionem in *l. qui liberos*, tamen lex illa, saltim in filiabus sub patria potestate positis, nobis præstare argumentum, vt, quoniam munus eas maritandi penes patrem est, si nubant de illius mandato, & licentia, cui lex id commisit, cuiusque legitimam, bonorum, & personæ earum administrationem demandavit, pænam legis non mereantur, alioquin enim, patri, munus suum legitime exequenti, impune parere, fiducia non posset, quod, absurdum esse, deprehenditur, & contra, id quod dicitur in *l. Gracchus C. de adulter.* Sed, & de illis, quæ extra patriam potestatem sunt, magis pertinet ad patrem, cuius, & emancipatas dotare, officium est, *d. l. final. C. de dot. promiss. l. profectitia §. fin. sup. de jur. dot. tradit* Barbosa vbi supra, quam ad matrem, quæ ad dotandas filias, jure obligata non est, nisi ex magna, & probabili causa, vel lege specialiter expressa, vt quia mater hæretica sit, filia orthodoxa *l. neque mater, pand. glossa ibi C. de jure dot. tradit glossa in dict. l. final. verb. paternum:* Et quanvis, in nostro Regno matrem teneri ad dotandas filias, propter universalem bonorum societatem, defendat Barbosa *dict. l. 1. 4. part. numer. 89. versicul. His tamen non obstantibus, & numer. sequenti,* tamen non eadem, aut par ratio vertitur in maritandis filiabus, ac in dotandis, & illud, ad paternam curam, & providentiam spectat, hoc, ad bonorum communionem: negari enim, non potest, filiarum connubia, propter maiorem animi, & iudicij stabilitatem, patri, potius quam matri confidenda esse: vnde, filia, quæ hac in re paternum tectura est arbitrium, nec impudicitia, nec irreverentia nota labitur; Non sic, quæ illo in consulto paruit matri, atque idcirco, non nubit hæc impuna respectu bonorum patris, cuius, vt principalem, debuit expectare consentium, & reverentia jura servare: Nam & si vtrique parenti reverentia debeat, maior tamen debetur masculo, & hæc illi præferenda est, tum propter maiorem virilis sexus dignitatem *l. 1. sup. de senatorib. l. final supra de fide instrumentor.* tum etiam propter maiorem, & principalem agentis activitatem in genera-

tione, ob quam rationem, maiorem dilectionem, regulariter patri à filijs deberi quam matri, post Banez. 2. 2. *quest. 26. articul. decim. col. 1050.* novissime tradit eruditissimus frater Emmanuel Rod. in *summa 1. tom. cap. 14. conclusion. ultim.* Denique, in multis juris nostri articulis, deterior conditio est fæminarum, quam masculorum, vt ait Papinian. in *l. In multis sup. de stat. homin.* vbi Alberic. amplem ornat, & Dec. in *l. 2. infra de regul. jur.* Obiter Pinel. in *2. part. rubr. C. de bon. matern. num. 2.* vt ita minorum non sit, pro præsentis articulo deteriorem esse conditionem parentis fæminæ quam masculi: Cui addo, quod, & si filia nubentes inuitis parentibus, mortaliter peccent, & in filijs masculis idem est, quia in re gravi, obsequium, & reverentiam illis non præstiterunt, vt cum Soto, Navar. & Guier quos citat, tenet frater Emmanuel *d. cap. 14. conclus. 2.* & receptum asserit Barbosa *d. l. 1. 4. part. n. 36. in fine,* tamen, hac labe, iudicio meo, innoxia sit ea, quæ nuptijs ad patris placitum consentit, tanetsi dissentiente matre, cuius, nec reverentia læditur, vbi dignior observatur, nec arbitrium sequi, opus est, vbi præstantius, & maturius aliud, aliter arbitratur.

49 Supra dicta quidem, regulariter accipienda sunt, ita scilicet, vt aiquando ex causa exceptionem admittant; quid enim, si patris persona vilis sit, & simili sibi locare velit filiam, matre, honesta quidem, & sollicita matrona contradicente? certe, filia, quæ talibus nuptijs consentit, patris obsequio non excusabitur à matris indignatione, de qua merito, male marita iudicabitur. Atque ita præsens limitatio ad nostram legem, regulariter procedit, regulariter siquidem, filiarum connubia paterno amori, paterno iudicio, paternæ sollicitudini, & curæ, satis creduntur.

50 Secundo limbo in ea, quæ se digno nupsit, inconsultis parentibus, cum illi peregre abessent, ita vt periculum esset in mora, quando de matrimonio consulerentur, hæc, quippe, digno, vt dixi, nubens, excusabitur tacito, & interpretativo absentis patris aut matris consensu, adeo, vt quanvis postea rei gnarus gnarave, continuo contestationem interponat contrariæ voluntatis, non ideo magis, illa in pænam legis incidat, nec ille à dotis præstatione liberetur. Moveor, quia filius, qui, alioquin sine patris consensu, in iudicio esse, nequit, sine eo admittitur, quando absens est pater, ita vt periculum sit in mora dum expectatur *l. si longius §. si filius familias, sup. de iudicijs l. si libertus sup. de in jus vocand. text. optimus in l. sed si unus §. filio familias, infra de injur. ibi, nam, & cum abest, idcirco datur actio filio. quia verisimile est, patrem, si præsens fuisset, acturum fuisse.*

Atque



Atque ita probatur, absentiam patris, ejusdem consensum, alias necessarium, supplere, ubi verisimile est, eum, si praesens fuisset, contenturum fuisse: porro, verisimile est, parentes, quibus, honesta, & digna filiarum connubia, sunt in voto, & cura, si praesentes fuissent, filiae dignè nubenti assensuros fuisse.

51. Quanvis autem *text. in d. §. si filius familias*, in certis quibusdam actionibus specialiter loquatur, tamen generaliter intelligitur in omnibus, provenientibus ex contractibus. à filio familias gestis, vel, ex delictis in ipsius personam commissis, ut explicat Paul. *ibi n. 2. cum quo, eo tacito, transit Ias. licet sub dubio, in l. cum filius familias, num. 5. in princip. sup. si cert. petat.* & sequuntur communiter doctores: Et in actione de dote, filiae competente in patris absentia, idem probat Ulpian. *in l. filius familias, vers. sed puto, sup. de procuratoribus.* Si ergo in iudicijs, ad quæ, filij persona inhabilis est, adeo ut, ad eam integrandam, etiam in ijs bonis, in quibus patri non quaeritur ususfructus hodierno jure, ejusdem contentum filio litiganti fore necessarium, sit communis glossatorum antiquorum sententia, teste Bart. *in l. fin. §. necessitate num. 2. in princ. C. de bon. que liber.* quam sequitur ibidem gloss. magna, cui tamen Bart. & communis recentiorum contradicit, si, in quam, in iudicijs, absentia patris excusat à contentu, alias requisito, debet etiam excusare in nuptijs, quarum filia, jure suo, & ex persona sua capax est, quæque non solum, nimis retardarentur, sed etiam, non raro impedirentur, si, patris in longinquis, & remotis partibus agentis consensus expectari, deberet, quod quantum matrimonij libertati, & favori obstat manifestè apparet: *conducit text. in cap. fin. §. fin. de concess. prebend. lib. sexto, & late congelia per Tirag. de legib. connubialibus gloss. octava ex num. 6. ubi multos enumerat casus in quibus, cum alias alicujus consensus requiratur, propter absentiam ejusdem excusetur, quod circa mulierem quæ stante statuto civitatis suæ non potest contrahere sine mariti licentia tradit Suarez titul. de las dendas num. 8.*

52. Nec hic absentiam patris exigo, cum ignorantia loci ubi sit, & an sit, ut exigit *text. in l. si pater, sup. de ritu nuptiar.* ad hoc, ut liberi ejus, matrimonium legitime contrahant: Etenim, quia jure civili, nuptiæ liberorum, non consistebant sine patris consensu sub cuius potestate erant *l. 2. sup. de ritu nuptiar.* cum alijs, ita demum ad earum validitatem, paternus consensus, alias necessarius, remittebatur, si ille absens esset, ita ut ignoraretur ubi esset, & an esset, quod in praesentiarum secus est, quando quidem ad matrimonij validitatem,

patris consensus non desideratur, quod sine illo valet inspecto jure canonico, *cap. cum consensu, extr. de raptoribus cap. sufficiat 27. quest. 2. cap. fin. juncta gloss. 32. quest. 2.* & habetur in sacro Concilio Trident. *sess. 24. de reformatione matrimon. cap. 1.* unde, non ita arctè patris absentia expectanda erit, ad hoc ut illius contentu excusetur, quando consensus ejus, non ad matrimonij validitatem, sed potius ad paræ excusationem in matrimonio valido, requiritur: Atque ita ad id sufficet, patrem esse absentem, idque in partibus longinquis, & remotis, unde forte periculum sit in morali contentu expectandi, quo casu, nubentem filiam, legis penam evadere, puto, dum tali nubat, cujus conditionem, non sit verisimile, patrem repudiaturum, ut ait *text. in l. filius, juncta gloss. ibi sup. de ritu nuptiar. secunda quem text.* potest etiam intelligi, & limitari *d. l. si pater*, proximè præcedens, ut procedat, quando filius dignas se, lueque parte nuptias contraxit, ita ut verisimile non sit, eas, eum repudiaturum fuisse, si praesens, fuisset, tunc enim legitime contrahet filius, sine consensu patris peregre commorantis, quævis non ignoretur, ubi nam terrarum sit, & superstes sit. Ut ita secunda hæc limitatio ad legem nostram, comprobata maneat, quæ etiam matrimonij favor, & libertas jure naturæ competens magnopere commendet.

53. Tertio, & ultim. limbo, ut non procedat, quando parentes irrationabiliter nolunt, filiae nuptijs assentire, videlicet, quia illa ad nuptias cum viro digno, aut etiam digniore se contrahendas expetita, patris ad id contentum requisivit, quam ille præstare, abique rationabili causa reculat, quo casu, nubentem filiam viro illi à pena legis excusandam fore arbitror. Nam, & si verum sit, filiam, de licentia, seu mandato patris, non nupsisse (quæ lex nostra requirit, ut nubat impune) tamen id, patri, potius quam filiae imputari, debet, quia hæc, quod spectat ad obedientiæ munus, diligenter peragit, dum nuptijs, tamen honestis, & dignis, non assentit in consilio patris; hic, quod spectat ad commune parentum votum, & munus, consulto negligit, dum pertinaciter tales nuptias filiae suæ detractat, quæ honori, & lucro, illi futuræ essent, tales inquam, quales diligens quisque, ac bonus paterfamil. filiae suæ præoptaret. Atque ita quod parentis vitio evenit, nocere filiae, non debet, quæ nubens, jure suo utitur: & quæ viro digno nupsit, nulla patrem contumelia affecit: & quia ejus, ad id, prius licentiam expostulavit, obedientiæ jura non violavit: Nam si non acquisivit, quam requisivit, per eam non



non stetit, quominus acquireret, sed porius per  
patrem, qui, quam praeulare debuit, immeri-  
to negavit, ex quo perinde haberi debet, ac  
si obtenta licentia fuisset, secundum juris civi-  
lis regulam, de qua in *l. Labeo scribit, sup. de  
contrahend. empt. l. jure civili, sup. hoc titul. l.  
executione §. final. infra de verbor. obligat.  
alijs.*

54 Faciunt quæ alibi de irrationabiliter  
nuptiis traduntur, quorum consensus accessi-  
us ad alicujus actus expeditionem requiritur,  
pro contentientibus habeantur, ut notat  
Schidiac. in cap. 1. de constitutionib. lib. sexto,  
idem refert, & sequitur Abb. in cap. quoniam,  
de exir. de vita, & honestat cleric. Palat. in  
rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 22.  
final.

55 Confirmatur eadem sententia ex ea,  
tam, ex Novell. de dote, sexta part. privileg.  
col. 4. ad medium, & Guilliel. in cap. Rai-  
nus, verb. dotem, num. 26. tradit Barbola in  
4 part. num. 43. in princip. sup. solut. matrim.  
tampe, quod si pater tractabat, tradere filiam  
matrimonium viro indigno, si filia alteri si-  
consensu patris nubat, non poterit eo præ-  
tulerit exheredari, sic limitata regia nostra le-  
cum præcedens culpa patris præpondera-  
videatur, argum. l. cum mulier, sup. solut. ma-  
tam. quam sententiam, veram esse, intelligit  
Barbola d. nu. 43. versicul. quod tamen intelligo,  
quando filia nupsit viro digniori illo, cui eam  
collocare valebat, aut saltem æquè dig-  
ita ut possit induci regula *l. viro atque vxore  
sup. solut. matrim.* Secundum quam præstā-  
tam Doctoris expositionem dicendum vide-  
tur, quod, si pater filiam viro digno conjugare  
intendebat, cujus conjugium filia ipsa recuset,  
erit absque patris consensu, alteri æquè dig-  
impune nubere, quod certè legem nostram  
licet coarctat, aut etiam ejus sententiam  
indit. Nisi forte dicatur, in illo casu, patris  
culpam versari, filia indignas nuptias affiren-  
in isto vero, patris honestum, laudabile, &  
officium versari, filia dignas nup-  
offerentis, unde in illo, patris culpa præ-  
ponderate potuit, & potuit induci *regula d. l.  
atque vxore*, non sic in isto, in quo nulla  
culpa reperitur, qua, filia culpa ad nup-  
in consulto parente convolantis excusari,  
pensari ve queat.

56 Ego vero, in hoc, & in illo casu ita de-  
quæ filiam excusabo, si pater, eam ad in eun-  
nuptias à se illi oblatas cogere, intendisset.  
& quæ tunc patris jam vitium, & damnabilis cul-  
pa reperitur, filiam ad inuitas nuptias compel-  
tam, eamque suo libertatis jure privatis, qua,  
in nuptia maxime gaudent, & consistunt,  
de pro illa, alias citra parentis arbitrium eli-

gente nuptias æque dignas, induci possit *regu-  
la d. l. viro atque vxore, & d. l. cum mulier, supra  
solut. matrim.*

Præterea, filiam excusabo, quam pater, viro  
indigno, matrimonio jungere, volebat, tamen  
si ad id eam metu, nimis vè non tentasset, si  
absque patris arbitrio, dignas nuptias contra-  
hat, secus si indignas, quales eia pater offere-  
bantur. Enimvero, in casu, quo indignas nup-  
tias contraxit, filia culpa præponderare debet,  
si quidem pater hic in eo deliquit, quod inde-  
centes nuptias filia quærebat, cum suo ac e-  
jusdem filia dedecore, filia verò, quæ citra pa-  
rentis arbitrium, indignas alterius viri nuptias  
elegit, ejusdem admisi rea notatur, siquidem  
cum suo ac suorum dedecore, indigno viro  
nupsit, in quo, filia culpa, cum patris culpa  
fraternizat, sed illa, ulterius in eo deliquisse, ap-  
ret, quod tales nuptias arbitrio suo, irrequisito  
patre elegit, contra virginalis pudoris, & pa-  
ternæ reverentiæ institutum. Atque ita appa-  
ret, in hac specie, ampliorem in filia culpam  
reperiri, ut merito hæc præponderare debeat,  
nec possit juvari regula *d. l. viro atque vxore*,  
quæ paria delicta, mutua compensatione dis-  
soluit. In altera vero specie, præfata legis re-  
gula adjuvanda filia erit, siquidem, ubi arbi-  
trio suo, dignas nuptias contraxit, contra vir-  
ginalis pudoris, & paternæ obedientiæ jus de-  
liquit; Pater verò, qui inæquales nuptias filia  
sua optabat contra commune parentum votum  
& officium deliquit; quam certè culpam, in  
hac specie, filia culpa, judicio meo, non exu-  
perat, quæ, si non credatur minor, saltem æ-  
qualis reputari debet, ut sic, præ ea, merito in-  
ducatur *regula d. l. viro atque vxore.*

57 Ex hac verò sententia sic accepta, & multo  
magis, si generalius accipiatur, cum insigni præ-  
ceptore Barbof. ubi supra, corroboratur illa,  
quam pro tertia, & vltima nostræ ordinat. li-  
mitatione potuimus; Nam, si filia conceditur,  
posse impune, arbitrio suo nubere, quando eam  
pater, indigno viro collocare, intendebat, id-  
que propter præcedentem patris culpas, idem  
vtrique debet filia concedi in casu, de quo agi-  
mus, in quo etiam manifesta patris culpa de-  
prehenditur, irrationabiliter, (ut proponimus)  
atque ita contra commune parentum votum  
& officium, justis, & condignis filia nuptijs  
assentire, recusantis; Et certe, in hoc casu ma-  
gis excusanda filia videtur, quam in illo, siqui-  
quidem in illo, irrequisito patre filiam nupsisse,  
proponitur, in hoc verò, requisito, & irrationa-  
biliter invito, ut sic, si culpa hic quævis filia di-  
gnoscat, multo magis pro ea induci debet *re-  
gula d. l. cum mulier, & d. l. viro atque vxore.*

58 Et hæc quidè sententia securius procedet  
ubi filia, in proposito casu ad superiorè recurrat



qui, causa cognita, auctoritate sua paternum consentium supplere, debet, quod regulare est in actibus, ad quorum expeditionem, alterius consensus requiritur, vti is, absque legitima causa praestare, nequeat, aditus iudex supleat, cujus rei exemplum iure nostro regia habet us in ord. lib. 3. titul. 47. §. final. Et eodem lib. titul. 63. §. 4. Et lib. 4. titul. 48. §. 2. de iure communi, in l. si cum dotem §. eo autem tempore, in sine, sup. solut. matrim. vbi hec Bart. notat in 2. late Suarez in de las deudas, num. 21. Et in non dystrimz specie tradit Abb. dicens ita de defecto consensu, in cap. nullius, de iur. Patronat. quem cum alijs refert, & sequitur Palat. in repetit. rubr. §. 22. in §.

Atque ita, tertia haec, & ultima ad nostram legem absoluitur limitatio, post tres ad eandem aequae nove absolutas ampliationes.

59. Nunc, post explicitam saepe citatam regni legem, & eius declarationem cum decidendi ratione defensionem, ere erit, vt ad alias leges patrias, & Caesareas progrediamur, quae, cum matrimonij, eiusque libertatis impediuae videantur, iure, sustinentur, quod est huius partis intentum. Adquam spectat lex regia nostra ord. lib. 1. titul. 87. §. 19. incip. *Et se aliquo orfaco*, quae minori viginti quinque annis, sub tutoris, aut curatoris potestate existenti, qui, sine iudicis sui auctoritate matrimonium contraxit, nec tamen cum coaequali sibi, non ante, bonorum suorum administrationem committi iubet, quam ad vigesimum aetatis annum perveniat, cum, si interposita auctoritate iudicis contrahat, post decimum octavum bona trahit, iubeat eadem ord. in §. 27. incipit, *Et de senaemos*, & haec eadem pena retardatae traditionis bonorum suspensa est in §. 27. in fine, quando puella sub tutore aut curatore manens, ante vigesimum quintum aetatis annum irrequiritur iudice nupsit. Circa quod erit ad advertendum, quod in hoc secundo casu, vbi de muliere loquitur ord. non distingit, digne, vel indigne nupsit, quae si in perperam committi voluisset, quod non obscure inuit dicens: *Et est a pena haereditaria vno quaque, que sem auctoritate de do. Iniz. casar com aigua a vfuia, id menor de vinte cinco annos, que in vto, vbi est a vto in veni non ita in primo, idque merito ob cultam verecundiam virginalis, castigus non est, etiam inter certantes procos propriam detromere voluntatem dicit. cap. bono ran in 32. quast. 2. in conjunctione C. de nupt. Exijs autem quae superius attulimus pro defensione ord. d. lib. 4. titul. 88. §. 1. istius legis defensione, defensa, & corroborata manet.*

60. Legem autem regiam lib. 2. titul. 37. in princ. quae, si uheres, bona regia coronae habentes ultra quinquaginta milia numerum annorum, sine Regis acentia nubentes, pra-

dictis, bonis privat ipso facto, defendit Cost. referens Mathaeum de Afflict. in cap. 1. §. praeterea num. 20. Et 21. quib. moa. feud. amittit. in v. sib. feudor. Cost. in quam, in d. §. si arbitrata, d. mit. 2. in penult. Et vlt. vbi eam, iustissimam dicit, quia praefata constitutio, non penam imponit, sed magis, lucro privat ita nubentes, & licet in causa lucri, conditio arbitrata, in nuptijs remittatur in d. §. si arbitrata, hoc tamen in vltim. voluntat. locum obtinet singulari quodam legis favore, ne quod omnino nuptijs impedimentum inferretur: Non sic in conditionibus inter vivos, in quibus, eam conditionem valere, ex regul. l. legem quam C. de donationib. quia torpis non est, sed magis specum quandam praefert honestatis, elegenter probat E. man. d. limitat. 2. num. 3. Et 4.

61. Extant & Caesareae constitutiones quibus variae penae imponuntur mulieribus intra annum luctus ad secundas nuptias volentibus, vt in l. 1. C. de secund. nupt. cum alijs, quae leges, sacris canonibus sunt sublatae, c. fin. extr. eod. titul. tradit Covar. statim citatus, idque merito, quia sunt contra libertatem matrimonij. Nec tamen leges civiles, quae secundo nubentibus aliquo disponunt, non tam in penam, ad nuptias festinantium, quam favorem liberorum prioris conjugij, sacris canonibus sublatae intelliguntur, vt tradunt Innocent. Ioan. Andr. Anton. & alij in d. cap. nat. & alijs relatis communem scripsit Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 3. §. 9. num. 5. exinde num. 7. consequenter inferit, hodie hanc declarationem l. famina C. de secund. nupt. quae filijs prioris matrimonij reservari iubet, quod quid conjux, lucrativo titulo acquisivit ex bonis prioris mariti, & ita esse communem opinionem, tradit d. num. 7.

62. Quae etiam ratione, incorrecta manebit decisio Auth. ex testamento C. de secund. nupt. cum corpore vnde sumitur, in Auth. de nupt. hinc nascollat, 4. cui convenit regia ord. Lib. 4. titul. 91. §. 2. quatenus habet, mulier succedentem alicui ex liberis prioris conjugij secundas inecat nuptias, vel, eis jam contractis successit, teneri reservare filijs ejusdem proprietate eorum bonorum, quae defuncti obveniente a patre, vel ab avo ex parte patris idem reconvertio traditur a patre secundas nuptias contrahente, in §. fin. ejusde ord. contra Titul. 19. rub. Gom. n. 4. ita esse communem opinionem, scribens, late per doctus Lusit. de Franch. de Cald. quae etiam, communem opinionem, denominat Emphyteon. quast. 14. in princ. Hoc aotem disponit ordinat. quando filius moritur ab intestato, nam, si cum testamento, ius commune reservari iubet in §. 1. in princ. in d. quod attendendum est, correctum esse



quod etiam addimus *d. l. femina*, ubi idem tractatur, tam, cum testamento, quam, sine eo, defuncto, & generaliter, de omnibus bonis eius, in quibus mater succedebat, correctum, inquam, esse præfatum §. *per text. dict. Auth. ex testamento*, & *d. Auth. de nupt. §. hinc*, unde processit, quem observari, jubet *lex in d. §. 2.* tradit Gom. *d. l. 15. Taur. nu.* ubi rationem differentie assignat, inter successorem ab intestato, & ex testamento decessit, quam etiam tradit Ioan. à Garronib. *d. Auth. ex testamento, num. 7.* post Cyn. ibi, ubi rationem differentie in eo ponentem, quia ex testamento succedit mater, sicut quilibet extraneus succedere posset, secundum testatoris voluntatem, qui de re sua, prout voluit, disponere, potuit, at vero ab intestato, ex legis dispositione succedit, quæ, proprietatem bonorum, ejusdem tori filijs servari, voluit, sicutur Sa'yc. *ibid. ad fin.*

Advertendum autem est, quod ut prædictæ legi locus sit, tria interesse, oportet. Primum, quod pater, aut mater, ad secunda vota transeat: Secundum, quod is, cavè, ante, vel post secundas nuptias, succedat alicui ex filijs prioris matrimonij in bonis, quæ à prædefuncto parente filio obvenerant: Tertium, quod tempore quo moritur is, qui successit, superstites relinquat filios ejusdem prioris tori, ad quos illorum bonorum proprietates deferatur, quæ omnino, jure communi, & regia continentur.

Circa primum vero, quatenus lex dicit, ad bonos ex priore matrimonio susceptos, bonorum proprietatem pertinere, notandum est, quod procedit, & intelligi debet, etiam in casu, quo ante matrimonium, ex quo tales filij procreati fuerunt, pater, aut mater aliud matrimonium contraxissent, itaut filij isti, realiter non ex priore, sed ex secundo, aut tertio matrimonio suscepti sint. Nam, si mater eorum, ad ulteriores adhuc vota festinavit, & successerit, aut antea, successisset (& de patre idem est) filio ex prioris conjugio nato, in bonis quæ à patre, vel ab avo paterno, eidem filio obvenerunt, eorum bonorum proprietates, ad filios ejusdem tori pertinebit; quod enim lex statuit circa patrem, aut matrem ad secundas nuptias transvolantes, respectu filiorum primi matrimonij, ad ulteriores etiam nuptias, respectu filiorum antecedentis tori, cujuscunque gradus sit, præsumendum omnino erit ex certissima legis mente, quæ ideò (ut reor) in secundis nuptijs præfata fuit, quia frequentiores hæc sunt, quàm prioribus, aut ulteriores, lex verò, quæ in decisiva sua, specialiter alicujus casus meminit ratione frequentioris usus, non intelligitur ob id, casus alio: ejusdem viri & rationis velle extendi, juxta celebrè glossæ doctrinam in *Clem. verb. presidentes, in fin. de rescript.* quam ibi,

ad hoc notant Anton de Butr. & Imol. *col. 5. pulchram vocat las. in l. 1. 2. lect. numer. 32. C. de Sacrosanct. Eccles. qui in 1. lect. ejusdem legis, n. 27.* ad hoc meliorem dixit glossam juris civilis in *l. 1. in glossa 1. C. de ijs qui ad Eccles. confug. & in l. unic. in verb. sponsam C. de rapt. virgin.*

Sed, & verba illa, *primum matrimonium, primus maritus, prima uxor* quibus lex utitur, non improprie, de primo, seu priore intelligi, possunt, respectu sequentis, quanvis nuptiæ aliæ præcessissent, quod si verborum hæc expositio minus placeat, præsertim quia non ita bene adaptari, potest ad verba, *secundum matrimonium*, quorum etiam lex meminit non ideo minus, præfata sententia erit indubitanter amplectenda, ut pote, quam omnino persuadet indubitata mens, & ratio legis, cui potius, tanquam legis animæ, & spiritui, erit adhaerendum quam verborum figuræ, quæ se habent sicut corpus, & superficies legis, juxta notabile dictum Bald. in *l. si quis seruo, num. 7. C. de furt. & seruo corrupt.* & alibi, ut per las. in *l. 2. num. 2. infr. ad 5. C. Trebell.* Hanc denique sententiam comprobant *tex. in l. cum alijs, in versicul. itaque C. de secund. nupt.*

46 Notari verò debet ex eo text. quod pater, aut mater, quæ ad secunda vota migravit & idcirco filijs prioris matrimonij reservare tenetur bona, quæ à prædefuncto cōjuge acquisivit, tenebitur etiam, reservare filijs secundi matrimonij bona, quæ à patre eorum accepit, idque, quanvis ad ulteriores nuptias non progrediatur, ut ille *tex* probat, tradit Gom. *l. 14. Taur. n. 6. in fin. quam cum duab. legib. sequentib. simul commentatus est.*

Ex hoc autem colligi potest, prædictam legem, & alias, quæ, filijs prioris tori bona reservari à parentibus secundo nubentibus, jubent, non, tam odio parentum secundo nubentium, quam filiorum præcedentis conjugij favore, latis fuisse; Etenim, in casu *d. l. cum alijs*, bona pertinent ad filios ex matrimonio susceptos, quod aliud subsequutum non fuit, ex quo, in eos parentum qualeque odium, injuriave conjici, posset; Atque; ita hoc in favorem filiorum decretum fuit, nempe, ut inter hos, & illos, qui ex priori matrimonio suscepti fuerant, æqualitas servaretur. Quo fit, ut non solum in bonis, quæ conjux à conjuge accepit, in quibus loquitur *d. l. cum alijs*, sed etiam in ijs, quæ filio à parente obvenerant, cui filio postea prædefuncto pater, aut mater successit, idem jus, & æqualitas cum filijs ultimi conjugij servari, debeat, quanvis, ad ulteriora conjux non transmigret, *arg. d. l. cum alijs, quo tex. sententiã hanc probari, videtur, & l. quacunq. C. de bon. que liber.*

Quam etiam suadet maxime æqualitas quæ inter liberos cōmendabilis multum est *l. ut liberis*



*beris C. de collat.* etenim sicut ad filios prioris matrimonij pertinent bona, in quibus pater aut mater successerat vni ex illis, quæ idem obvenierant à prædefuncto patre aut matre, ita etiam propter æqualitatem vtrinque servandam, & ne alias successionis jus claudicare videatur, dicendum videtur, ut si pater aut mater succedat filio ex secundo matrimonio suscepto in bonis eidem à prædefuncto patre aut matre delatis, mortuo parente qui successit, bona illa in solidum pertineant ad filios ejusdem matrimonij, & si ad vltiora parens non processerit, exclusis prioris conjugij filijs ab eorundem successione, quæ notabilis ampliatio esset *ad l. regiam d. lib. 4. tit. 91. §. 2. & fin.* Urget vero in articulo isto pro parte contraria illud valde, quod lex non loquitur in hoc casu, cum loquitur de successione parentum in bonis liberorum, sed solum loquitur in casu, quo parens successit filio ex priore matrimonio suscepto, & ejusdem matrimonij filijs bona defert exclusis ab eorum successione ijs, qui ex vltiori conjugio suscepti fuerunt, & cum loquatur in hoc casu, non videtur extendenda ad eum, quo filij vltioris conjugij, filios præcedentis excludere contendunt à successione parentis, quia lex exorbitans est, & correctoria juris, quo inspecto, parentes succedunt pleno jure filijs qui turbato naturæ ordine præmoriuntur *l. nam, & si parētibus ff. de inoffic. testam. l. scripto ff. unde liber.* & deinceps mortuo parenti liberi omnes ex quocunque conjugio suscepti, in bonis succedant, in quibus parens vni ex filijs prædefuncto successerat, sicut in reliquis ipsius bonis, quia successionis titulo proprium ipsius patris patrimonium effectum est quidquid ex luctuosa prædefuncti filij hereditate acquisiverat, cum itaque lex exorbitans, & correctoria in vno casu duntaxat loquatur, non debet ad alium, tametsi similem, & eadem ratione pollentem extendi, *juxta reg. que à jure communi exorbitant, de reg. jur. lib. 6. cum recepta traditione glossa in Auth. quas actiones C. de Sacrosanct. Eccles.*

Accedit, quod maior ratio adest pro filijs prioris conjugij adversus vltioris matrimonij filios, quam e contra, siquidem, illis injuria irrogari censetur per subsequens matrimonium, non sic istis per antecedens, unde succurrendum potius illis erat lege in eorum favorem lata, ut, qui in vno gravabantur, in alio relevarentur, quod nec novum nec rarum in jure est. Decisio quidem præsentis articuli dubia, & anceps valde pro utraque parte visa mihi est, & nunc hæc, nunc illa arridebat, pars tamen posterior stricto jure verior apparebat, cum prior æquior sit, secundum quam, in senatu nostro judicatum fuisse, accepi.

65 Ex eo autem, quod favore filiorum lex introducta fuit, inferitur, eam fore limitandam, ut non precedat, quando pater aut mater ad secunda vota migravit de voluntate, & consensu filiorum, ut *ex glossa sententia in Auth. de non eligend. secunda nubent. §. verb. copulantur, collat. 1.* tradunt alij, qui refert, & sequitur *Gomes d. l. 14. Tit. 6. Corraf. lib. 3. Misc. cap. 1. numer. 1. in numer. precedentib.* contrarium sentit *in numer. 6.* quo mulier secundo nupsit ex nuptiarum sententia, in testamento illi data, contra glossam sententiam *in Auth. de nupt. §. 1. collat. 4.* communis est, ut ipse fateatur *d. cap. 1. numer. 11. & 12. & Gomes, tam secutus dicit, numer. 6.*

66 Secundum requisitum ad d. legem legem esse, diximus, ut pater, aut mater succedat in bonis, quæ a parente defuncto obvenierant, atque ita non sufficiet si quoque titulo, nempe, donationis, aut alio sim. in, patre à filio bona obtinuerit, quod tradit *Gomes d. l. 14. num. 1. versio. unum tamen est,* *comparat. Joan. à Garronib. in d. Auth. ex testamentis d. l. 14.* dicens, ita se de facto consultisse.

67 Circa quod requisitum quæritur potest an legi locus sit, si pater in prædictis bonis succedat filio, non naturali vita functo, sed in monasterium ingresso? Ingressa, nam quæ filio monasterium bonorum incapax, non est tantibus ejusdem filij descendentibus, illi bona ejus, tanquam vita functi, ad parentes pertinent: de monasterio dixi bonorum incapax, quoniam si monasterium capax est bonorum, non solum bona filij ingredienti & ibidem profitentis, ad parentes non spectant, sed etiam ingens inter utriusque classis decernitur decertatio est, an eorundem bonorum legitima parentibus statim debeatur, an in casu mortis naturalis ejus filij differri debeat? opiniones, namque, conveniunt, parentibus legitimam deberi, ut constat ex *Valasc. consuetud. num. 5. tom. 1. sed communis legistarum sententia in Auth. si qua mulier C. de Sacrosanct. Eccles. tenet naturalem mortem expectandam fore, Canonistarum autem communis contrarium profitetur per text. singulare in cap. scimus, extr. de regularib. quam, & si æqualem dicat, & in utroque foro servari, optere, Covar. in cap. 2. numer. 7. de testamentis Legistarum tamen, magis communem censet fatetur ibidem.*

Canonistarum verò sententia intrepide amplectenda erit, cum monasterium bonorum incapax est, secundum *Bartol. sententiam in cum pater §. hereditatem in 1. in fin. sup. d. gat. 2. & lib. 4. minoricarum distinct. 2. c. 2.* aliorum quos refert *Felin in cap. in presentia*



56. extr. de probationib. ne alias rerum do-  
minia, interim essent in pendentia, tametsi Fe-  
ren. contrarium teneat. d. n. 56.

68 Nunc vero præsens quæstio est, an, u-  
bi filius ex priore conjugio susceptus, monalte-  
rio ita ingressus fuit, ut pater si cuncto vxora-  
tis ei statim succedat non expectata ejusdem  
filij morte naturali, debeat pater proprietatem  
honorum, quæ ei à matre obvenerant, ejusdem  
filij reservare? dubitandi verò ratio ori-  
etur ex verbis legis, quæ in successione filij  
mortui loquuntur, ut pater in ord. d. titul. 91.  
2. ibi, *se finar abintestato sem descendentes, &*  
*si mater the succederem os ditos bens, &c.* Et in §.  
de ali. ibi, *irmãos do filho defuncto, a que elle trer*  
*decedido.* Sic etiam text. in l. *famina* §. *illud et*  
*in Auth. ex testamento C. de secund. nupt.*  
in successione, delata per mortem filij loqu-  
untur; Atque idcirco, cum in proposito casu  
successio non deferatur per mortem, sed per  
egressum religionis, verba legis cessant, &  
per consequens dicendum videtur, quod ejus-  
demque dispositio cessare debeat, juxta regul.  
§. *toties infr. de damn. infect.* cum citatis à  
Tiraq. in l. *si unquam, verb. libertis numer. 2. C.*  
*de revoc. donat.* Præsertim, quia lex, quæ pri-  
mo parentes in successione filiorum respectu pro-  
prietatis bonorum, censetur odiosa, & pænalis  
tradit Gom. d. l. 14. num. 7. per text. juncta  
communis expositione ibidem in d. l. *famina, &*  
*Auth. de nupt. §. si verò expectet, ibi. Et hæc*  
*communis mulieris, & viri multa sit posita. collat.*  
unde non debet extendi extra calum in quo  
loquitur, juxta regul. text. in l. *interpretatione, infr.*  
*de pan. cum vulgarib. & odia restringi, favores*  
*vero, convenit, ampliari, ut dicit juris regula.*

69 Contrarium nihilominus in proposita  
quæstione tenendum erit, nam & si lex loqua-  
tur in successione filij defuncti, tamè ejus mens  
& ratio hunc etiam casum æque comprehendit,  
si verba resiliunt civiliter accepta, siquidem,  
qui religionem ingreditur, ac proficitur, pro-  
prietatem habetur cap. *placuit in 2. 16. quæst. 1. no-*  
*glossa in Auth. Idem est C. de Episcop. & cleric.*  
ibi notant omnes, & in cap. *in presentia extr. de*  
*probationib. Molin. de primogen. Hispanor. lib.*  
*13. n. 93. Barbola in rubr. sup. solut. matrim.*  
*2. part. num. 76.*

Præterea, mors illa civilis, quæ filij professi-  
one inducitur, quoad rem de qua agitur, eundem  
operatur effectum, quem mors naturalis ope-  
ratur: Nam filio, in casu proposito, cum pri-  
mo professus est, pater succedit, & pari for-  
mâ quidem, ac succederet, si tunc, naturali-  
ter moreretur, nec filius, de bonis jam ampli-  
us disponere potest testamento, aut quavis alia  
dispositione, sicque, per omnia, quoad præsens  
casum, præfata civilis mors eundem pro-

ducit effectum, quem produceret mors natu-  
ralis: porro, ubi mors civilis eundem operatur  
effectum, quem naturalis operaretur, leges,  
quæ de morte loquuntur, de civili quoque, à  
doctoribus communiter intelliguntur, ut tradit  
Ias. in l. *ex ea parte §. insulã. n. 2. infr. de verbor.*  
*obligat.* qua etiam ratione, deportationis calus,  
in jure, naturali morti aliquando æquiparatur,  
nempe, quando deportatio, ejusdem effectus esse  
reperitur, cujus naturalis mors elicit, ut notavit  
Coll. per text. ibi in l. *Gallus §. & quid si tantum*  
*2. part. numer. 7. & 13. sup. de liber. & post-*  
*hum.*

Secundum quæ, apparet, in casu nostro, ver-  
ba legis, huic sententiæ non refragari, ejus verò  
mentem, & rationem, omnino suffragari.

70 Nec obstat, quod diximus, pænalem  
esse, & odiosam, qua ratione, si recte videbatur  
interpretanda secundum proprietatem verbo-  
rum, quæ, in dubio, in naturali potius signifi-  
catu, sunt accipienda, non vero in civili l. *final.*  
*ubi glossa, verb. restitutionibus C. de his qui ve-*  
*niam etat. impetraver.* & in priori significato  
intelligi debent l. 1. §. *qui in perpetuum, sup. si*  
*ager vectigal. vel Emphyteut. petat cap. si pater,*  
*de testament. lib. 6. cap. penult. de sentent. excō-*  
*municat. eod. lib. 6. notat Ias. in l. si a substituto.*  
*§. hæres servum, num. 12. sup. de leg. 1. & in l. si*  
*domus §. si fundus, num. 2. eod. illo titul.* atque  
ita cum lex loquatur in successione filij defun-  
cti, de successione ejus, qui naturali vita fun-  
ctus est, videbatur accipienda, ut ita in natura-  
li, & potiori 71 significato accipiat, in  
materia præsertim pænali, & restringibili, quod  
tamen (ut dixi) non obstat, nam, & si fatere-  
mur, legem, esse pænalem, & odiosam, adhuc  
tamen, in ea, ipsius mens, & ratio erit inspici-  
enda, magis quam verba, ut in statutis, sel-  
criptis, & privilegijs, quæ omnia strictæ inter-  
pretationis sunt, late tradit Tiraq. in l. *si un-*  
*quam, verb. libertis, nu. 54. cum duob. sequentib.*  
*C. de revocand. donationib.*

72 Præterquam, quod præfata lex, pænala-  
lis, & odiosa principaliter non est, principa-  
liter, namque, filiorum favori, & commodo  
prospicere, intendit, ut tradit Corral. *libr. 3.*  
*miscell. cap. 1. numer. 3.* & est communis sen-  
tentia, quæ ex hoc, legem hanc, & similis, ju-  
re canonico sublatis non esse, probat, quia,  
scilicet, non tam in pænam, & odium nubent-  
ium, quam propter favorem filiorum latæ fu-  
erunt, ut esse communem, & veram sententi-  
am, scripsit Corral. *dict. num. 3.* & ex alijs tra-  
dit Covar. *dict. 2. part. de sponsalib. cap.*  
*2. §. 9. nu. 7.* Quod, ultra id, quod supra col-  
ligimus ex text. in l. *cum alijs C. de secund. nupt.*  
ex eo etiam non obscure conjicitur, quia tum  
demum lex proprietatem bonorum abdicat



à parentibus, qui ad secunda vota migraverunt, cum alij supersunt filij ejusdem tori, cujus, & prædefunctus erat, ut etiam, de jure communi latè comprobatur, & communem sententiam tradit Ioan. à Garronib. in dict. *Auth. ex testamento, à num. 74.* Adeo, ut, & si hi extant tempore fraterni occasus, postea vero adhuc vivo patre deficiant, plena proprietas penes parentum maneat, ex quo apparet, non odio ipsius, qui secundo nupsit, nam, & adhuc post obitum filiorum, ejus odij causa durabat, sed favore potius filiorum, latam legem fuisse, & idcirco, cessantibus filijs, tanquam cessante legis ratione, & causa, ejus quoque dispositionem cessare, oportuit, juxta regul. adigere §. *quavis, infr. de jur. patronat. c. cum cessante, extr. de appellationib.* Quo fit, ut cum favorabilem legem esse, appareat, non stricta interpretatione sit accipienda juxta verborum corticem, sed lata potius, ad rationis normam, & mensuram, ut in lege exorbitante, cum favorabilis est, tradit glossa in *l. si constante, verb. mariti, in princip.* & ibi doctores, *sup. solut. matrimon.* Tiraquel. idem tradens in correctoria lege favorabili, *dict. verb. liberis, num. 61.*

73 Tertium, & ultimum requisitum, ad legis nostræ decisionem, necessarium esse, diximus, ut pater, qui præmortuo filio successit, filios ejusdem matrimonij supelletes relinquat, quibus bona acquiri, possint, quod supra proximè notavimus, inde deducentes, favore filiorum legem latam fuisse, qui favor ampliandus erit, ut procedat, & habeat locum etiam si post unius filij mortem, alius deinde occumbat, manentibus ex eodem conjugio natis fratribus, nam, pars illa bonorum, quæ filio secundo mortuo contingebat in successione ante mortui fratris, non manebit libera penes patrem, sed potius filijs alijs accrescet: quam sententiam, veram esse, existimo, rationi legis, ejusque verbis congruentem satis, tamen adversus eam, loquens de *ord. d. titul. 91. §. 2. qua in antiquis erat titul. 75. §. 3.* sic teneat Barbosa in *l. post dotem, num. 76. vers. quod confirmo, sup. solut. matrimon. sectus Corn. conf. 286. num. 3. lib. 1.* Ioan. de Garronib. qui asserit, ita se alias habuisse de facto, & consultuisse, in *d. Auth. ex testamento, numer. 41.* & Boer *decis. 191. num. 3.* quos omnes Barbosa allegat. cum text. in *Auth. de non eligend. secund. nubent. §. cum igitur, junctâ glossa verb. post, collat. 1. qui text. id mihi non probat, de jure vero regio, eam, quam diximus, sententiam aperte probant verba legis *d. titul. 91. §. 2. vbi, postquam loquitur lex de matre biauba, quæ, ante, vel post secundas nuptias successit filio ex priore marito suscepto, in bonis, quæ eidem fi-**

lio, à patre, vel avo paterno obvenerant, addit hæc, quæ sequuntur, verba. *E por fallecimento dela, os haveram traveniente, os filhos do primeiro matrimonio, que por fallecimento de sua mãy ficarem vivos.* Et paulo post subjicit. *E ao tempo do fallecimento de sua mãy não ficarem filhos vivos do primeiro matrimonio, &c.* Conveniunt verba, quibus vitur eadem *ord. d. in fin.* vbi de patre filio succedente loquitur idem disponens, ait enim. *E lhe ficarem por sua mãy filhos da primeira, irmãos do filho de juncto, a qual elle tiver succedido.* &c. Verba quidem, tam in vno, quam in altero §. adeo expressa sunt, & clara, in eam, quam probamus, sententiam, ut nulla egeant inductione, quid enim potest lex, apertius significare, integram proprietatem bonorum, in casu proposito pervenire debere ad filium, qui maternæ mortis tempore superstes reperiretur, quam his, quibus visus fuit, verbis: lam vero, si dicatur, id esse lege nostra, ad hunc, vel ad hos, qui tunc temporis vivunt, bona omnia pervenire, quæ præter eum, de cujus successione agitur, nullus intermedius occubuit, cui mater, proportionem illi competente, succedere potuisset præterquam, quod hujusmodi affirmatio materæ divinationis esset, literæ legis contradicendum nam, si mater filio intermedio succedit in totum quoad partem, quæ huic competebat in bonis paternis præmortui fratris, sequitur quod fratribus matris superstitibus omnia bona non debebuntur, porro, secundum verba legis omnia pervenire ad filium, aut filios ejusdem matrimonij, qui matri supervixerint. Atque ita apparet, verborum tenor ad hæc sententiam coarctat, cui propemodum ratio ad stipulatur, siquidem liberorum favor, qui legi causam dedit, hoc postulat, postulat item prædefuncti conjugis favor, cujus etiam intuitu, legem latam fuisse, non tenere creditur: æquum enim erat, ut bona, quæ huic filijs suis relinquebat, si aliquis, vel aliqui ex eis decedissent intestati absque liberis ad reliquos fratres, prædefuncti conjugis filios devenissent, ita, ut in eorum communionem, filij ex alio matrimonio suscepti non venirent, obnegata igitur in ijs bonis proprietate conjugis superstiti, qui ad alias nuptias convolvit, præclusa via fuit, qua, talia bona filijs ex alio matrimonio susceptis communicare possunt. Hæc vero ratio tam militat in casu præseti, quam vbi post obitum filij, de cujus successione tractatur, nullus alius moreretur vivo parente, igitur, in hoc etiam casu lex erit accipienda, apparetque, tam secundum ejus verba, quam secundum mentem, & rationem, hanc sententiam fore tenendam, quam, etiam jure communi veriore esse, puto.



74 Requiritur verò ad hanc successio-  
nem proprietatis bonorū, (ut diximus) quòd  
ex eodem conjugio nati sint, ex quo præ-  
dictus filius, atque ita hunc, & illos, utrin-  
que conjunctos esse, oportet, in id, namque,  
verba legis expressa sunt: quo fit, ut, si filio  
defuncto uterini fratres sint, ex eadem, in-  
quam, matre, ex qua bona ad eum pervene-  
runt, quæ ipse præmatura successione, ad pa-  
rem secundò, tertio vè uxorum transfudit,  
eorum bonorum proprietatem, ad uterinos fra-  
tres nulla ex parte spectet; quanvis enim alle-  
gare potuissent, bona ista ex matre ipsorum  
venisse defuncto, legisque mentem, & sen-  
tentiam, eam esse, ut bona materna filijs dela-  
ta, altero sublato, penes superstites maneat,  
maritus secundas ineat nuptias, eorum ta-  
men allegatio refelli debet, tanquam verbis  
legis aperte resistens, quæ non semel, talium  
bonorum proprietatem, ejusdem tori filijs' re-  
servari, jubet, & eam his non extantibus, pe-  
ni parentem manere, statuit: Deinde, fratri-  
bus ex vno tantum latere, mens, & ratio legis  
non adeò suffragatur: in primis enim, si res  
consideranda est, tanquam defuncti fratris  
successio, etiam inspecto communi jure, di-  
stincta ratio, & jus est eorum, qui ex vno tan-  
tum latere fraternizant, & eorum, qui ex v-  
troque, *Auth. cessante, & Auth. post fratres au-*  
*C. de legitim. heredib.* vnde, quod lex spe-  
cialiter, eorum, qui utrinque conjunguntur,  
votum constituit, ad eos, qui ex vno tantum  
latere, cognati sunt, extendi non debet,  
quod si media patris aut matris persona, cui  
defuncti filij successio delata fuit, considere-  
ret, multominus erunt illi admittendi, tristi,  
atque, & afflictio parenti luctuosa præde-  
dicti filij successione contra naturale ac cõ-  
mune parentum votum, delata, nova accref-  
ceret, & daretur afflictio, *contra l. jure succur-*  
*re ff. de jure dot.* si non sibi & posteris, sed  
vignis potius, bona, quæ filij sui fuerunt,  
quod spectat ad proprietatem, possideret.  
confirmat denique hanc sententiam *ext. in d.*  
*cum alijs C. de secund. nupt. præsertim in versi-*  
*o. quod si posterior, ibi, id sibi, juri que suo sciatis*  
*collatum: etiam si ex priore matrimonio dona-*  
*ta filijs reliquisset doceatur.* Et hæc quoad *ord.*  
*4. titul. 91. §. 2. & fin.* secundum quæ ap-  
paret, illius decisionem, propter liberorum fa-  
vorem principaliter emissam fuisse, non verò  
penam contracti matrimonij, quo magis  
eo, contrahentes arcerentur.

75 Maior difficultas versatur in investi-  
ganda ratione ad decisionem *ord. d. lib. 4. titul.*  
*91. §. 2.* videtur, namque, in pænam, & odium  
contrahentium matrimonium decerta, quate-  
nus mulieribus quinquagenarijs, & ultra, nu-

bentibus, cum liberos haberent, legitimos  
successores, adimit bonorum suorum admi-  
nistrationem, tam in vita, quam mortis tem-  
pore, bonorum, inquam, quæ, cum nubent,  
habeant, aut postea quoquo titulo ab ascendē-  
tibus, aut descendantibus acceperunt, excep-  
to tertio, de quo tantum, lex, ad libitum dis-  
ponere, eis permisit.

Quod non solum procedit in expressa bo-  
norum administratione, & alienatione, sed e-  
tiam in tacita, & legali illa bonorum commu-  
nicatione, quæ inter conjuges simpliciter cõ-  
trahentes inducitur jure regio, *ex ord. d. lib.*  
*4. titul. 46. & tit. 95. in princip.* ut obiter scri-  
psit *Cald. de nominat. emphyteut. quest. vigesimi-*  
*ma num. final.* vbi etiam in viro sexagenario  
uxorem ducente, legem illam, locum habere,  
tenet, quod vltimum mihi displicet omnino,  
cum lex exorbitans in fæmina loquens, ad  
masculum extendi, non debeat, ut homini li-  
bero, & ingenuo, libera rei suæ facultas, &  
administratio sit interdicta, *contra l. non us-*  
*que adeo, infr. si aparent, quis manumiss. sit, præ-*  
*sertim,* quod eadem ratio non est in sexagena-  
rio, quæ, in quinquagenaria nubente, cum  
ille non adeo sterilis natura censeretur, si-  
cut hæc, ac denique, fragili muliebri sexu  
providendum potius erat, bonorum adminis-  
tratione ablata, ut alias non raro in alijs juris  
articulis videmus.

76 Quod verò attinet ad quinquagenari-  
am, de qua lex nostra loquitur, non commu-  
nicari bona, tradit insignis regius senator, ac  
supremi causarum senatus Cancellarius dig-  
nissimus Anton. à Gam. *decis. Lusitan. 90.* de  
qua relatus per eundem *decis. 320.* vbi *num.*  
*3.* communem, & verum intellectum; contra  
alios senatores esse, dixit, *ad ord. d. titul. 105.*  
quæ in antiquis erat *d. lib. 4. titul. 75. §. final.*  
quod nubente quinquagenaria, quæ liberos  
habebat, bonorum communicatio non indu-  
catur, nisi in tertia duntaxat parte, de qua lex  
illa mulieri permittit, disponere, sic que non  
semel judicatum fuisse, refert, id que non so-  
lum ex parte mulieris quinquagenariæ, sed  
etiam ex parte viri, qui eam duxit in uxorem,  
tradit *d. num. 3. & 4. & d. decis. 90.* quod vl-  
timum, præsupposito prædicto intellectu, op-  
tima ratione, & fundamento procedit: si e-  
nim vxor communicaret in omnibus mariti  
bonis, non item e contra, ille in bonis vxoris,  
inæqualis esset societas *contra l. si non fuerint,*  
*sup. pro soc.* sed quod attinet ad prædictum in-  
tellectum, & interpretationem *d. ord.* in pri-  
mis (præclarissimi senatoris pace dixerim)  
placere mihi, non potuit, quatenus, dum in  
duabus bonorum partibus reciprocam inter  
conjuges communionem negat, in tertia ad-  
mittit,



mittit, tam, quia iure regio, secundum quod illa bonorum communicatio procedit, ea non invenitur cuncta, de certa duntaxat bonorum parte sed de omnibus, quae natura sua communia esse possunt unde, ubi universoni communicationi locus esse, non poterit, propter specialem aliquam legis prohibitionem, certae alicujus partis communicatio, & si administratio illius penes conjugem maneat, introducenda non erit, sed magis casus hic, tanquam iure regio non provisus, sub dispositione juris communis manebit, *juxta reg. l. si cum dotem, in princ. sup. solut. matrim. l. commodissime sup. de liber. & posthum.* quo iure, quae spectent ad conjugalem societatem tradit Barboza in *l. 1. 1. part. num. 34. sup. solut. matrim.* quam, & principaliter, quia praedicto intellectui, & interpretationi resistunt verba legis *dict. titul. 105.* quatenus mulieri concedunt liberam tertiae bonorum partis, de qua ibi, administrationem, & dispositionem, ut patet ibi. *Esamente podera dispor da terca dos ditos bens a sua vontade,* si igitur de tertio bonorum, quae secum tulerunt, aut quae postea ab ascendentes, vel descendentes, quoquo titulo acceperunt, ad libitum disponere, possunt lege permittente, consequens est hujusmodi tertij maritum participem non esse: quod si obijciatur, liberam hanc tertij administrationem, & dispositionem, ad societatem illam bonorum referri debere, quae ex tacita contrahentium voluntate iure regio inducitur, *dict. lib. 4. titul. 46. in princip.* quasi sic, cum quinquagenaria nubuit, libere de praedicto tertio disponere, videatur, illud tacita voluntate in societatem, & communionem adducens: Respondendum erit, praefata verba, talem sententiam non pati, sunt, namque, de futura bonorum dispositione post contractum matrimonium, ut videre est ibi, *podera dispor,* &c. unde ad tempus praeteritum, quod matrimonium contractum fuit, retrahere non debent: ac denique, ut omnis dubitatio tollatur, notanda sunt verba, quae Paulo post sequuntur, ibi. *E da terca podera testar a sua vontade,* quibus, non solum inter vivos, sed etiam testamento, permittitur mulieri, ad libitum disponere, de praedicto bonorum tertio; Atque ita apparet, nullam, in eo, maritum partem habere, nec ejus ullam communicationem, tempore contracti matrimonij, inductam fuisse, cum, de illo possit mulier postea tam inter vivos, quam ultimae voluntatis actu, ad libitum disponere.

77 Ex hoc autem sententia, & intellectu infertur, non solum tertij, cujus dispositio penes mulierem mansit, sed etiam residui, legalem communicationem inter conjuges non esse, in terminis *ord. d. titul. 105.* in quo, cum nostra-

tibus convenio: probatur vero haec sententia ex supradicta, qua cum constet, ex *d. leg. reg. tertij communicationem non esse,* sequitur reliquarum quoque partium nullo minus esse fore, siquidem, ubi universoni bonorum non est, nec partis erit, cum partis communicatio, nullo legum nostrarum loco sit inventa confirmatur, quia si mulier, eam partem intelligitur communicare, de qua potest, ad libitum disponere, juxta sententiam, quam praebamus, multo minus eas communicabit, quorum dispositio, & alienatio ei prohibita legem est, tametsi aliquando videamus, cum curatorem suorum administrationem, & alienationem re prohibetur, legali bonorum obligatione neri, ut in minore, qui, & si bona sua sine tutore, aut curatore alienare, nequeat, illata tamen propria auctoritate in domum contractam, obligata non avertit tacita, ac legali hypotheca, de qua *in l. certum juris C. de locat. cum alijs,* ut adversus glossam *in l. Item quia verba illa,* & ejus sequaces tenet Barboza contra reprobata glossae sententiam dicens *in l. constante, in principi. num. 132. sup. solut. matrim.* similiter in alio casu bona minoris legali hypothecae subduntur absque judicis decretum nempe, pro dotis acceptae restitutione, ut nuerunt relati a Tiraq. *post leg. commut. g. sa, 8. num. 188. Novell. de dot. 6. part. praet. 58. num. 2.* & licet in hoc etiam, sicut, & praecedenti casu, communes invicem contrariae dicantur, ut constat ex relatis a Barboza *Cald. in l. si curatorem habens, verb. cum absimilis num. 38. & 41. C. de in integr. restitut. minor.* hanc tamen, magis receptam opinionem esse, dicit Menoch. *de adipiscend. possess. rem. 3. num. 69.* & ita verius, ac receptius descripsit Barboza *d. l. si constante, num. 119. sicul. his tamen non obstantibus,* sententiam tamen in sequentibus late, & crudite defendit. Et denique (quod ad propositum nostrum prius attinet) illa bonorum communicatio, qua loquitur, quia ex regni consuetudine, lege, inter conjuges procedit, etiam inter viros simpliciter contrahentes locum habet juxta *reg. l. si sine §. Lucius Titius, sup. de administrat. tutor. & glossae sententiam in l. si verb. teneri C. de legitim. tutel.* quod in speciem probat Barboza *d. l. si constante, num. 133. in sequentibus.* & in utramvis partem disputat *Cald. d. l. si curatorem, verb. sua facilitate, num. 6. in sequenti.* Secundum quae, videbatur dicendum quod, & si quinquagenaria nubenti in terminis *ord. d. titul. 105.* bonorum alienatio prohibita, non idcirco eorundem cum maritum communicatio, de qua *ord. d. titul. 46. & in princip.* censetur prohibita, quia, nempe alienatio, quae per eam communicationem



latur, legalis est. vt probat Barbof. *ubi sup.*  
*num. 134. versicul. sed his non obstantibus, cum*  
*sequenti, tametsi contrarium, imo convē-*  
*tionalem esse, non legalē, late contendat Cald.*  
*verb. sua facilitate, nu. 7 & 8.*

Quibus tamen non obstantibus, contrari-  
 um in casu nostro est intrepide affirmandum,  
 & si quæ circa minoris personam dixi-  
 mus, ita se habeant, (quæ quidem legitimis  
 contradictoribus non carent, vt videre est in  
 relatis à Barbof. *supra, a Cald. d. l. fideiuratore,*  
*verb. cum non absimilis, num. 39. vbi, & in nu-*  
*mer. 35. circa obligationem in vectorum, &*  
*litorum à minore in domum conductam,*  
 communes inter se contrarias refert, & post  
 eam discussam quæstionem, veriorē senten-  
 tiam esse, scribit *in numer. 42. quæ habet, in*  
*causis minoris, obligationem illam, & taci-*  
*tam hypothecam non induci, circa quam*  
*doctorum controversiam Mendoga lib. 2. dis-*  
*cutat. iur. civil. ad titul. de pact. cap. 4. numer.*  
*4. cum antea aliorum sententias retulisset, in*  
 institutione loquens, quæ competit minori-  
 bus, distinctione rem componit) In illis  
 tamen casibus diversa ratio est, ac in præsentibus,  
 quæ prohibio in persona minoris, gene-  
 ralis est, vnde licere potuit doctoribus, eam  
 intelligere in alienationibus duntaxat volun-  
 tariis, quæ factis, & dispositione ipsius mino-  
 ris fierent, propter fragile, & infirmum illius  
 status consilium, & multis captionibus suppo-  
 situm, cui iure succurtum fuit, non sic in ijs,  
 quæ factis, & dispositione legis procederent:  
 verò prohibio in persona mulieris, de  
 qua loquimur, specialis est in casu quo nubit,  
 voluit enim lex, ne talis mulier alienare pos-  
 set, multoque minus in maritum, quam in  
 extraneum, siquidem ad Emphyteusim, ad  
 quam nominare potest extraneum, nominare  
 maritum nullo modo potest, vetante lege *d.*  
*105. in fine. vnde, cum prohibio speci-*  
*aliter decreta sit in quinquagenariam nubentem,*  
 vt mariti captioni occurreretur, ex mē-  
 te legis, in alienatione, quæ inducitur per  
 bonorum communicationem accipienda quo-  
 que erit. Nec denique huic sententiæ tantū  
 mens, & ratio legis adstipulatur; sed verba e-  
 iam, omnino comprehendunt, ibi. *Naõ po-*  
*derá alhear por titulo algum que seja em sua vida,*  
*ou ao tempo de sua morte as duas partes dos bens*  
*que traha ao tempo que concertou de se casar: nem*  
*as duas partes dos bens que despois de ser casada*  
*traher por qualquer titulo de seus ascendentes, ou*  
*descendentes. & irrefragabiliter ibi, E se ao tem-*  
*po de sua morte, nam tiver descendentes ou ascen-*  
*dentos, as duas partes que mandamos que nam*  
*possa alhear ficaraõ aos parentes mais chegados:*  
 Per quæ verba constat, duas bonorum partes,

quæ mulier habebat tempore, quo de con-  
 trahendo matrimonio cum marito convenit,  
 & duas item bonorum quæ postea acquisiuit  
 ab ascendentes, aut descendentes, proxi-  
 mi ribus mulieris, post ejus mortem deferri:  
 Atque ita satis clare conuincit, in his bonorum  
 partibus, marito locum non esse: quod verò,  
 in tertio prædictorum bonorum æque non  
 sit, iam supra ostensum fuit: Vt sic expeditū  
 maneat, bonorum communicationi, quæ, se-  
 cundum leges, & consuetudinem Regni, in-  
 ducitur inter conjuges, quando aliter inter eos  
 conventum non fuit, nulla ex parte locum fore  
 in terminis *ord. titul. 105.*

78 Circa quam advertendum etiam est,  
 quod vt ei locus sit, non requiritur, quod mu-  
 lier, de qua ibi, maritum alium iam antea ha-  
 buisset, quasi lex illa tantum in secundo nu-  
 bentibus intelligenda sit, nec enim qualitas  
 hæc à lege requiritur, sed illa, quod mulier  
 annos quinquaginta nata sit, & liberos habeat  
 qui ei de jure succedere possint. Si igitur, his  
 duobus existentibus, mulier nubat, incidet in  
 pænam legis, juxta verba ipsius, inter quæ, de  
 secundis nuptiis, aut de viduitate, legitimisue  
 liberis, nullum verbum reperitur, quo lex  
 generaliter loquens, ad secundo nubentes re-  
 stringi, debeat, contra ordinarias juris regulas:  
 præsertim, quod nulla differentie ratio est,  
 quoad propositum, inter viduam, & eam, quæ  
 nunquam antea nupsisset, filios tamen succe-  
 pit, aut ex illis nepotes habet, qui ei, de jure  
 succedere, possint. Denique, melioris condi-  
 tionis esse, non debet ista, quæ ex coitu illicito,  
 & fornicario, quàm illa, ex justis nuptiis li-  
 beros procreauit, juxta *regul. l. his solis in fin.*  
*C. de revocand. donationib.* quod erit observân-  
 dum ad *d. legem regiam,* tametsi nostrates, aut  
 quia in secundo nubentibus, frequentiore  
 ejus esse casum, putaverint, aut incōsulto, dū  
 de lege illa loquuntur, in quinquagenaria se-  
 cundo nubente loquuntur.

79 Dubitari autem circa eandem, a huc  
 poterit, an mulier de qua ibi, marito super-  
 tes pristinam bonorum administrationem re-  
 cuperet? in qua quæstione, affirmativa pars  
 amplectenda videbatur, quia præmortuo ma-  
 rito, cessat matrimonium, cujus intuitu inter-  
 dicta bonorum administratio fuit, & odium  
 mariti, pecuniarum causa mulierem vetulam  
 ducentis, quo lex moveri potuit. Et vt vulga-  
 re est, cessante causa, cessat effectus, & ces-  
 sante ratione legis, cessat ejus dispositio. Præ-  
 terâ, durum nimis esse, videtur, mulieri vi-  
 duæ, honeste, & frugulariter viventi rerum  
 suarum administrationem non esse, multoque  
 durius, & acerbius, necessarios sibi, post mortē  
 suam, consanguineos suos sperare successores.



si eam ascendentibus, & descendentibus orbatam jam proponamus. Ex quo, & mariti, liberorum morte afflictæ mulieri nova dabitur afflictio, contra notat *ad l. jure succursum, sup. de jur. dot.* Denique, pars hæc benignior est, & in causa pænali, benignior interpretatio est eligenda *l. factum cuique suum, versicul. in pænalibus infr. de reg. jur. cum vulgarib.*

Contrariam vero partem verba legis suadent, quæ mulieri, in pænâ contracti matrimonij, cum illius ætatis esset, & liberos haberet, bonorum administrationem auferunt, nec, viro mortuo, restituunt, (nec enim de mortuo mariti, in *l. vlla* mentio fit) unde, secundum verba legis, exclusam manet mulier in perpetuum ab administratione bonorum in duabus partibus, de quibus *ord.* loquitur, & ad illam successionem, jus proximioribus, tametsi, non in re, videtur acquisitum, quod quidem, quantumvis per quam durum sit, lex tamen ita scripta est, à qua recedere, non licet *l. prospexit, infr. qui, & a quib. manumiss. liber. non fiant*: Præterea, si morte mariti, pristinam bonorum administrationem reassumeret mulier, præoptandæ n̄ arito mortis occasionem inde assumeret, præsertim si, amissa prole, ejusque spe, constante matrimonio consanguineis erga se non bene meritis, ad bonorum suorum successionem, agro, & iracundo animo (quod mulieres maxime commovere solet) ferret necessario venturos. Denique, cessante matrimonio, non videtur cessare causa ob quam lex bonorum administrationem abstulit: nec enim, solius præmortui mariti odium, in causa, & ratione legi fuit, cum si id ita esset, sufficeret, bonorum alienationem in maritum, eique commodum prohiberi, libera disponendi in alios facultate de omnibus bonis, saltem mortis tempore mulieri de relictâ, sed lex hanc ei, illo etiam tempore abnegavit, ejus, nempe, odio sic statuens, quæ cum liberos haberet, & ætatis esset non aptæ conjugali toro, seras nihilominus nuptias appetivit. Constat ergo, soluto matrimonio, non cessare rationem legis, & causam, ex parte mulieris, quam, illa nubendo consummavit, unde, & si ratio legis, ex parte mariti cessaret, sustinebitur nihilominus ejus dispositio ex altera ratione, & causa permanente, *juxta regul. §. affinitatis, instit. de nuptijs.*

Atque his apparet disputata quæstio nova saltem mihi, cujus decisio, anceps, & dubia est, quam modo interponere, prætermisi, eam candido lectoris judicio relinquens, mihi satis esse, ductus, novam, & non infrequentis casus, ad legem patriam excitasse quæstionem.

80 Ut verò prosequatur institutum meum, cum jam ex prædictis constet, lex illa non

tantum in odium mariti decretâ fuerit, illud etiam ex ea deprehenditur, quod non tantum in liberorum favorem, sed etiam in mulierum suum pænâ lata fuit, siquidem si favore duxerat, aut principaliter, filiorum, lex lata fuisset his non extantibus tempore mortis, libera disponendi facultas matri relinqueretur, sicut relinquitur in casu *ord. d. lib. 4 tit. 91. §. 2.* in favori filiorum prospicere, lex principaliter intendit, vantea observavimus, cujus contrarium decernitur in *d. tit. 105. versicul. Etsi tempore, vbi, in hoc casu, ad duas partes prædictorum bonorum lex proximiores vocat, utrumque de vna testari, mulieri permittitur. Quare prædicta lex non valitura videbitur tanquam impeditiva matrimonij, in pænâ & odium quinquagenariæ nubentis decretâ.*

Sed pro responsione advertendum erit, mulierem ea ætate nubentem, non videri, propter andorum liberorum studio ad nuptias contractum, nec item, virum, qui tam provecctitate duxit, liberorum, vxorisve amore ductum, duxisse, videtur, quinimo hæreditatem hunc, magis quam vxorem querere, voluisse eleganti Marcellæ virginis testimonio comprobatur, de qua refert divus Hieronymus in ejus Epitaphio, quod, cum ei in conjugium nuptiarum quidam nobilissimus atque ditissimus offerretur, *si vellem, inquit, nubere, & non atrox me pudicitia consecrarem, utique maritum quaerere, non hæreditatem;* illoque mandante, potius & senes diu vivere, & juvenes cito mori, elegantius lusit, *juvenis quidem potest cito mori, senex diu vivere, non potest.* Unde, mirum hujus avaritiam, & seram libidinem illius, prohibeat interdicta administratio bonorum, si nubat illa liberos habens, cum quorum committatu, tute satis, & honestè sine marito, vivere poterat, & si ij postea defecissent, nam, hoc etiam casu lex procedit, ut ex ea manifeste deprehenditur, & tradit *Cald. de nomin. empbyt. quest. 16. num. 11.* quia, nempe, hoc quod postea, turbato mortalitatis ordine, evenit, illaque eventurum ignorabat, causam antea præexistentem, ob qua, lex bonorum administrationem ademit, non adimit.

Denique istam, jam, ipsa natura à nuptijs abstinere, quodammodo jubet, quia talis ætatis mulier, suscipiendæ proli, natura ipsa apta non est, ut ultra physicorum, & medicorum traditiones, quorum propria hujus rei investigatio est, ex nostris probat *Paul. Jurisconsultus in l. si sterilis ff. de actionib. emp. & Imperat. Justinian. in l. si maior C. de legitim. heredib. & sic secundum naturæ ordinem à cõmuniter accedentibus, vinculo conjugali jam non apta talis mulier est, ut de se nubibus suis agebat nobilitate illa Hebræorum matrona Noemi, *revertimur**



quions, filia mi, cur venis mecum? num ultra  
 habeo filios in utero meo, ut viros ex me sperare  
 possim? revertimini filiam, & abite, jam enim  
 senectute confecta sum, nec apia vinculo conjugali.  
 Ruth. 1. Ut non immerito talis mulieris par-  
 tus mirabilis dicatur, & raro contingens, ab  
 imperatore in d. l. si maior: convenienter er-  
 go ad nuptias convolare, lex quoque, eam  
 quodam modo prohibet, injuncta pena for-  
 midine, lex, inquam, imitatrix naturae l. ado-  
 ptio, sup. de adoptionib. §. minorem in fin. eod. ti-  
 tul. Quactiam ratione, antiqua lege Papia  
 sexagenarijs masculis, & feminis quinquage-  
 narijs, nubendi potestas coarctata fuit adcer-  
 tam modum, cujus meminit Imper. in l. pe-  
 nit. C. de nupt. & ejusdem legis meminit Ti-  
 tia de legib. connubialib. l. 6. num. 20. quo in

loco, morem suum secutus de materia plura  
 congerit, conducunt tradita per doctores in l.  
 1. sup. fabri. matrem. circa mulierem a natura  
 sterilem, nempe, quod tali mulieri, non com-  
 petant privilegia, doti concessa, vt esse recep-  
 tum asserunt relati à Barbof. *ibidem* in 1. part.  
 num. 86. qui post latum quaestionis examen,  
 eandem sententiam probat magis communem  
 dicens numer. 99. Nec dictis obstat, quod ali-  
 quando legimus grandævas jam mulieres  
 concepisse, veluti de Sara, quæ in senectute  
 sua perierit Isaac, & de Elisabeth quæ in se-  
 nectute sua concepit Joannem Baptistam  
 præcursorem Domini, quia hoc, non tam na-  
 tura quam Dei miraculo venit, apud quem  
 impossibile non fuit, & sterilem pare-  
 re, & virginem.

QUIA NON ERIT IMPOSSIBILE APUD DEUM  
 OMNE VERBUM.

LAUS DEO  
 SINE FINE.



DIREC.

CAP.





CAP. PRIM I.

S V M M A R I A.



**A**dvocatorum officium necessarium est in republica, & armatis militibus comparantur.

2. Advocatorum officium nobile est. Et scientia ipsa nobilitat, & prestantior est nobilitas per scientiam acquisita, quam qua a maioribus venit, & num. 3.

4. Advocatorum officium meritorium valde est apud Deum, si bene agatur.

5. D. Ambrosius causas Romae per undecim annos peroravit & D. Hieronymus fidelis se litibus exercebat, munus agere intendens. Et de Sancto Theophylo Martyre, Scholastico nuncupato.

6. S. Philogonius advocati munus gessit, & de illo ad Episcopalem dignitatem assumptus est Antiochie. Et de prerogativa Antiochene Cathedralis, & civitatis.

7. De Sancto Ivone qui etiam advocati munus egit. Et quod plures alij laudabiliter idem munus egerunt. Et quod advocati, appellantur honorati, & sallarium illis debitum, honorarium nuncupatur.

8. Dominus noster Iesus Christus advocatus justus pro nobis, apud patrem, quem continenter pro nobis interpellat. Et quomodo justus pro injustis, versicul. Sed dicet aliquis.

9. Beatissima Virgo Maria advocacionis munere pro nobis fungitur in celo, cujus est regina, & advocata nomine, & titulo invocatur.

10. Etiam cum in mortali hac vita viverent Dominus ipse, & B. Virgo, advocacionis munus exercuerunt.

11. Dominus noster Iesus Christus pro inimicis suis, & crucifixus tibus se advocati munus apud Patrem peregit. Et pro inimicis postulare a iudice compellere nemo potest, & num. 12.



# DIRECTORIUM ADVOCATORVM, ET DE PRIVILEGIJS EORUM.

## C A P. I.

### *De nobilitate, & excellentia muneris Advocatorum.*



**A**DVOCATIONIS officium laudabile, vitæque hominum necessariū vocat *Anastasius Imperat. in l. laudabile. C. de advocat. diversor. judic.* tubdens, maximè Principalibus præmijs oportere il-

sicut milites armis; ubi tamen *Bart. scripsit, quòd advocati, magis sunt necessarijs reipublicæ, quàm milites. Idem tradit, & explicat Iodoc. Damhouder. in Enchirid. parium, verb. Advocatus, & miles. Quod quidem in hujus muneris laudem, & dignitatem plurimum confert*

2 Quòd verò necessarium in republica officium istud sit, dicit *Imperat. in d. l. laudabile; de quo Chassen. in catalog. gloria mundi 7. part. considerat. 3. Burgos de Pace in proam. leg. Taurinum 379. Didac. Perez libr. 2. Ordinament. titul. 19. l. 1. gloss. 1. in princ. Matienz. in Dialog. relatoris, & advocat. 1. part. cap. 7. num. penult. & ultim. Quòd nobile sit, & hominem nobilitet, probat *tex. & ibi Scribb. in l. providendum C. de postuland. ubi nobilissimos vocat, qui in foro muneris functione alijs antecellunt, & tradit Chassen. d. 7. part. consider. 28. & multis adductis comprobat Tiraq. de nobilitat. c. 29. à num. 12. Azeved. l. 1. num. 2. titul. 16. libr. 2. recopilat. & l. 2. tit. 10. lib. 8. num. 1. 7. Ioan. Garf. de nobilit. Hispan. gloss. 35. à num. 11. Matienz. d. Dialog. 1. part. cap. 9. num. 4. & plurimis citatis Castill. de Bovadill. in politic. libr. 3. cap. 14. numer. 16 in gloss. liter. D. tom. 2. post omnes Phæbus Lusitanus decision. 48. num. final. de quo per eundem cum autoritate rei iudicata in supremo Senatu ad varios articulos, atest. 56. cum duobus sequentib. Mendes à Castro in practic. Lusitan. libr. 1. cap. 3. num. 27. novissime Lusitanus item, & consultorialis advocatus noster Martins à Costa in tracta. Domus supplicationis annotat. 17. ex numer. 7. cum sequentib. Et sola ipsa scientia nobilitat, tradit *Rebuf. de privileg. schol. privil. 45. & notat gloss. verbo nobilissimos per text. ibi in dict. l. providendum, & ibi Cyn. Bald. & Reliqui; secundū***



quos, nobilitas per scientiam acquisita præstantior est, quam à parentibus transmissa: & illa huic præfertur secundum Roman. *singul.* 656. quem retulit Bovadill. *in politic. lib. 1. c. 4. nu. 3. gloss. ideo Ulpianus, tom. 1. alijs in propositis adductis, Matienz. d. Dialog. 3. part. c. 9. num. 3.* qui enim à maioribus suis nobilitatem habet, præsumptivè nobilis dicitur secundum Cyn. *d. l. providendum, per tex. quem allegat, in l. quod si nolis §. qui mancipia. ff. de adilit. edict.* Quod est intelligendum de interiori animi nobilitate, quæ scientia, & bonis moribus acquiritur: scientia, namque nobilitat animum, ut dixit Cato ab eodem Cyn. *ibid. relatus, & bonis etiam moribus, quos scientia docet, animus nobilitatur.* Unde ait Salyc. *d. l. providendum, & notat ex gloss. ibid.* quod nobilitas est filia scientiæ, quæ nobilitat interiùs, & exterius: interiùs, quia illuminat intellectum; & exterius, quia intellectus ita illuminatus corpus bene regit, bonis instruens moribus; quod quidem nobilitas, quæ à genere habetur, per se non operatur; quia illa personæ non cohæret, seu non qualificat personam: ideo, inquit, Salicet, licet quis de nobili prosapia, vel genere sit; si bonis moribus non polleat, non debet nobilis nuncupari, qui potius dicendus est à sua degenerare prosapia. Quia verò generosa hæc nobilitas, bonorum morum, ac virtutum, quibus maiores, unde illa profluit, claruerunt, præsumptionem secum fert, nobilem è genere præsumptivè nobilem dixit Cyn. loco citato per tex. qui in hunc sensum convenit, *in d. §. qui mancipia.* At verò nobilitas, quæ per scientiam acquisita est, non præsumptiva; sed vera nobilitas est; quæ in animo verè residet, illiquè inhæret; ex quo hæc illa præstantior à Nostris asseritur; & quia animi dos est, cujus æotes, corporis dotibus præstantiores longè sūt, ut anima ipsa præstantior est corpore.

3 Adeo autem literarum scientia nobilis, & excellens est, ut & Regum sceptrum, & Imperatoriam ipsam Maiestatem illa deceat, Iustiniano Imperatore teste, qui in initio præmissæ institutionis Imperatoriam, inquit, *Majestatem, non solum armis decoratam, sed etiam legibus, oportet esse armatam;* & *ibid. paulò post subdit, Principem Romanum decere, quod fiat tam juris religionis, quam victis hostibus triumphator magnificus.* Hæc enim duo, arma, scilicet, & leges quasi sororizant, & se invicem jurant, ut idem Imperator ait *in l. unic. in princip. C. de Iustinian. Codice confirmand.* ubi, *Istorum etenim alterum, ait, alterius auxilio semper eguit: & tam militarijs res legibus in tuto collocata est, quam ipse leges armorum presidio servata sunt.* Ex quo apparet, advocandi munus perquam nobile esse, quod nobilissima legum scientia

inaititur in magnum reipublicæ commodum usumque necessarium, ut merito, qui in illo alijs præstant, nobilissimorum nomine honorentur ab Imp. *in d. l. providendum, Cod. de postuland.* Et qui nobiles aliunde effecti sunt, per hujus muneris professionem nobilitati suæ haud quaquam derogant, ut tradit Chassen. *conf. 64. Viso processu. col. ultim.* & eum referens Tiraq. *de nobilit. d. c. 29. num. 15.* ubi ponderat tex. ut hoc expressè probantem *in l. 2. §. Servius autem, ff. de orig. jur. ibi, Tiraque esse patricio, & nobili viro, & causas craniajus, in quo versatur, ignorare, & ibi, num. 18.* tradit, olim nobilissimos quosdam, & consuetudine dignitatis viros hoc munus egisse, quorum aliquot memorat *ibid. post eum Burg. c. Pace in proam. leg. Taur. num. 381. Matien. d. dialog. 1. part. c. 7. num. 2.* plurimosque extitisse viros doctissimos, & multorum annorum advocatos, qui in republica administranda maximum de se testimonium exhibuerunt, testatur Mastrill. *de Magistratib. lib. 2. cap. 12. num. 6. part. 1.* Sed quod muneris istius nobilitatem decus & honorem magnopere prædicat, & extollit, illud est, quod Imperatores ad gloriam nominis, & laudem referunt, ab ordine Advocatorum genus trahere, ut ex Sarnense *in repetit. c. si pater, de testament. libr. 6. ab eodem tradit Mart. de jurisdict. 4. part. centur. cas. 115. num. 5.*

4 Verùm, meliores alios habemus collegas, & consortes muneris nostri, viros, nempe non paucos, qui advocatorum albo in terra laudabiliter nomen dederunt, quorum nomina scripta sunt in cælo in libro vitæ. Difficillimum reputatur, advocatum esse, & sanctum simul notum est enim illud ab antiquis, jam in necros pererebescens, nescio quibus natum aethoribus, dicitur, Bonus Iurisconsultus, *maius Christianus:* cui concinit quod Caietan. *in summ. verb. advocatus, post init. ubi, Henricus ait, apud mundanos bonus advocatus est, qui mala causa facit bonam.* Meritorium tamen officium est, non modicum apud Deum, ut comprobatur Alberic. *in l. unic. num. 6. C. de suffrag. & ex illo Caccialup. tract. de advocat. quaest. 2. Chassen. in catalog. gloriae mund. 7. part. considerat. 32. Mart. de jurisdict. d. cas. 115. num. 1.* argumento spiritualium misericordiae operum, è quibus est, impendere consilium dubitantibus, & alia, quæ muneris sui ministerio præstantur, de quibus, atque etiam de bonis iudicibus ait Hostiensis. *in proam. summ. decret. §. 1. numer. 8. versicul.* Civili verò, quod verè tam ducunt activam, sive politicam; quam si bene duceretur, magis fructifera esse, quam contemplativa, *c. nisi cum pridem, nec putes, de renuntiat. cap. licet, deregulari.*



Quod sane Hostiens. dictum in ore Nostrum frequens, & celebre est. Notandum est tamen non ita ab illis communiter referri, ut in Authore ipso, cujus est, reperitur: ut bene advertit Burgens. d. proem. num. 283. versic. Nec Hostien. illi enim inquit, Hostien. loco citato dixisse, vitam bonorum advocatorum meritoriam magis esse apud Deum, quam vitam fratrum prædicatorum, & aliorum religiosorum; & Hostiens. dixit, magis fructiferam esse, quam vitam contemplativam: ex quo non sequitur, meliorem esse coram Deo, seu magis meritoriam (quod idem est) quod Hostien. non dixit, nec nos dicere debemus, qui certò scimus vitam contemplativam, ac verba præstantiorem esse: de illa, namque, dictum est ore veritatis ipsius; *Maria optimam partem elegit, qua non auferetur ab ea.* Luc. 10. & multis adductis rationibus comprobatur. D. Thom. 2. 2. quest. 182. art. 1. in corpor. qui sequenti articulo docet, vitam contemplativam maiorem esse merito, quam activam; nostra vero vita in officio advocacy, si bene agatur, Marthæ assimilatur: & quia in commune proximorum bonum tendit, magis fructiferam esse, quam contemplativam, dixit Hostien. *Quid quæ sunt, inquit, hi; & laudabimus, eos, fecerunt enim mirabilia in vita sua?*

Sunt tamen non pauci in hoc ipso munere laudabiles valde; & quos vitæ sanctitas insigniter cõmendat. Quorù nonnullos refert Chastell. d. catalog. gloria mundi 7. part. considerat. 19. in fin. & subdit, quòd plures alij fuerunt, quos longum esset enumerare; & primo loco ponit D. Ambrosium, qui per undecim annos causas Romæ in Palatio splendide peroravit; quàm etiam, & Sanctos alios qui munus idemegerunt, refert Mart. de jurisdiction. d. cas. 115. 2. post Sarnens. ab eo citatum in repetit. cap. 1. pater de testament. lib. 6. Quibus addo alterum clarissimùm Ecclesiæ lumen, atque Doctorem sanctum Hieronymum, qui quidem, si advocati officium effectu non egit, ad meliora alia transiret, adolescens agere intendebat; atque, ut præstantius ageret, fictarum litium palæstra legeret, ut ipse de se testatur in commentar. ad Galat. cap. 2. ubi sic ait. *Aliquoties, cùm adolescentulus Roma controversias declamarem, & ad certamina fictis in litibus exerceret, currebam ad tribunalia iudicum, &c.* Mos enim erat, qui veras lites, muneris causa agere intendebant, in fictis prius se exerceret: è quorum numero fuit Theophylus Christi Martyris, cujus mentio fit in Martyrologio Romano texta Februarij die, ubi Scholasticus nuncupatur: quo nomine nuncupabatur fictarum declamatores, qui deinde transieret ad tractandas veras, ut ex Tacito lib. de orat. & a-

lij tradit Cardin. Baron. in annotat. ad Martyrolog. super eodem Sancto Theophylo, verbo Scholastici. Scholastici etiam advocati dicebantur, secundum eum ibidem, de illis accipiens text. quem allegat, in l. 2. C. de lucr. advocat. lib. 12. per quem idem tradit Stephan. Gratian. disceptatio forens. c. 56. n. fin. to. 1 Juxta quæ Martyr Theophylus, Scholasticus nuncupatus in Martyrologio Romano, vel advocatus fuit; vel esse intendebat fictis se interim litibus exercens, ut ad veras postea tractandas idoneior factus transfiret.

6 Cæterum, alios habemus, quos, certò constat, hoc ipsum munus sanctè egisse; in illoquè vitæ sanctitate floruisse, ut cernere est in Sancto Philogonio Antiochiæ Episcopo, de quo habetur in Martyrologio Romano vigesima die Decembris, quæ est natalis ejus dies (natalis autem Sanctorum dies, seu natalitiu, illa dici consuevit, qua mortali hac vita functi ad æternam transierunt) quòd ex causidico ad Ecclesiam regendam Dei nutu accersitus, adversus Arium una cum Sancto Alexandro Episcopo, & socijs primum pro fide Catholica certamen iniit; clarusque meritis quievit in Domino, & quòd ejus annuam festivitatem S. Joannes Chrylostomus præclaro encomio celebravit. Hac de illo canit Ecclesia in Martyrologio; de quo etiam Divus Hieronymus, & alij egerunt relati à Baronio in annotat. ibid. Ejus autem laus, ac vitæ probitas in ipsa muneris administratione in eo maxime nitet, atque commendatur, quòd ex causidico ad Episcopalem dignitatem Dei nutu accersitus dicitur. Et id quidem in Antiochena cathedra, cujus laus, & prærogativa in eo maxima est, quòd primò in ea Sedit Petrus Princeps Apostolorum, ut Sanctorum Patrum testimonijs comprobatur idem Cardin. Baron. in annotat. ad Martyrolog. vigesima secunda Februarij annotat. 1. & quòd in civitate illa Discipuli primum Christiani cognominati sunt, ut habetur act. 11. atque ita felicissimum hoc Christiani nomen Antiochiæ primum cæpit. Qua autem ratione id acciderit tradit D. Athanas. in disputatione contra Arium, & ex eo Baron. loco proxime citato annot. 2.

7 Hoc item munus egit laudabiliter, ac sanctè S. Ivo, cui patria Britannia minor, quæ Gallici Regni pars est, in Diocesi Trecorensi sub provincia, seu Archiepiscopatu Turonensi, de quo canit Ecclesia in Martyrologio, quòd pro Christi amore causas pupillorum, viduarum, ac pauperum defendebat; meritis, ac miraculis clarus obiit, seu sanè ad cælum abiit anno Domini millesimo trecentesimo tertio die Maij decima nona; qui tunc primus



Dominicus dies erat post Ascensionem Domini. Denique plures alij fuerunt laudabiles in hoc munere viri, & peritia literarum, & probo, atque perutili reipublicæ earum ulu.

Obnoxium quidem periculis multis officium hoc est; sed apud Deum meritorium, & valde meritorium, quia quantò difficilior pugna est, tantò gloriosior victoria: nobile in populo est, & honorabile hominibus. Vnde & advocati ipsi honorati appellantur ab Imp. in l. 1. *junctagloss. ibi Cod. de offic. civil. judic.* & quod illis salarij nomine præstatur, honorarium nuncupatur, l. 1. §. *in honorarijs ff. de varijs, & extraordina. cognitionib.* & sæpe alibi. Est denique perutile reipublicæ officium, atque necessarium, quod magnis in rebus veritatur, quod Principes laudant, & honorant, l. *advocati Cod. de advocat. diversor. judicior. l. laudabile. Cod. de advocat. diversor. judic.* quod què insignium Virorum professione commendabile plus est.

8 Sed quod hæc omnia, & universa, quæ humana facundia eloqui potest de istius muneris laude, longè supergreditur, illiusque excellentiam magis, ac magis attollit: illud unum est, quod legimus 1. *Ioan. c. 2.* de magno illo, atque primario totius humani generis Advocato, quem apud Patrem habemus: *Advocatū, inquit, habemus apud Patrem Iesum Christū justum, &c.* Nota verbum, *justum*, non dixit *pium*, cum ille quidem pius sit, ac super omnia scelebra nostra, & delicta nostra longè, & incomparabiliter pius, sed dixit, *justum*, quasi, scilicet, de ipso advocati munere sit, ac de natura illius, quod illud agens in hoc ipso munere peragendo justus sit. Sed dicet aliquis, Qui justus est, justam causam tuetur, injustæ partis prudens sciensque patrociniū non suscipit: Quomodo ergo nos, cum mali simus, & injusti, justū pro defensione nostra habere possumus advocatum; & non potius, ut pius, & misericordē B. Apostolus illum nobis inculcat? Sed, *Et ipse est*, inquit, *propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi*, innuens, scilicet, justum quidem pro nobis advocatum esse; justitiam verò nostram, qua patrociniū illius pro nobis justum efficitur, non nobis ex nobis esse, sed ex illo, qui propitiatio est pro peccatis nostris; qua propitiatione, quia maior illa est, ac maius pretium illius, quam iniquitas nostra, & debita nostra, iniquitas omnis nostra diluta omnino est: & ita justū advocationis munus pro nobis agit, qui, omne, quod debebamus, plenè, & ultra solutum à se esse, veraciter ostendens, Deum justum iudicē pro nobis continuo interpellat, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis,

ut ait Apostolus ad Roman. 8. Ad rem ergo Quæ maior muneris dignitas, & excellentia quam talem habere Magistratum?

9 Sed & Beatissima Virgo eodem incessanter advocationis munere fungitur, & hoc illam nomine, & titulo tanquam proprio illius vocamus, atque in patrociniū nostrum invocamus in suaviloqua illa antiphona, & oratione eidem Virgini sacrata, quæ incipit *Salve Regina*, ubi, post aliqua, Ecclesia laudante, subdimus, *Eia ergo advocata nostra Reginam*, quidem, prius appellamus, idque veraciter, est, namquè, Cæli, & terra Regina, & postea, ut advocatam nostram confidenter interpellamus.

10 Nec verò solū in cælo hoc munus peragunt Dominus noster Iesus Christus, & Beatissima Virgo Maria Mater ejus, sed etiam cum in terra morabantur, idem exercuerunt. De Domino patet in Maria Mag. al. na, quam ut advocatus illius, à Marthæ sororis querelâ defendit, *Luc. 10. super quo D. Augustin. serm. 27. de verbis Domini tom. 10. Ipse, inquit, factus est advocatus, qui iudex fuerat interpellatus.* Eandem antea similiter à Simonis Pharisæi calumnia liberaverat, eam in conversione suæ statu justiore illo, optimo atque inextinguibili concludens *argumento Luc. 7.* Ac, demum, de prodigalitate vitio redargutam, propter effulum super caput Domini unguentum pretiolum, Dominus ipse, quasi ejusdem advocatus, non solū defendit, sed de bono opere ut insigniter pio, laudavit; quod idcirco in universo mundo prædicandum fore, dixit, in memoriam illius, *Matth. 26. Marc. 14.* Et ultra Magdalenam, alijs etiam Dominus idem officium est impertitus, ut in accusatione mulieris illius adulteræ, & varijs Discipulorum suorum criminationibus, in Evangelio factis legimus. At verò Sanctissima Virgo deficiente vino in nuptijs illis, quæ factæ sunt in Cana Galilææ, sedulam se præstitit advocatam, & cum primam à Filio pati repulsam videretur, munere non destitit: sed magis, ijs, pro quibus patrocinata est, consuluit, quid facere debuissent, quò voti compotes feliciter evadere possent. *Quodcumque, ait, dixerit vobis, facite Ioan. 4.* Magna est ergo muneris dignitas, quod tales sibi vendicat Assertores.

11 Et non solū vivens in hoc mūdo, sed & transiens ex illo ad Patrem Dominus Iesus apud Patrem sedulum se præstitit advocatū, & pro crucifigentibus se singulariter hoc munus peregit. *Pater, inquit, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. Luc. 23.* Ecce non solū pro illis deprecatus est; quod Isaac vaticinio prædictum antea fuerat, *c. 53. in fine* ubi ait, *Et pro transgressoribus rogavit*, sed (quod



advocati proprium est) criminis excusatione  
pretendit ignorantiae eorum obtentu.

12. Sed dicet aliquis: Postulare, seu ad-  
vocare (quod idem est) est desiderium suum,  
vel amici sui in jure apud eum, qui jurisdic-  
tioni praest, exponere, vel alterius desiderio  
contradicere, juxta Ulpian. *definitionem scrip-*  
*tam in l. 1. versicul. Postulare ff. de postuland. &*  
*transcriptam in c. infames in princ. 3. quest. 7.*  
Itaque ita videtur, quod erga inimicos, advo-  
cationis officium non detur; quia illis defini-  
tio non competit, in qua amicorum mentio  
fit, *ibi, vel amici sui, & cetera.* Ex quo obiter no-  
tandum erit, quod, etsi iudex compellere pos-  
sit advocatum ad suscipiendum pro aliquo pa-  
tronicium sub pena privationis fori ipso jure  
occurrentia, *juxta l. providendum versicul. si quis*  
*vero, juncta gloss. ibi C. de postuland. d. c. infames*  
*si quis vero,* tamen pro inimico suscipere non  
est cogendus, quia non cadit super eum defini-

tio, de qua sup. quod tenet *gloss. in l. 1. §. ini-*  
*tium, verb. ait prator, in sine ff. de postuland.* per  
quam ita se in Senatu judicatum vidisse, tes-  
tatur Cabed. *decis. 214. num. 8. part. 1. ubi gloss.*  
illam notabilem vocat. Quomodo ergo dici-  
mus, quod Dominus Jesus pro inimicis suis  
advocati munus peregit? Peregit sane, ac per-  
fectissime implicuit. Nec muneris definitio  
obstat, quae sic intelligenda est; ut ij, pro qui-  
bus hoc agitur munus, amicorum loco sint ad-  
vocato, ex parte illius; in eo enim, quod pro  
illis munus hoc subit, quasi amicos sibi asciscit,  
quanvis illi inimici ejus sint, & odio habeant  
eum gratis Dominus, ergo, quanvis illi capi-  
tales, & acerbissimi inimici essent, advocatum  
se praebuit; & advocati munus pro illis egit a-  
pud Patrem, quasi amicus inimicorum suo-  
rum; amicos eos sibi facere, & Patri suo recon-  
ciliare, contendens.

## C A P. S E C U N D I.

### S V M M A R I A.



**P**ostulare pro alijs omnes pos-  
sunt, qui jure prohibiti non  
reperiuntur. Et qui probi-  
biti reperiuntur, traditur.

Advocatus esse non potest, qui  
literarum peritiam non ha-  
bet, quanvis sit in exercitio  
causarum expertus. Secus in iudice, & diffe-  
rentia ratio traditur. Limitatur in ijs qui a  
principe, ut illiterati ad iudicandi munus pro-

moventur, num. 3.

3 Peccant iudices, & advocati, qui sufficien-  
tem ad exercendum munus suum scientiam  
non habent.

4 Aliquando illiterati in defectum literatorum  
advocare permittuntur; nec tamen idcirco  
advocatorum privilegijs tales uti possunt.

5 Prohibitus advocare, non censetur prohibitus  
consulere in Camera. Et quid in clerico.  
*Ibid. in fin.*

## C A P. II.

### De ijs, qui advocati munus exercere prohibentur.



**D**ICTUM de postu-  
lando prohibitorium est  
*l. 1. ff. de postuland.*  
ideo, qui non reperi-  
untur prohibiti, postu-  
lare, seu advocare pos-  
sunt. *l. ab ea parte, jun-*  
*cta gloss. 2. ibi ff. de pro-*

*moventur, tradit Speculat. libr. 1. rubric. de ad-*

*vocato. §. 1. numer. 12.* ubi agit de prohibi-  
tis hoc munus exercere; & primo ponit,  
qui natura impediuntur, cujusmodi sunt  
mutus, surdus, caecus, & perpetuo fu-  
riosus; item minor septemdecim annorum  
postulare pro alijs in iudicio nequit. An au-  
tem procurator ad iudicia, atque etiam ad  
negotia minor constitui possit, egimus in 2.  
*part. commentar. l. ex hoc jure. ff. de justit. &*



jur. c. 10. quod de procuratore est; ubi, quod attinet ad judicia, conciliavimus *leg. Regias lib. 1. titul. 48. §. 20. & libr. 3. titul. 9. §. 5.* quas postea vidi, diverso alio sensu interpretari, & conciliare Barbof. *ad Ordin. Reg. d. titul. 48. §. 20.* Fæmina quoque postulare in judicio prohibetur; idque honestatis causa, de quo scripsimus *in tract. de jur. & privilegijs honestatis art. 2. num. 12.* qua etiam ratione procuratrix in judicio esse non potest, ut tradidimus *ibidem num. sequenti, & fufius de hoc d. cap. 10. de procuratore à num. 7. & ab omnibus civilibus officijs, publicisque muneribus fæminæ sunt remotæ, l. 2. ff. de regul. jur. de quo novissimè Maltril. tract. de magistratib. 1. part. lib. 2. c. 4. per tot. ubi nu. 13. cum sequentib. ad hoc, ultra honestatis rationem, alias adducit. Item infames ab hoc munere arcètur; est enim munus nobile, ut tradidimus *sup. capit. præcedente: ad quod, idcirco, qui infamiæ nota laborat, non est admittendus, ut pro ratione tradit Tiraq. de nobilit. cap. 29. num. 13. Didac. Perez lib. 2. Ordin. titul. 19. l. 1. gloss. 1. dub. 2. aliam rationem assignat D. Thom. 2. 2. quest. 71. artic. 2. in corpore, ubi ait, quod non decet, ut alterius justitiæ patronus existat, qui in se ipso justitiæ contempsit; & ideo infames, infideles, & damnati de gravibus criminibus non decenter sunt advocati. Et de his omnibus habetur *in d. l. 1. §. initium cum sequentibus ff. de postuland. fufius in cap. infames 3. quest. 7. Lusitana Ord. lib. 1. titul. 48. §. 25. D. Thom. d. quest. 71. art. 2. & apud Speculat. d. rubr. de advocato §. 1. Ioan. Monach. de defensorio juris sub tit. ul. contra advocatos Latè Nepos à Montalvano tractat. de exceptionib. artic. 10. fulè item Silvelt. in summ. verb. advocatus, num. 2. & num. 3. tractat. an prohibitus advocare à iudice unius civitatis, postulare in alia possit, secutus gloss. in l. 1. C. de postuland. Apud quos etiam videre est de monachis, & clericis, qui regulariter ab hoc munere removentur, præterquam in certis quibusdam casibus, de quo nos egimus *d. 2. part. commentar. l. ex hoc jure cap. 4. & de hoc ultimo sunt tex. in cap. 1. cum sequentibus, & Scribb. ibid. extra de postuland. D. Thom. d. art. 2. in corpore. Omnes verò, qui regulariter, & universim prohibentur, sequentibus versibus comprehenduntur quorù meminit Speculat. d. §. 1. num. 1.****

*Non cuicunque datur, ut postulet, imò vetatur.  
Addictus pana servus, puer, author arena,  
Luminibus Cassus, mulier, muliebria passus.*

Alij tamen sunt, ultra his versibus comprehensos, qui ad eandem juris prohibitionem pertinent, cujusmodi sunt Surdus;

quod intelligitur de illo, qui prorsus non audit, ut *in d. l. 1. §. initium versicul. propter casum;* item mutus, furiosus, infamis, hæreticus, & quivis alius infidelis contra Christianum *l. nemo C. de postuland. l. nemo C. de episcopal. audient. c. excommunicamus 1. & credentes, de hæretic.*

2. Et denique, qui literarum peritiam non habent, advocati esse non possunt, ut probat *tex. in l. 2. C. de postuland. l. nemini C. de advocat. divers. judicior. l. jubemus. §. nec de cetero. C. de advocat. divers. judicium,* ubi probatur, quemquam ad consortium advocatorum admitti, antequam per statuta temporum legibus operam dederit; vbi gloss. *de quinquennio interpretatur;* quod studij tempus recurrendum jus commune requiritur, ut probatur *proæmio digestor. §. & quod jam primis, & alij tatis tradit Bovadill. in politic. lib. 1. cap. 6. num. 20. tom. 1. Atque ita patet, quod sine legum studio, ac scientia non debet aliquis ad officium advocacionis assumi; quod etiam probatur *tex. in l. 1. §. advocatos, junctâ gloss. ibi verb. quæ quoff. de varijs, & extraordinat. cognitionib. licet sit in exercitio causarum peritus, recurrendum Speculat. d. rubr. de advocato §. 1. nu. 11. Petrus Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 39. num. 7. Didac. Perez in l. 2. titul. 19. lib. 2. Ordin. versic. Vade infero; quanvis alij contradicant, ut tradit Montalban. de exception. d. art. 10. num. 15. moti per *tex. in l. penult. C. de judic. ubi traditur, militares magistratus, & illiteratos alios, qui quotidiano causarum usu sunt approbati, judicandi munere fungi posse; quo argumento in advocato idem æque probatur gloss. in l. 1. verb. exponere ff. de postuland. & in l. 2. C. eodem titul. Sed Bart. d. l. §. postulare num. 2. tenet contra glossam ibi; & ait, quod Doctor. contra illam dicunt, & bene; sequitur Silvelt. in summ. verb. advocatus, numer. 1. versic. Primò vero Montalvus, in repertorio legum Regni versic. advocati, & Suar. de Paz, qui illum citavit, in praxi annotat. 5. num. 9. Alphonsi. de Zeved. l. 3. num. 2. titul. 16. libr. 2. nov. recopilat. & sanè glossæ obstant *sup. citata jura, quibus literarum studium, ac peritia in advocato exigitur.****

Et differentiæ ratio inter eum, & iudicem secundum Bart. *d. §. postulare,* est, quia advocato incumbit causam sub patrocinio suo sumptam, legibus instruere, ac juris rationibus & Doctorum scriptis corroborare; quod facere non potest, qui juris peritus non sit. At vero ad iudicis officium spectat, judicare secundum allegata, & probata, propriumquè inter discordantium advocatorum sententias proferrè iudicium; quod absque literarum studio, & peritia à viro experto præstari cõmode potest. Quod



Quod si res ita in ambiguo sit, ut, utra pars  
 melius induat arma, iudicio suo discernere non  
 valeat, turpe illi non erit, pro decisione casus  
 adhibere, jurisperitum consulere, de cuius cō-  
 sententiam proferat. cum, & assessorem  
 habere, ei liceat, *vt in auth. de iudicibus §. 1.*  
*Mat. 6.* & excusatur, cum de imperitia ar-  
 guitur, quando sententiam tulerit ex consilio  
 peritorum, ut tradit *Mastril. de magistratib. 2.*  
*lib. 6. cap. 10. num. 96. ex Matth. Matthe-*  
*ab eo relato in l. 2. C. de pan. iudic. qui*  
*ad iudicavit nu. 4. & 5.* quod advocato tur-  
 pe erit, ignorare, nempe, jus, in quo versatur,  
 & alios pro muneris sui causæ instructione a-  
 gere *l. 2. §. Servius autem ff. de origin. iur.* &  
 turpe est, aliorum manibus quærere, quod  
 se invenire debet, ut dixit *Innoc. in cap.*  
*in cunctis num. 1. de elect.* Quam differen-  
 tiam rationem inter iudicem, & advocatorum  
 tradit *Addit. ad Speculat. titul. de advocato d.*  
*1. num. 12. verb. loquuntur, Bart. d. l. 1. §.*  
*postulare, in fin. Silvest. d. verb. advocatus nu.*  
*in fin. Azeved. d. l. 3. num. 2.*  
 3 Quod autem dicitur, quod, & qui pe-  
 nitiam juris non habent, iudicandi munus ex-  
 ercere possunt, *juxta d. l. penult. C. de iudic. de*  
 est accipiendum, quos princeps, ut illitera-  
 tali muneri præficit; si enim, ut literatos  
 præficiat, & illi non sint, aut ita leviter edo-  
 cti, quod iudicandi muneri idonei non sint  
 propter literarum penuriam, in ipsa muneris  
 acceptatione peccabunt. Peccant enim qui nō  
 habent scientiam sufficientem ad exercendum  
 officium, ad quod assumuntur, ut dicit *Inno-*  
*cent. d. cap. cum in cunctis num. 2. & commu-*  
*ter Scribb. ibid. ubi Abb. num. 4. scripsit, quod*  
*Innoc. dictum, ultra rationem naturalem,*  
*probatur in cap. non est putanda, in fin. 1. quest.*  
 per quem text. in iudicibus loquens idem  
 tradit *Navar. in manuali latino cap. 25. numer.*  
 2. & alibi in locis per eum ibid. citatis, atque  
 & alijs relatis *Segura Davolas in directorio*  
*dic. 1. part. cap. 3. num. 16. pro quo addu-*  
*cit illud ecclesiastic. 7. Noli quarere, fieri ju-*  
*stus, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates,*  
*Aviles in capit. prator. cap. 4. in gloss. que*  
*ad d. d. d. num. 8.* In advocato ergo idem æque  
 tenet, ut, etsi per statura tempora, & ultra  
 operam dederit, si tamen sufficientem ad  
 exercendum advocationis munus scientiam  
 adeptus non est, illius exercitio peccet, tradit  
*Navar. d. cap. 25. num. 28. & Summista com-*  
*muniter; & in utroque, in iudice, inquam, &*  
 advocato, qui minus, quam par sit suscepto  
 muneri, juris peritiam callent, elegantur egit  
*Cancellor. Polit. tract. de officio advocati §. ne-*  
*que opinior, post med. versicul.* Quippe, ubi  
 scripti non leve scelus ab his patrari, quite-

mere, atque indignè ejusmodi sibi provincias  
 ambiunt, nec minus ab illis, qui apud Sum-  
 mos Principes pro talibus supplicantes, pro-  
 moveri eos ad hæc munera, precibus impe-  
 trant.

4 Aliquando tamen in oppidis aliquibus,  
 ubi literati non adsunt, qui hoc munus agant,  
 illiterati admittuntur; quod se in municipijs  
 vidisse in literatorum defectum, testatur *Re-*  
*buff. de privileg. Scholar. d. privileg. 29. num. 7.*  
 subdens, quod in civitatibus illiterati non ad-  
 mitterentur ad postulationis officium, maxi-  
 mè in supremis curijs, quæ advocatis doctil-  
 simis fulgere debent. Apud nos quidem, nec  
 in municipijs in literatorum defectum ilite-  
 rati admittuntur absque rescripto Principis  
 ad id impetrato; & tales, vulgari nomine,  
 procuratores numerarij appellantur. Ad illos  
 verò, quanvis pro alijs in iudicio postulent, &  
 advocationis munus exercent, non pertinent  
 quæ honoris, & privilegij causa in advocatis  
 traduntur; verè enim, quanvis speciali Prin-  
 cipis indulto, ob literatorum defectum advo-  
 cationis munus exercent, advocati non sunt,  
 qui literarum peritia carent; quæ, ut principa-  
 le requisitum in advocato exigitur, juxta su-  
 pra citata jura; & ita de illis sentit *Speculat.*  
*d. titul. de advocato §. 1. num. 11. ubi scrip-*  
*sit, loquens de illo, qui non habet peritiam*  
*literarum, quod ejus patrocinium admittitur,*  
*licet inter advocatos non connumeretur, &*  
*ex Ioan. Andr. in addit. ad eum refert Rebuff.*  
*d. num. 7. quod fuit glossæ dictum in l. 2. C. de*  
*postuland. per jura, quæ allegat.* Si ergo inter  
 advocatos non connumeratur, advocatorum pri-  
 vilegijs frui non debet.


5 Ultimò, sciendum est, postulare, seu  
 advocare prohibitum, non censi prohibutum  
 consulere in Camera, ut tradit *Bart. in l. 1.*  
*§. postulare ff. de postuland. & ibi Angel. Abb.*  
*in rubric. de postuland. Dec. in l. famina, numer.*  
*10. ff. de regul. jur. & alijs citatis Stephan. Gra-*  
*tian. disceptation forens. cap. 39. numer. 4. cum*  
*sequentib. tom. 1. novissime Lusitanus Emma-*  
*nuel. Barbof. ad Ord. Reg. libr. 1. titul. 48. §.*  
*25 num. 5. Mart. de jurisd. 4. part. cent. 2.*  
*caus. num. 5. num. 12. ubi loquitur in clericis*  
 qui coram iudice seculari advocati officium  
 exercere prohibentur, & tamen in camera  
 possunt consulere, & scribendo iudicem ins-  
 truire, ut tenet *ibid. contra Ioan. Andr. ab eo ci-*  
*tatum in rubr. de magistr. col. 2. Cujus tamen Io-*  
*an. Andr. sententiæ ego adhærerem contra cle-*  
 ricum munus illud pecuniario quæstu publicè  
 agentem, tametsi in camera exercent; quia se-  
 cularia sunt negotia, quibus se immiscere,  
 non licet clericis, secundum Sacros

CANONES.

CAP.




## CAP. TERTIUM SUMMARIUM.

- 1  Contra parentes postulare in iudicio, nunquam licet, nec pro patria, quanvis causa ex patria, quanvis causa ex parte patrie iusta reputetur. Et cui potius parandum sit, patri, aut patrie, cum distinctione traditur.
- 2 Clericus contra ecclesiam à qua beneficium obtinuit, vel in qua est beneficiatus advocare non potest, & alias beneficio privatur. Limitatur in propria, aut parentis causa. Et praelatus ecclesiam suam contra omnes juvare tenetur.
- 3 Vasallus contra dominum à quo feudum habet, advocare non potest; nec libertus contra patronum.
- 4 Emphyteuta contra dominum à quo emphyteusim recepit, postulare pro alio, impune potest; & non valet argumentum de feudo ad emphyteusim, & contra, data disparitate rationis.
- 5 Inquilinus contra locatorem domus dominum postulare pro alio potest, nec eam ob causam expelli potest durante locationis tempore.
- 6 Advocatus duorum annuatim salariatus alterum contra alterutrum etiam causam injustam agentem patrocinio suo juvare non potest.
- 7 Advocatus accusans testamentum, relictum sibi in illo amittit tanquam indignus, & sisco applicatur.
- 8 Advocatus inimicitiae causa repellitur potest à postulando contra adversarium cuius est inimicus.
- 9 Advocatus unius partis pro altera in eadem causa postulare nequit, & contra faciens graviter puniatur. Et traditur, qui praevaricationes dicantur.
- 10 Advocatus unius in prima instantia, non potest contra eum esse in causa appellationis.
- 11 Advocatus in causa principali pro uno, impune contra eum patrocinari poterit in causa liquidationis finito principali. Item, qui in possessione alteri patrocinatus est, potest contra eum in petitorio patrocinari. De beneficiis tamen in his abstinere se debet.
- 12 Priore de relictis, alteri contra eum postulare licet advocato, iudice iubente.
- 13 Praevaricationis crimen committit, & qui secreti sui secreta sibi commissa adversario velat, vel qui in eandem causam consilium illi praebeat. Et an qui alteri prius consilium ab eo prestitit consilium, contra illum postulare in eodem negotio advocare impune potest cum distinctione traditur.
- 14 Praevaricationis crimen non committit, qui contra consilium à se uni prestitum recepto salario, alteri patrocinatur, tamen si male agat. Nec qui diversis temporibus, à diversis causis contraria respondet.
- 15 Qui fuit iudex in causa aliqua, amotus ab officio ante causa decisionem, potest in illa alteri parti patrocinari. Advocatus vero in causa, non potest postea in eadem iudex esse.
- 16 Contra amicum postulare, licet advocato, non decet. Contra amicum, aut pro inimico postulare advocatus cogi nequit; & multo minus contra propinquos, ibid. ad fin.

### CAP. III.

*Contra quos non liceat, aut non deceat advocare.*

- 1  Odem illo iure, quo mentibus nostris naturaliter insito praecipimur, ut parentibus pareamus l. veluti ff. de justit. & iur. venit, ut adversus eos patrocinium alteri praestare non debeamus. Nec de hoc, quod iure naturae venit, aliquis dubitat quando cum extraneo res agitur. Sed quaestio est, quando inter patrem, & patriam lis orta est, cui potius patrocinium debet exhibere advocatus; Speculat. encl. libr. 1. titul. de advocato §. 1. num. 28. tenet, quod parentes contra patriam fore juvandos, sumpto argumento ab ordine scripturae ex d. l. coherenti, ubi parentes primo ponuntur, deinde patriam.



*Ut parentibus, inquit, & patriæ pareamus,*  
*in l. 1. §. & generaliter ff. de ventr. in possessione.*  
*attend. dicitur, quod partus non tantum pa-*  
*renti, cuius esse dicitur, verum etiam reipub-*  
*licæ nascitur. Et quia natura magis impellit*  
*parentum, quam in patriæ amorem; est e-*  
*dem pater, & filius, vna, & eadem caro cap.*  
*contradicimus, versic. alij primum gradum 35.*  
*quest. 2. & natura pater, & filius eadem esse*  
*persona pene intelliguntur, vt dicitur in l. fin.*  
*finem. C. de impuber. & alijs substit. Quibus*  
*dicitur, quod parem gratiam parentibus repē-*  
*ere non possumus, secundum Philosoph. 8.*  
*ubicor. quod intelligitur de recompensatione*  
*effectu, quam sic parentibus æqualem sus-*  
*cepto ab illis beneficio facere non possumus;*  
*effectu enim, & voluntate potest filius etiam*  
*quid maius patri retribuere, vt ex Senec. 3.*  
*benefic. declarat S. Thom. 2. 2. quest. 106. art.*  
*ad primum. Vnde, nulli in his, quæ in natu-*  
*ra sunt, filium debere tantum reverentiæ, &*  
*gratitudinis, quantum parentibus, scripsit Fortun.*  
*l. veluti num. 19. de justit. & jur.*

Sed argumentum ab ordine scripturæ eludit  
 Cyn. aut etiam pro patriâ retorquet per *text.*  
*in l. advocati C. de advocat. diversor. judicior.*  
 ubi patriæ prius, deinde parentum mentio fit;  
 minus, inquit, provident humano generi,  
 quam sit pro alijs, atque vulneribus patriam, paren-  
 tibusque salvent. Similiter legitur apud Cice-  
 ronem *lib. 1. officior. ex Platone, ubi, Non nobis,*  
*inquit, solum nati sumus, sed ortus nostri partem*  
*patriæ, partem parentes vendicant, partem amici.*  
 itaque ita secundum ordinem literarum, si ab illo  
 commendandum est argumentum, patriâ ibi pri-  
 or est. Pro qua clarius deinde est ejusdem Ci-  
 ceronis testimonium *d. lib. 1. officior. ubi sic le-*  
*gitur, Omnium societatum nulla est gratior, nulla*  
*carior, quam ea, quæ cum republica est unicui-*  
*que nostrum: chari sunt parentes, chari liberi,*  
*propinqui, familiares; sed omnes omnium chari-*  
*ores patriâ vna complexa est; pro qua quis bonus*  
*labiet, mortem oppetere, si ei sit pro futurus? Et*  
 itaque, vt cum Nostris rem agamus, data pa-  
 tris necessitate, patriæ potius, quam patri esse  
 parendum, communis est sententia, secundum  
 Cyn. *in l. 1. §. huius studij num. 13. ff. de justit.*  
*& jur. Surd. de aliment. titul. 7. quest. 3. num. 5.*  
 Fortun. *in d. l. veluti num. 19. in princip. ubi,*  
 et duobus numeris sequentibus latè disputat,  
 cui potius parendum sit, patri, an patriæ, &  
 multis pro vtraque parte adductis, distincti-  
 one tandem rem componit, quæ eo tendit,  
 ut, cum agitur de particulari commo-  
 do patriæ, & patriæ, præponendus sit pater; si verò  
 res ita se habeat, vt ego possim, industria mea  
 patriam salvam facere, aut patrem, non vtrū-  
 que, subveniendum patriæ sit, de relicto pa-

rente; quam concordiam posuit. Cyn. aut  
*Additio ad eum in d. l. advocati, Angel. & Ful-*  
*gos. in l. penultim. ff. de postuland. ubi inquit,*  
*quod ubi agitur de commo- bursarii, paren-*  
*dum est patri; ubi verò de reipublicæ statu a-*  
*geretur, patriæ potius, quam parentibus est*  
*obediendum. Iuxta quam distinctionem ac-*  
*cienda est Speculat. opinio ubi supra, pro pa-*  
*tre, & Bald. in d. l. penultim. ff. de postuland. ubi*  
*scripsit, quod potius quis debet juvare patrem,*  
*quàm patriam, sequitur Abb. in cap. fin. num.*  
*final. de postuland. Aviles in capit. prator. cap.*  
*1. glossa terra numer. 11. & 12. Et juxta dis-*  
*tinctionem eandem in posteriori membro ac-*  
*cienda est sententia illorum, qui parentibus*  
*patriam præferunt; cui in pari vtriusque ne-*  
*cessitate subveniendum magis fore, tradit*  
*Angel. in §. jus civile num. 2. instit. de jur. na-*  
*tural. Flor in l. liber homo ff. ad leg. Aquil. & his*  
*citatis Iacob Novell. de jur. prothomiseos §. 2. n.*  
*12. Conrad Brun. de seditionib. lib. 1. cap. 13.*  
*num. 9. ubi citat. Bald. in l. qui necessario C. de*  
*advocat. diversor. judicior. & Alex. in d. l. ve-*  
*luti; & circa patrocinium advocati idem æ-*  
*què tradit; quod tamen ad primum distincti-*  
*onis membrum, quod pro patre est, magis*  
*pertinet Et quæstio in advocato locum sibi*  
*vendicat, quando vtriusque causa iusta puta-*  
*tur; in justam, namque, nec pro patre, nec*  
*pro patriâ suscipere vnquam advocatus de-*  
*bet.*

Crederem tamen, quod, etsi causa ex parte  
 patriæ iusta reputetur, & iniusta ex parte pa-  
 tris, ab advocato adversus patrem suscipienda  
 non sit, reverentiæ causa, quam parentibus  
 debemus; quia nos genuerunt; & etiam grati-  
 tudinis causa propter plurima ab illis benefi-  
 cia recepta. Nec obstat *text. in l. minime ff. de*  
*religios. & sumpt. funer. ubi filio permittitur,*  
*patrem, qui ad delendam patriam venit, im-*  
*pune occidere, & etiam cum præmio; hoc e-*  
*nim pertinet ad posterius distinctionis mem-*  
*brum, quod patriæ salutem, & incolumitatem*  
*respicit; ad quod etiam pertinet Marc. Tulij*  
*sententia d. lib. 1. officior. sup. relata, & id quod*  
*dicitur in l. post liminum. §. filius ff. de capitu. &*  
*post limin. revers. quod disciplina castrorum*  
*antiquior fuit parentibus Romanis, quam cha-*  
*ritas liberorum. Vnde fertur, Brutum, filios*  
*proprius, qui Tarquinius superbum reduce-*  
*re, moliti fuerant, securi percuti, iussisse; plu-*  
*raque veterum extant exempla pro patriæ in-*  
*colunitate, de quibus apud Valer. Maxim.*  
*lib. 5. cap. 6. quæ pertinent ad posterius distin-*  
*ctionis membrum. At nos agimus de causa pe-*  
*cuniarij commo- di inter patriam, & patrem,*  
*quam, etsi injustè agat, aut defendat pater,*  
*adversus eum à filio advocato suscipi non debet*



tam irreverentiæ, quam ingratitude evitan-  
dæ causa.

Qua etiam ratione clericus, quando ei ad-  
vocare licitum sit, contra ecclesiam, à qua be-  
neficium obtinet, advocare prohibetur, & a-  
lias tanquam ingratus beneficio privatur cap.  
final. de postuland. tradit Speculat. dict. titul.  
de advocato §. 1. num. 17. vbi idem dicit de ad-  
vocato contra Episcopum, à quo beneficium  
habet. Quod est intelligendum, quando con-  
tra Episcopum lis agitur super ipsis ecclesiæ  
rebus. Et quod dicitur de advocato contra ec-  
clesiam, à qua beneficium obtinet, procedit e-  
tiam in illo, qui advocat contra ecclesiam, in  
qua est beneficiatus; quanvis ab illa benefi-  
cium non accepisset; & ita loquens in clerico pa-  
tronicum præstante contra ecclesiam, in qua  
est beneficiatus, vel contra Episcopum, vt be-  
neficium tanquam ingratus privetur, tradit Quin-  
tilian. Mandos. tract. de ingratitude cap. 62 §.  
10. & rursus cap. 68. Mart. loquens in clerico  
contra ecclesiam suam scribente, aut iudicem  
instruente, de iurisdic. 4. part. cent. 2. cas. 115.  
numer. 14. Dicit vero Vincent. quem refert  
Specul. d. §. 1. num. 20. vt pro patre, & matre  
impotentibus contra ecclesiam advocare pos-  
sit, absentatamen prius licentia, alias non, nisi  
velit perdere beneficium. Atque ita, quando  
parentes providere sibi de advocato æquè ido-  
neo, commode valent, non poterit filius pro  
illis contra ecclesiam, cuius est beneficiatus  
advocare. Quod durum cenſeo, nec quidem  
probo, per ea, quæ supra dicta sunt ad quæſ-  
tionem inter patrem, & patriam. Et quia pro  
se contra ecclesiam, in qua beneficiatus est, &  
à qua beneficium obtinet, advocare quisque  
impune potest, vt tradit Speculat. d. num. 20.  
quia charitas bene ordinata incipit à se ipſo c.  
qui vult ordinatè, de penitent. dist. 3. l. præſes C.  
de ſervitut. & aqua; ſi ergo pro ſe poſtulare po-  
teſt, & pro patre poterit, quia pater, & filius,  
vna, & eadem perſona reputantur l. final. C. de  
imper. & alijs ſubſtit. & filius etiam vivo patre,  
dominus bonorum illius quodammodo exiſti-  
matur l. in ſuis ff. de liber. & poſthum. & denique  
ſententiam iſtam probat tex. in cap. final. de  
poſtuland. vbi clericus contra eccleſiam, à qua  
beneficium obtinet, pro extraneis advocare  
prohibetur, & alias beneficio ſpoliari poteſt;  
atque ita à contrario ſenſu pro conjunctis id ibi  
permiſſi impune videtur. Quod argumentum  
a contrario ſenſu quanvis pro conjunctis alijs  
admitti non debeat, aut ſaltem non deceat; de  
quo Speculat. d. §. 1. num. 19. tamen pro paren-  
tibus, & liberis non eſt negandum. In præla-  
to vero eccleſiæ contrarium eſt dicendum,  
quia illam contra omnes juvare ſemper debet,  
& etiam in cauſa illa, in qua antea contra eam

pro alio fuiſſet advocatus, argumentum eſt  
quod in tutore erga pupillum traditur in  
nal. ff. de poſtuland. & in ſpecie tradit Speculat.  
d. titul. de advocato §. 1. num. 20. in fin.

3 Huc etiam pertinet quæſtio de vaſallo  
cum domino, à quo feudum habet, contra  
quem poſtulare nequit, & alias feudum amittit,  
vt tradit Specul. d. §. 1. num. 30. vbi limita-  
tat in conjunctis perſonis, Afflict. deciſ. 269.  
num. 86. Mandos. de ingratitude cap. 62. num.  
10. Silveſt. in Summ. verb. advocatus num. 8.  
fin. Gail. libr. 1. obſervat. 88. num. 5. vbi  
afflict. rationem aſſignat, quia vaſallus tenetur  
defendere dominum in prælio campeſtris, ſed  
iudicium, dicitur iudiciale certamen, l. ad-  
vcati C. de advocat. diverſor. iudicior. ergo etiam  
in iudiciali certamine dominum defendere  
debet, non oppugnare, & alijs citatis tradit  
Mart. de iurisdic. d. cas. 115. nu. final. Co-  
jus argumento, & à fortiori idem in libertate  
ga patronum ſuum dicendum erit; libertus enim,  
& vaſalli in jure æquiparantur, vt probat  
gloſſ. in l. ſolo C. de liberal. cauſ. Iaſ. in l. generaliter,  
num. 4. ff. de injus, vocand. Mandos. d. tract.  
de ingratitude cap. 66. in princ. Imo maiorem  
ac multo maiorem gratiam, & reverentiam  
debet libertus patrono ſuo, quam domino vaſ-  
fallus, propter præſtantius beneficium, quod  
in libertatis datione conſiſtit. Non tamen dice-  
re audeam, quod, ſi libertus in cauſa aliqua  
levi contra patronum ſuum advectionis me-  
nus præſtituiſſet, eam ingratitude penam  
incurriſſet, vt in priſtinam ſervitutem redigi  
poſſet; nam, eſi eo ipſo cauſam ingratitude  
commiſiſſet, non tamen, vt ad priſtinam  
ſervitutem reducatur, ſufficit quælibet ingra-  
titude cauſa, ſed gravis eſſe debet, ſecundum  
D. Thom. 3. part. quaſt. 88. articul. 3. ad 2.  
Quod qualiter ſit accipiendum, explicuimus  
in commentar. l. ex hoc jure 2. part. cap. 12. diſ-  
ferent. 4. ſub num. 16. ff. de juſtit. & jur. pro  
pro intellectu l. 2. cum gloſſ. ibi C. de libert. & va-  
rum liber.

4 Quia verò de feudo ad emphyteuſim  
frequens injure noſtro eſt argumentum, quod  
probabile, vtiliſſimum, & frequentiſſimum  
vocat Euerard. in locis legalib. loc. 29. à feudo ad  
emphyteuſim, vbi late proſequitur, & communem  
tradit Clarus libr. 4. ſententiar. §. feudum quaſt.  
2. verſic. Dicit etiam, & pluribus citatis Nicol.  
Intrigliol. de feud. centur. 1. quaſt. 12. num. 1.  
cum ſequentib. ſicut & è contra, de emphyteu-  
ſi ad feudum frequens eſt argumentum, de  
quo Euerard. loc. ſequenti, videbatur dicendum,  
quod emphyteuta non poſſit pro alio poſtu-  
lare contra dominum, à quo emphyteuſim  
recepit, ſub pena emphyteuſis amittendæ, ſi-  
cut non poteſt vaſallus contra dominum feudi



Sed contrarium est tenendum, quia, inter  
 commissi causas, scriptam hanc non in-  
 venimus; & ideo, tanquam in materia pœnali  
 eam non debet fieri extentio; quia in pœ-  
 nalis non admittitur extentio, sed odia relin-  
 gendi, & favores convenit ampliari, ut dicit  
 regule de regul. jur. lib. 6. Nec argumē-  
 tum de feudo ad emphyteusim, & è contra,  
 eorum semper est, quia in multis differunt,  
 quibus Valasc. de jur. emphyteut. quest. 39.  
 viginti enumerat differentias, inter quas  
 prima est, quam secundo, & quarto loco scrip-  
 sit, nempe, quod feudum est beneficium gra-  
 tis, & ex benevolentia concessum natura sua,  
 cap. 1. §. fin. in quib. caus. feud. amittatur: alte-  
 ra, quam quinto loco posuit, est, quia de sub-  
 stantia feudi est fidelitas, quam vasallus domi-  
 no promittit, sive cum juramento, sive sine  
 eo, & inde etiam feudum nomen accepit, à  
 fide, scilicet, seu fidelitate; quam esse hujus  
 verbi etymologiam probat text. in cap. 1. §. nul-  
 lus, per quos fiat investitur. & communis sen-  
 tentia quam ex Curt. Junior. ab eo cap. 1. ar-  
 guitur Clarus d. §. feudum, quest. 5. late Nicol.  
 Tringliol. de feud. cont. 1. quest. 2. ex num. 1. &  
 alio duo nempe, beneficium ex parte domi-  
 ni, & fidelitas ex parte vasalli in communi  
 feudi definitione reperiuntur, tanquam sub-  
 stantialia illius, quæ in emphyteusi locum non  
 habent; quia illa natura sua gratis, & ex bene-  
 volentia non conceditur, sed ad onerosos perti-  
 net contractus; ex quo propter ingratitude-  
 nem non revocatur emphyteusis, ut tradit Valasc.  
 quest. 39. num. 12. hanc inter alias differen-  
 tias assignans inter feudum, & emphyteusim,  
 de quo scripsi d. 2. part. 1. ex hoc jure d. cap. 12.  
 different. 4. num. 20. & sequenti; nec emphy-  
 teuta fidelitatem domino promittit, nec illi  
 inquam servire tenetur, ut domino vasallus;  
 sed in his reverentiæ, & obsequij causa consistit,  
 atque etiam debitæ gratitudinis causa; prop-  
 ter quam pro alio contra dominum patrocinium  
 suum exhibere nequit vasallus, quin de-  
 bitum illi reverentiæ, & gratitudinis jus of-  
 fendat; quod cessat in emphyteuta, qui talem  
 non promittit fidelitatem; nec tali se obsequio  
 obstringit in ipsa emphyteusis concessione. At-  
 que ita in re, de qua agimus, ad quam tam  
 dispertat utriusque est causa, & ratio, de vno ad  
 alterum non valet argumētum; quod non pro-  
 cedere, quando inter utronque diversa ratio  
 reperitur, ex Nat. conf. 679. num. 5. vol. 4. tra-  
 dit Tringliol. d. quest. 2. numer. 4. quod ad alia  
 pleraque, in quibus propter similitudinem  
 Doctores nostri de vno ad alterum argumen-  
 tantur, observandum erit; ne in cautè argu-  
 mentum, tametsi alias licitum, & frequens, ad-  
 mittatur, vbi id diversitas rationis non patitur.

5 Ex eo autem, quod in emphyteuta tra-  
 didimus, ad inquilinum infertur, ut durante  
 conventionis locationis tempore, è domo condu-  
 cta expelli non possit, propterea quod contra  
 locatorem domus dominum pro alio, etiam  
 extraneo patrocinatur; nec enim inter expul-  
 sionis causas, de quibus in l. ad C. locat; hæc  
 reperitur scripta; nec rursus, locum hic sibi  
 vindicare potest ingratitude, quæ super oner-  
 osum contractum, qualis est locatio, & con-  
 ductio, cadere nequit, ut scripsimus d. l. ex hoc  
 jure d. cap. 2. different. 4. numer. 22. Sed di-  
 cet aliquis, in re locata malè versari condu-  
 ctorem, qui in illa contra dominum ejus offi-  
 cium suum exhibet pro adversario illius; quod  
 legitimam præbet expellendi causam durante  
 locationis tempore juxta d. l. ad in fin. Rur-  
 sus, negari nequit, domus domino acerbam  
 esse valde, habitatorem illius pro alio contra  
 se in judicio postulare; præsertim si causa gra-  
 vis sit, aut criminalis, in qua ab adversario ac-  
 cusetur, ita ut verisimile sit, quod si locationis  
 tempore calum hunc præcogitasset, in locatio-  
 ne ipsa illum excepisset; ex quo pro eo subin-  
 trat celebris, & recepta glossæ sententia in l.  
 tale pactum §. final. verb. per exceptionem, in fin.  
 ff. de pact. quam passim Doctor. extollunt ad  
 hoc, ut pro expresso habeatur, quod verifi-  
 militer cautum fuisset, si de eo præcogitaretur.  
 Sed est respondendum cum Bald. in l. unic.  
 num. 10. Cod. de his, qui ante apert. tabul. vbi  
 pro declaratione doctrinæ illius scripsit, quod  
 aut aliquid est omnino omisum, & habetur  
 pro misso, l. commodissime ff. de liber. & post-  
 hum. aut sequitur ad aliquod expressum, &  
 tunc reputatur omisum casu, id est, habetur  
 pro cauto d. l. tale pactum §. final. l. jam ex hoc  
 jure ff. de vulgar. & pupillar. substit. quam Bald.  
 doctrinam sequitur Peregrin. cum relatis ab eo de  
 fideicomiss. art. 1. v. num. 32. & illa præsentis casui  
 convenit, qui quidem non sequitur ad aliquod  
 expressum in ipso locationis contractu, ex quo  
 pro cauto habeatur, sed ut omnino omisus  
 pro omisso debet haberi; præsertim, quod nec  
 præsumptivè nobis constat, quod in oneroso  
 contractu, tali se pacto astringere voluisset cō-  
 ductor; ut munere suo contra locatorem vti  
 ei libere non licuisset; quod si locator aliud  
 voluisset, non latet, id ita eum voluisse, quia  
 locationis contractus sola illius voluntate non  
 perficitur, sed simultaneo utriusque consensu,  
 & imputet ille sibi, qui legem potuit apertius  
 dicere, non dixit l. veteribus ff. de pact. vbi est  
 casus expressus contra locatorem in ambigua  
 conventionem; quia in illius fuit potestate, legē  
 apertius conseribere.

6 Quæritur deinde de advocatione, qui pa-  
 trocinij sui annua salaria habet à duobus, inter  
 quos



quos lis postea exorta est, quem illorum juvare debeat. Quam quaestionem potuit *Specul. d. titul. de advocato §. 1. num. 24.* in advocato, qui habet feudum ab vna Ecclesia sub ea conditione, vt ipsam adjuvet in omni causa, & postea similiter aliud ab alia recepit; eamque soluit dicens, quod si primam Ecclesiam iniquam causam favore sciat, secundam iuvabit, licet prima pro periuo eum habeat: si verò illud ignoret, primam per se iuuet, & secundam per substitutum, *argumento text. in l. ad similitudinem C. de Episcop. & cleric.* Sed responsio ista in vtroque membro patitur difficultatem; nam in primo, iniquitas causae primae Ecclesiae cognita ab advocato illum excusat à patrocínio pro ea suscipiendo absque conventi annui salarii diminutione; quia conventio, etsi de praestando in causas omnes patrocínio celebrata fuisset, de iustis intelligitur, & non de iniustis, quae in conventionem, quantumcunque generali inclusae non censetur, sed semper exceptae, juxta *text. celebrem in l. creditor. §. Lucius Titius ff. mandat. l. si procurator §. 1. de condition. in debit. l. si pater ff. de his, qua in fraud. creditor.* quibus probatur, in generali mandato illicita non venire, notat *Oldrad. conf. 66. in princ. & exornat. Palat. qui alios citat, in repetit. rubr. de donat. inter virum, & uxorem §. 66. nu. 26* & ad rem, de qua agimus, optimum praestatur argumentum *l. si libertus ita iuraverit ff. de oper. libert. vbi, si libertus iuraverit dare se patrono, quot operas arbitratus sit, de ijs intelligitur iurata promissio patroni arbitrio commissa, quas aequum sit praestare; igitur conventio cum advocato facta de operis suis in omni causa alicui praestandis non intelligitur de ijs, quas praestare, iniquum sit.*

Quinimo si de his etiam conventio expressa esset, non valeret, tanquam de maleficio, & re turpi conventio, quae non valet. *l. generaliter l. si plagij ff. de verbor. obligat. l. si a reo §. fin. ff. de sivejussorib.*

At vero causae iniquitas ab advocato cognita, & quanvis manifesta illa sit, ex parte primae Ecclesiae, non excusat advocatum illius salariatum, vt contra eam alteri, cuius item salariatus est, in causa illa patrocinari valeat; nam, etsi conventio eum non arctet ad iniustae causae susceptionem; arctat tamen ad nullam, sive iustam, sive iniustam illa sit, suscipiendam contra Ecclesiam, patrocínio suo generaliter commissam pro annuo salario; & haec enim in conventionem venit, quod flagitiosum non est: alioquin diceremus, teneri advocatum contra suos, & etiam contra parentes suos iniuste agentes alteri, qui iuste agat, defendat, patrocinari. Quod nemo affirmabit, & circa patrem tradidimus sup.

Et haec quidem quae dicta sunt ad primam praecedentis distinctionis membrum, eadem vim habent in sequenti, in quo eadem ratio, vt advocatus contra Ecclesiam, seu civitatem aliam, quam secundo loco sub patrocínio suo suscepit, alteram, quam antea susceperat, in lite inter vtramque motam per vtriusque susceptionem, iuvare non potest, licet secunda iniuste contendat, vt circa primam dictum est, quae non videtur potius in advocato habere ad patrocinandum ex parte tra eam, cui se postea addixerat, ante iuramentum tamen inter illas suscitatum, Nec quidem per substitutum facere, ei licebit, quod per ipsum non licet; & argumentum de substituto praestando sumptum *ex d. l. ad similitudinem C. de Episcop. & cleric.* conducit ad casum, quo advocatus ad munus aliud promoveretur, quo condictum patrocínij sui tempus perficere non posset; quo casu, vt residui temporis salarium lucretur, substitutum aequè idoneum praestare debebit, longe aliter, ac quando morte praeventus, aut infirmitate impeditus implere non posset; de quo inferius tradetur. Itaque, in casu proposito neutrum iuuet; quod videtur esse *glossa sententia in cap. final. in glo. final. de postuland.* quae loquitur in clerico beneficium habente in pluribus Ecclesijs, & quaerit, an possit patrocínio iuvare vnam contra aliam, & respondet, quod neutram iuuet, et *Abb. ibi num. 4. in fin. Innoc. & alios secuti* teneat, quod sine pena possit iuvare primam. Sed utcumque res se habeat ad penam in gratitudinis in hac specie evitandam, ad vtrumque salarium lucrandum, qui est casus, de quo agimus, neutram partem iuuet; ac, si potest, non advocati, sed mediatoris inter vtramque officium assumat ex consilio *Hosien. relato à Panormit. d. num. 4.* Quanvis prior iuvare ab advocato amborum per se debet, posteriorem verò per substitutum, magis placet *Azeved. l. 18. num. 3. titul. 16. lib. 2. recopilat. cum Tiraq. de primogenit. quest. 17. in princ. num. 14. cum sequentibus. & Rolan. cons. 4. num. 23. cum sequentibus. lib. 2. ab eo relatis, notissimè Barbol. ad Ord. Reg. lib. 1. titul. 48. §. 27. num. 3. Quod tendit ad Speculat. sententiam de qua sup.*

7. Illud constat, advocatum accusantis tementum, commodum sibi in illo relicto capere non posse, sed ab eo tanquam ab indigno auferri filius, vt probat *text. in l. post legatum §. sunt qui putant, ff. de his quib. vt indign. & ibi gloss. & communiter Scribb. Tiraq. de retr. lignagier. §. 1. gloss. 9. numer. 262. Peregrin. de iur. fisco. lib. 2. titul. 7. num. 15. Matienz. l. 11. titul. 8. gloss. 3. num. 13. lib. 5. recopilat. Quod limitatur in fisci advocato, qui officij necessitate*



recusatur, d. l. post legatum §. advocatum; & in  
 tore idem probat *tex. in l. tutorem ff. eod. tit.*  
 in quovis alio administratore tradit Mati-  
 12. d. num. 13. Filium quoque contra testa-  
 mentum paternum pro alio postulantem, le-  
 gitimam non perdere, tenet Peregrin. d. titul.  
 num. 16. per l. qui cum maior §. si patroni ff. de  
 libertor. quia in legitima filius de damno  
 agendo agit, & in legato, de lucro captando,  
 non par ratio est damni, ac lucri ad casum  
 propositum, secundum gloss in d. §. sunt qui pu-  
 ant; & Bart. ibi.

8. Rursus, circa advocatum adversæ par-  
 inimicum dubitari potest, an ab illa inimi-  
 cæ causa repelli possit. Quam quæstionem  
 parte affirmativa in Senatu decisam fuisse,  
 dicitur Cabed. decis. 214. (quæ est ultima il-  
 l. 1. tom. 10. part. 1. licet ipse num præ-  
 sente contrarium magis probare videatur,  
 tunc, inimicum, contra inimicum patrocini-  
 um, non prohiberi, subdens, quod imò in ca-  
 illo minus suspectus erit parti, cui patrocini-  
 ur, & meliori animo (ut est hominum na-  
 tura) contra inimicum patrociniabitur. Quæ  
 tamen ultima ratio me magis movet, ut tene-  
 ri prohiberi cum posse, juxta quod Senatus  
 iter decrevit. Etenim sic clientulo patrocini-  
 sui debitor est advocatus, ut adversario dā-  
 tum injuriosè non inferat; quod ab inimico  
 temere (ut est hominum natura) temerarium  
 iudicium non erit. Porro, advocatus malevo-  
 lenti animo, & odio affectus, in adversarium mu-  
 tuum suum agens, in multis injuriosè illi nocere  
 potest, moratorijs, scilicet, exceptionibus  
 tem protelando; & deteriora alia in litis pro-  
 cellu calumniosè procurans, ut considerat  
 l. 1. sententiam hanc probans, & secundū  
 Senatum pluries judicasse, testificans *cons.*  
 4. num. 2. cum sequentibus. tom. 2. Pro qua  
 adducit, quod inimicus inimicum accu-  
 sare nequit, c. 3. cum duobus sequentibus. 3. quæst.  
 cum oporteat, de accusatione. Si ergo inimi-  
 cum publici criminis, in cuius punitio-  
 nem publica vertitur utilitas, accusare nequit  
 quàm quilibet de populo, propter prælūp-  
 tioneo, quia inimicus est, calumniarum te-  
 mas, atque machinationes in ipsa acculatione  
 pari ratione. & à fortiori etiam repelli po-  
 tuit advocatus à postulando contra inimicū.  
 tamen accipiendum hoc est, ut non quæli-  
 tate inimicitia sufficiat ad repellendum eum,  
 sed quævis ad iudicis recusationem sufficiens illa  
 maior enim requiritur ad advocati repul-  
 sionem, in cuius ministerio non tantum adversæ  
 partis præjudicium vertitur; nec tamen ad  
 capitale exigio, aut gravissimam; sed  
 quæ eum in muneris sui ministerio  
 respectum efficiat coram iudice, cuius arbi-

trio decernendū hoc erit. Limitat vero præ-  
 dictam sententiam Barbof. ad Ord. Reg. lib. 1.  
 titul. 48. §. 28 num. 4. ut non procedat quan-  
 do amicitia post susceptum patrocinium orta  
 fuit, & repellendi patroni causa affectata; sic-  
 que in sui ipsius causa iudicatum fuisse in Por-  
 tucalensi senatu, refert ibid.

9. Illud certò constat, unius partis advo-  
 catum, pro altera in causa eadem advocare non  
 posse; & contra faciens prævaricationis cri-  
 mine involvitur l. 3. versicul. Quod si advocato  
 ff. de prævaricatorib. l. 1. C. de advocat. diversor.  
 judicior. Infamis efficitur, l. athletas. §. item  
 prævaricator. ff. de his, qui not. infam. junctis  
 gloss. ibi; & extraordinaria pæna punitur, l. 1.  
 in fin. cum leg. sequenti ff. de prævaricatorib. d. l.  
 1. C. de advocat. diversor. judicior. Sed leg. nos-  
 tra Regia certa his statuta est pæna perpetui  
 exilij cum muneris depositione in Ord. lib. 1.  
 tit. 48. §. 13. & in Regno Castellæ, l. final. tit.  
 6. part. 3. pæna mortis imponitur, ubi viden-  
 dus est Greg. verb. de ve morir. Quanvis advo-  
 catus, propriè prævaricator non dicatur, d. l. 1.  
 versicul. Caterum ff. de prævaricatorib. sed im-  
 propriè, seu abusivè, ut dixit gloss. ibi verb. præ-  
 varicator, & in d. l. athletas. §. item prævarica-  
 tor verb. ex utraque, Paul. in l. 1. num. 2. C. de ad-  
 vocat. diversor. judicior. ubi tradit, quod pro-  
 priè prævaricatoris dicitur, qui aliquem de  
 publico crimine accusat, & postea ab eo fortè  
 corruptus, ipsum absolvi patitur, d. l. 1. §. is  
 autem ff. de prævaricatorib. l. 1. §. prævaricatorē  
 ff. ad Senatusconsult. Turpill. Advocatus verò  
 abusivè, seu impropriè dicitur prævaricator,  
 sicut & omnes peccatores terræ, qui à lege  
 Dei defecerunt, juxta illud Psalmographi,  
 Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: &  
 rursus, Vidi prævaricantes, & tabescebam: quia  
 eloquia tua non custodierunt, Psalm. 118.

Hoc autem fallit in causa pupilli, cuius ad-  
 vocatus qui in illa contra patrem ejus postu-  
 laverat, factus postea est tutor; non prohibe-  
 tur enim pupillo suo adesse in negotio eodem,  
 l. final. ff. de postuland. c. infames, versicul. Item  
 si contra patrem, 3. quæst. 7. quod favore pu-  
 pillorum constitutum sic est, secundum gloss.  
 magnam in fin. in d. l. final. Specul. d. titul. de ad-  
 vocato. §. Nunc tractemus num. 11.

10. Sed est notandum quod præcitata  
 glossa tradit ibid nempe, advocatum, qui fuit  
 pro una parte in prima instantia, impune posse  
 contra eandem in eodem negotio postulare  
 in causa appellationis, quia appellationis causa  
 non est eadem cum prima: idem tenet Specul.  
 d. §. Nunc tractemus n. 12. ubi ait, quod sæpe ita  
 fit in Curia; & uterque allegat illud, de quo in  
 l. tutor C. de negot. gest. ibi, Satis, abūdeq̄ sufficit, si  
 cui vel in paucis amici labore consulatur; &



quia advocatus olim fisci, in causa in qua fisco patrociniū non præstitit, contra fiscum patrocinari, liberè potest *l. 2. C. de advocat. fisc.* Subdit verò *Specul. num. sequenti*, quod honestius est, abstinere in causa appellationis à patrociniō contra priorem, per ea quæ ibi scripsit. Quæ, sanè, non de honestate tantum, sed de necessitate id evincunt; nam, etsi instantia appellationis, alia sit à priori, causa tamen quæ utraque agitur, est eadem, ut dicit Bald. *in d. l. final ff. de postuland.* & idem jus, & partes eadem; idcirco non videtur quòd, qui in prima unam sub patrociniō suscepit, contra eandem postea in secunda patrocinari queat absque prævaricationis crimine, ut esse communem Doctorum opinionem, illam secutus tradit Avenda. *de exequend. mandat. lib. 1. c. 2. nu. 25. versicul. Tamen contra*, Azeved. *l. 13. num. 1. titul. 16. lib. 2. nov. recopilat. Ioan. Gutierr. practicar. lib. 1. quest. 30. nu. 3.* & adversus alios cū relatis ab eo Burg. de Pace *in proem. leg. Taur. num. 410. Lusitan. Barbof. ad Ord. Reg. lib. 1. tit. 48. §. 12. num. 1.* & contra *gloss. tenere Doctores*, affirmat Paul. *d. l. final. in fin.* & qui ejuscemodi rem fecisset, tergiversato rem vocat Guliel. *relatus à Bald. ibid. Peregrin. de jure fisci lib. 7. tit. 2. n. 10.* quia non debet primam fidem irritam facere.

11 Sed postquam negotium principale est finitum per sententiam, de cujus liquidatione est agendum, advocatus, qui fuit pro uno in principali, poterit in causa liquidationis alteri contra illum impune patrocinari. Diversum est enim liquidationis negotium ab ipso principali, & diversum utriusque jus, & factum; idcirco qui in uno fuit, potest esse in altero contra primum, juxta tradita per Avendan. *d. c. 2. nu. 25. versic. Item d. l. final.* Cald. *in relect. l. unic. C. ex delict. defunct. in quantum hered. conveniant. 5 part. nu. 33. versicul. Quinto non procedit.* Qua item ratione, qui in possessorio judicio unius patronus fuit, alteri contra illum patrocinari poterit in petitorio; diversa sunt enim, & nihil commune habet proprietas cum possessione, quod indubitati juris esse, dicit Cald. *d. num. 33. ad fin.* De honestate verò in calu isto, & multo magis in præcedente abstinere se debet advocatus.

12 Rursus, ab hoc crimine excusatur qui jussu judicis priore derelicto adversarium illius in clientelam suam recipit; hoc autem evenit, cum in auditorio duo sunt advocati alijs præstantiores, quos nobilissimos vocant Imperat. *in l. providendum in princip. C. de postulad.* & unus præripuit utrumque: poterit iudex in hoc casu alteri de alterutro providere *juxta tex. ibi in fin. tradit Cabed. decis. 214 n. 8. part. 1.* de quo apud nos *Ord. lib. 1. tit. 48 §. 27.* quæ illi, qui utrumque præoccupavit, eligendi fa-

cultatem concedit, quem sibi velit.

13 Præterea, quanvis prævaricationis crimen committat, non solum qui utrique parti patrocinator, sed etiam qui clientuli sui secretum sibi commissum alteri parti revelat, ut tradit Avendan. *d. c. 2. nu. 25. in princip. citato Specul. d. §. Nunc tractemus nu. 10. versicul. Caveat* Azeved. *l. 17. num. 1. cum sequent. titul. 16. lib. 2. nov. recopil. Mart. de jurisdiet. 3. part. cap. 7. num. 23. & alijs citatis Bovadill. politic. lib. 2. c. 5. num. 25. gloss. in summa, tom. 1.* vel qui adversario in eandem causam consilium præbet *Ord. d. titul. 48. §. 13.* tamen non idem obinet è converso, ut qui uni consilium præstitit pro altero advocare nequeat in negotio illo quo à primo consultus fuit, quanvis secretum causæ illi revelasset, ut tradit *gloss. d. l. final. ff. de postuland.* subdens, quòd alioquin nulli homini consilium esset dandum, & quòd sic definitò judicatum fuit, idem tenet *Specul. d. §. Nunc tractemus, num. 1.* ubi etiam dicit, quòd alioquin nulli esset consilium dandum, & quòd sæpe vidit, ab aliquibus peti consilium, non acceptaretur, sed ut illi postea parti alteri consulere erubescant; sequitur Cald. *in relect. d. unic. 5. part. n. 33. versicul. Secundo, & Jo. And. in addit. ad Specul. loco proximè citato fatetur, quòd omnes Doctor Bonon. in hoc concordarunt, subdens tamen, quòd ipse nulli ratione patrocinator contra illum, pro quo dedisset consilium, recepto salario, & maxima in scriptis, & hoc ipsum probat Bald. secutus Guliel. ab eo relatum *in d. l. final. & Paul. prope fin. Ioan. And. securus* ubi dicit, quòd ista est veritas, Peregrin. *d. lib. 7. titul. 2. nu. 1.* Gutierr. *lib. 1. pract. quest. 30. num. 5. Cabed. d. decis. 214. num. 15. Emman. Barbof. ad Ord. Reg. lib. 1. titul. 48. §. 12. num. 1.* iuxta quæ utraque sententia ad concordiam reducitur, intelligendo primam, quando consilium est præstitum absque salarij redditione; de quo reddendus est Gutierr. *d. quest. 30. à numer.* Secundam verò, quando condigno soluto salario præstitum fuit. Et de utriusque mentis concordia ista est.*

Addendum tamen primæ est, quòd etsi consilium fuisset præstitum, condigno salario soluto, & secundum propositam sibi facti narrationem, advocatus, causæ merita non pro illo stare, à quo consultus fuit, respondisset, sed pro altero, istius postea in eadem causa advocatus impune esse poterit, salvo tamen secreto, sibi à primo commissò, dum consilium petitur. Si enim advocato hoc non liceret, propter consilium antea præstitum, propter modicum consilij salarium, maioribus fraudaretur stipendijs ex litis progressu obventuris absque culpa sua; nec est, de quo



conqueri possit primus consultor, cui de patrocinando illi in causa non dedit advocatus ab eo consultus, sed potius, ut abstineret, monuit, & consuluit, si justè agere vellet; & ita in casu isto non dubiè sentit Ioan. in addit. ad Specul. d. §. Nunc tractemus de. 11. & tenent Rayner. & Alberic. in d. l. sic intelligentes gloss. ibi, Angel. & Doctor. l. Labeo ff. de arbitr. secundum Burg. de Pace l. 1. Taur. num. 644. ubi ait, quod sæpe alibi hoc traditur, sequitur Gutierr. d. question. 30. final. subdit tamen, quòd hoc nunquam dicitur absque præcepto, & mandato iudicis, hoc quoque secutus eundem Burg. d. n. 644. eo citatum; quo in loco de facio proprio contingente ita testificatus est; idem pro- dicitur Tiber. Decian. in Apologia pro Iurisprudencia. c. 22. cui titulus De officio consulentis nu. 14. Et Ioan. Andr. loco proximè citato idem sentit, quando, etiam pro primo consiliū dedit, secutus eundem Burg. d. n. 644. terminos, alijs deinde ab alio diversis propositis in eodem negotio pro illo suo munere fungeretur; ad quem casum Ioan. Andr. eo in loco refert, & sequitur Paul. d. l. final. num. penultim. de postuland. Avendan. d. c. 2. num. 25. versic. licet, si ex alio fundamento ubi ad idem citat. Bald. in l. de tutela C. de in integr. restit. & Dec. in l. nemo potest mutare consilium ff. de regul. jur. eos secutus Cald. d. num. 33. versicul. Quar- qui tamen loquuntur in casu alio à nostro diverso, de quo infra. Tenenda verò est prædicta opinio in prædictis speciebus, à quibus prævaricatoris nomen longè, at prorsus abest; huius etiam verbi spectata etymologia, quæ à prævaricate est; dicitur enim prævaricator quasi prævaricator, secundum Vlpian. in l. 1. in princip. de prævaricatorib. & in l. prævaricatores ff. de verbor. significat. quæ varietas longe abest ab illo, qui uni consuluit, & secundum id, quod consultus respondit, pro alio postea in iudicio postulat, ut in priore specie; & ab illo, qui contra- rium nõ postulat, sed diversum ab eo, quod prius respondit, supposita propositorum sibi utroque terminorum varietate, ut in posteriore.

14 Illud etiam est notandum, quòd, etsi male agat, juxta posteriorem sententiam, qui contra consilium à se uni præstitum, salario recepto, pro alio postea in eisdem terminis postulat; non tamen ex hoc crimen prævaricationis incurrit; quia ante susceptum primi patrocinium non committitur; quod non suscipitur per simplicem consilij præstationem, sed per postulationem coram iudice pro clientulo factam. Atque ideo prævaricationis pœna in hoc casu ad alium extendi non debet, juxta vulgares traditiones. Sicut non extenditur

ad eum, in quo advocatus, contraria diversis temporibus à diversis consultus, in eisdem terminis responderit; quo casu eos excusari, qui sic contraria responderint consulentibus se, propter verbum credo, quo uti solent, tradit Bald. in l. de tutela num. 4. C. de in integr. restit. minor. ubi tamen subdit, quòd erubescenda est ista varietas; quam etiam detestatur Angel. in l. Labeo in fin. ff. de servitut. rusticor. prædior. dicens, quòd ab hoc caveat unusquisque, ut ab igne; quia non trahuntur consilia ob malignitatem linguarum in bonam fidem; sed potius infallicitatem, & illo citato, Dec. in l. nemo potest mutare consilium num. 1. in fin. ff. de regul. jur. Notanda verò contra prævaricatores sũt verba Pauli, quæ scripsit in l. 1. in fin. C. de advoc. diversor. iudicior. ubi, Rogo vos, inquit, caveatis ab istis prævaricatoribus, ne eveniat vobis, quòd evenit in persona Oldradi, qui postea dolore, tristitiaque periit.

15 De illo non dubitatur, posse, nempe, qui fuit iudex in causa aliqua, finito postea officio ante causæ terminationem, patrocinari in illa alterutri parti, quam iuste agere, aut defendere arbitretur: licet contrarium inconsulto scripserit Avenda. de exequend. mandat. d. lib. 1. c. 2. num. 23. in fin. nisi intelligatur, durante muneris iudicandi tempore, juxta tradita, per eum d. n. 23. tunc enim advocare ei nõ licet, qui iudicandi munere ungitur, l. quisquis, in princip. juncta gloss. ibi. C. de postuland. l. final. C. de assessorib. tradit Gratian. disceptation. forens. c. 39. num. 1. tom. 1. Postea vero licet etiam in eadem illa causa, in qua iudicis officium administravit, ut post alios tradit Aviles in cap. Prator. c. 3. gloss. Abogados, num. 2. ubi, hoc latis expresse probari, dixit in d. l. final. Dicit tamen Specul. lib. 1. tit. de iudice delegato §. superest, in versicul. Quid est converso num. 11 quòd etsi nullo jure prohibeatur, ut quis possit esse advocatus in causa, in qua fuit iudex, tamen honestè facit, si se abstinet; ne, malum commercium præsumatur, tempore quo iudex erat, habuisse.

E converso verò inter omnes constat, eum, qui pro aliquo advocatus fuit, non posse in eadem causa iudicandi munus postea exercere. c. postremo, de appellationib. notat Bart per tex. ibi in l. Prator ff. de iurisdict. omn. iudic. Aviles, qui alios refert d. gloss. Abogados n. 3. Avendan. lib. 2. de de mandat. Regalib. c. 23. v. 10. Azaved. l. 13. nu. 4. tit. 16. lib. 2. recopilat. Cabed. decis. 20. num. 2. part. 1. id què antiquis Sapientibus placuisse, habetur in l. 10. tit. 4. part. 3. ex ratione de qua ibi, ubi Gregor. verb. no deve cyr, refert Specul. tit. de assessorib. §. final. tenentem, quòd hoc casu sententia sit nulla. Sed Specul. ibi in assessorib. loquitur; & de iudice ordinario, qui in eadem



causa fuerat advocatus contrarium scripsit secutus Vincent. *ab eo relatum d. titul. de iudice delegato §. superest versicul. Item si fuerit advocatus, num. 10* ubi scripsit, quod, qui fuit advocatus, potest esse iudex ordinarius, secundum Vincent & Ioan. And. *in addit. ad eum ibidem verb. Prator.* declarat, quod recusari tamen possit, ut ita susceptum antea patrocinium iustam præbeat reculationis causam in ordinario; quod tenuit Alex. *in d. l. Prator n. 5.* quam simul est interpretatus cum *l. solet proxime precedente ff. de iurisdic. omnium iudic.* ubi scripsit, quod iste est unus de casibus, in quibus de iure civili reculari potest ordinarius, idem tenet Paul. *in l. quisquis nu. 1. C. de postuland.* differentiam constituens inter ordinarium, qui fuit advocatus, & delegatum; ut illius sententia, si non fuit recusatus, valeat: istius verò etiam absque recusatone non teneat, quasi, eo ipso, quod in delegata causa fuerat advocatus, delegata iurisdicção non subsistat. Et in assessor loquens, quod sententia valeat, illo non recusato, contra *Specul. tenet Paris de Puteo tract. de Syndicat. §. potestas nu. 11. fol. in libro meo. 63.*

16 Ultimò, contra amicum postulare etsi liceat, quia iure prohibitum id non reperitur, non tamen decet; quia non omne, quod licet, honestum est, ut est in juris regul. & ita loquitur Abb. *in cap. final. num. 3. de postuland.* ubi scripsit, indecens esse, ut contra amicum quis assumat advocacionis, seu procuracionis officium. Differentia verò circa hoc inter inimicum, & amicum stat in eo, quia contra inimicum patrocinari non potest advocatus, illo excipiente, ut tradidimus supra: contra amicum verò, illo invito, & repugnante, potest, si vult: sed honestè facit, si se abtinet; quia legè amicitiae offendit, qui contra amicum suum

adversarium ejus defendit. Et, quia qui pro aliquo postulat, amicus ejus est, juxta definitionem, de qua *in l. 1. versicul. Postulare, ibi, de iudic. derium suum, vel amici sui ff. de postuland.* ob hoc illi potest ab amico, adversus quem alij patrocinatur, *Inimici mei amicus, amicus meus non est.* Nec tamen objectio hæc evincit, ut amicus amico contra alium non patrocinetur; nam a magistratu compelli potest; quanvis etiam compelli nequeat ad postulandum pro inimico suo, vel contra amicum suum, *juxta glossam d. l. 1. §. initium verb. ait Prator in fin.* tamen pro inimico amici sui adversus alium postulare, cogi poterit, *juxta text. ibi d. §. initium versicul. Ait Prator, qui generaliter loquitur, §. l. providendum versicul. Si quis verò C. eodem modo cum justa excusationis causa non sit, esse amici sui inimicum illum, cui patrocinari jubendummodò contra amicum iustus iudicis non urgeat. Contra inimicum, itaque, suum postulare, non licet advocato, illo opponente, contra amicum verò licet; sed non decet. Et è cõvolutio, nec pro inimico, nec contra amicum postulare, compelli potest, *juxta glossam dict. verb. Prator. tradit Cabed. decision. 2. 4. num. 8. tom. 1.* Et quod in amico dicitur, multò magis erga propinquos servandum erit, in quibus duplici vinculum reperitur, naturale unum, sanguinis, scilicet, quod est indissolubile *l. iura sanguinis ff. de regul. jur.* & aliud præsumptæ dilectionis; in amico verò non est nisi unum, quod civile vocat, & accidentale; & maximè, inquit, hodiernis temporibus, in quibus verus amicus non reperitur, quia in veris amicis debet esse idem velle; & idem nolle. Atque ita ibid. numer. penultimus propinquitatem amicitiae præfert, ut propinquos potius, quam amicos patrocinio suo juvare debeat advocatus.*

## C A P. Q U A R T I.

### S V M M A R I A.



- 1 *Advocatum, qui moralem proficitur disciplinam, & alijs inculcat, bene moratū esse, maximè decet.*
- 2 *Advocatus jurisperitus esse debet, quantum exequendo muneri pars sit; & alias peccat, & clientulo ad interesse tenetur.*

- 3 *De Lusitania nostra advocatis, & Curia numeraris, & examine eorum coram Magistratibus.*
- 4 *Advocatum decet vox gloriosa. Et declaratur qua intelligatur gloriosa vocis appellatione.*
- 5 *Multiloquium, & procacitas damnatur in advocato, & potest iudex nimirum verborum ab auditorio eicere, & etiam privare officio.*



In scriptis suis à convicijs abstinere debet, & proferenda non debet tacere; nec ita brevilocus esse debet, ut prætermittat dicenda.

Injuriandi animus non præsumitur in advocatione qui injuriosa verba in adversarium proponit in articulis, quando illa ad causæ victoriâ pertinet.

Quando injuriosa verba ad causæ victoriâ non conducunt, injuriarum actione tenetur advocatus qui illa scripsit, protestatione in contrarium facta haud quaquam excusandus.

De advocatorum veste, & toga qua olim apud Romanos illis in usis erat.

10 In questione, an liceat Dominis diebus, & alijs festivis in honorem Dei studere, media sententia, quæ & communis est, probatur, tradens, id licere, quando studiû principaliter lucris causa non suscipitur, sed ad illuminationem intellectus, aut aliorum commodum.

11 Advocatione non licet diebus Dominicis, & festivis alijs in honorem Dei ijs incumbere quæ ad munus suum pertinent, proprii lucris causa. Nec multitudo negotiorum eum excusat, quando per alios æquè idoneè expediri illa possent tempore habili.

## CAP. QUARTUM.

Advocatus qualis debeat esse in se.



Ria potissimum discutienda sunt indirectorio advocatorum, quæ quisque qui huic se muneri addicit, observare semper, & præcavere maximè debet, si per semitam justitiæ, quam profite-

as suas dirigere intendit. Primum est, qualis in se ipso debeat esse: secundum, quæ cum cliente: tertium, qualis erga adversarium. Post quæ dispiciendum etiam erit de

advocatione cum adversarij advocatione: & de advocatione erga judicem. Postea de privilegijs, & periculis advocatorum. Quod ad primum

tenet. Qui disciplina morali, quam didicit, adjuvare, publicè profiteatur, moralis & esse debet, id est, bene moratus; ut cum

professione vitæ mores convenient; ait enim Ulpian. *Jurisconsult. in l. 1. in princip ff. de*

*jur. ibi* Institutam, namque, colimus, boni, & equi notitiam profiteamur equè ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non

metu penarum, verùm premiorum quoque laboratione efficere cupientes, veram (nisi fallor) philosophiam, non simulatam affectantes. Quæ

magna valde sunt, & ad omnes pertinent, qui jura tractant, sive judicando, sive postulando, aut consulendo, aut etiam interpretando. Qui ergo hæc alijs inculcat, & in

eorum commodum publicè exercet talis esse debet, ut vitæ suæ moribus non cōtradicat ijs, quæ lingua sua dicit, ac calamo scribit: ne aliàs sibi illi possit, *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & irabem in oculo tuo non vides?* *Matth. 7. & Luc. 6.* & cum alijs justitiæ semitam prædicaverit, ipse reprobus efficiatur. Quomodo enim, qui adulter ipse est, de adultero alios accusabit? *Qui sine peccato est vestrum,*

primus in illam lapidem mittat, ait Dominus *Joan. 8.* Aut quomodo, qui propriam tenet concubinam, aliorum concubinatum legibus increpabit? Mores, sanè, quos in se quisque approbat, in alijs reprobare non potest. *l. in arenam C. de inofficios. testament. Et non decet, ut alterius*

*justitiæ patronus existat, qui in se ipso justitiam contempsit; sunt verba D. Thom. 2. 2. quest. 71. art. 2. in corpore, non procul à fine* Sit ergo bene moratus, qui cupit esse bonus advocatus. Quod lo-

quens in contulente tradit Tiber. Decian. & explicat qualis in illo bonitas exigatur, in *Apolog. pro Jurisprudens. cap. 22. quod est ultimû titulo de officio consulentis a num. 2. cum sequentibus.*

2 Deinde callere jura debet, & scire leges patrias, quantum muneri suo exequendo cōveniens sit; & aliàs peccat eo ipso, quo se ingerit officio, ad quod sufficientem scientiam non habet, ut ex Innocent. in *cap. cum in cunctis de elect. & Abb. ibi. n. 4. & communiter Scribb. tradidimus supra.* Et commune hoc omnibus est,

ut scire teneantur quæ ad statum, officiumquæ suum pertinent, ut tradit Villalob. in *summ. tract. 3. difficultat. 10. n. 2.* ubi advocati, & judicis meminit ad id ipsum; & in exteriori etiam judicio

tenebitur advocatus resarcire damnum, & interesse imperitia ipsius causatum. Non tamè sèper ex imperitia tenetur advocatus ad damnum, & interesse; vastum est enim, ac profundum juris

Pelagus; & omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis est, ut ait Imper. in *l. 2. §. si quid ante*

*C. de veter. jur. enucleand.* sed de hoc inferius agemus, ubi de advocatione erga clientem te offert disputatio; nunc quod ad ipsum attinet advocatum, satis sit dicere, eum, qui ad hoc exercendum munus publicè se exhibet, scientia



juris pollere debere, qualis ad tale munus idoneè exercendum sufficiens sit. Nec tantum juris scientia requiritur in avvocato, sed & prudentia in agendo, & eloquentia in proponendo, de quibus, ut inter se diversis sigillatim & eleganter egit Lancelot. *polit. de officio advocat. §. Nemo opinor. sub titul. de scientia, qualis requiratur in avvocato, & duobus sequentibus. & ait Didac. Perez in l. 2. titul. 19. libr. 2. Ordin. gloss. magn. in princip. quod advocati literis, & moribus pollere debent, ut recta exquirentibus consulunt: Quia, inquit, advocatus debet esse verax in sermone, justus in judicio, & plenus in consilio.*

3 Apud nos sanè ex *leg. Regia lib. 1. Ord. tit. 48.* nullus admittitur, nisi post octo studiorum annos consumptos in Conimbricensi Academia, & post primam ibi gradus lauream adeptam, solito coram ejusdem Academiae Doctoribus, atque Gymnasiarchis examine præcedente: aliquando tamen Princeps ex causa in his cum aliquibus dispensat. Qui verò in Curia supplicantium, quæ suprema causarum justitiæ est, ad quam ab inferioribus iudicibus supplicatur appellationis, aut gravaminis auxilio, vnde supplicationis illa nomen assumpsit, hoc avocationis munere funguntur, aliud prius coram ipsius Curia Magistratibus subeunt examen, & certus eorum numerus est lege Regia statutus quadragesimum non egrediens, *Ord. d. titul. 48. §. 1. ut in l. jubemus Cod. de advocat. diversor. judic. vbi avocatorum numerus in Curia præfecti prætorio ad quadragesimum redactus erat in Curia Romana Et è cætu avocatorum seliguntur decem causis gravioribus deputati in sacro Pontificis, & Cardinalium consistorio, vnde Consistoriales avocati jì dicuntur, de quibus Decian. *d. Apolog pro Jurisprudensib. cap. 15. num. 16. Et de Nostris Cabed. decis. 214. à num. 2. part. 1. Cost. tractat. Domus supplication. annotat. 17. à num. 3.* Quibus addo, quod cum evenit, ut aliquis ad tempus recipiatur loco alicujus è numerarijs, quandiu impeditus ille est, non aliàs admitti deberet, quàm sub eodem probatus examine, quia dispositum in principali, & in substituto ejus locum sibi vendicat; præsertim, cum eadem in illo, quæ in proprietario, aut etiam maior examinis ratio militet. Subeat ergo examen lege Regia generaliter statutum in omnes, qui ad munus avocationis in Curia assumuntur; si non & id illi Principis indulto remissum sit. Notanda est verò lex Regia *d. titul. 48. §. 1.* quæ in examine Magistratibus injungit, ut ultra sufficientem literarum peritiam ad bonos etiam vitæ mores attendant. Quare, si duo æqualiter docti concurrant & à bonis unus bene audit, al-*

ter malè, præferri debet ille; qui & præponendus est quavis qui male audit, doctior sit, quia in eo necessarium illud legis requisitum deficit sine quo, quantumvis doctus admitti non debet.

4 Præterea, gloriosa voce in patrocinio causarum pollere debet avvocatus, ut habetur *l. advocati C. de advocat. diversor. judic. ibi, Gloriosa vocis confisi munimine laborantium spem;* ubi Salyc. notat, & sequentibus verbis extulit, *Ex isto textu nota, & corde tenus addisce, specialiter collige, quod quis debet sibi eligere advocatum gloriosam vocem habentem; ratio est, quia vox gloriosa auditur avidè, & faciliter imprimitur quod intendit, & aures demulcet audientium.* Patronus Actoris prius loqui debet, ut tractat *Specul. tit. de disp. & allegat. §. Nunc breviter Bovad. polit. lib. 3. cap. 14. n. 74. in fin. to. 2.* Gloriosa autem vocis appellatione non intelligitur illa, quæ multiloquio contendit, alius tollitur, & pertinaciter in auditorio cõcrepante ejulcemodi enim vox, ut, & garrula avidè auditur, nec doctis iudicibus, & assiduis imprimitur, quod intendit, nec aures demulcet sed offendit potius, gloriosæ ergo vocis appellatione *in d. l. advocati,* illa intelligitur, quæ totus patronus de scrinio pectoris sui profert, quæ va, & vetera disciplinæ documenta, leges, licet, & Doctores antiquos, & modernos fideliter, ac dilucide citatos, pro causæ instructione quam tuetur. Hæc est gloriosa vox, quæ patrone, cujus est, humanæ laudis gloriam comparat, & iudici, coram quo est, causæ merita parat, & clientulo, pro quo est, commodum victoria parat. Ad hoc nota *tex. qui multi sonæ vocis non meminit, nec multiloquæ, sed gloriosæ.*

5 Multiloqua autem advocati vox, garrula & procax damnabilis est, juxta multa, quæ contra multiloquium, & inordinatam loquacitatem *ex D. Gregor habentur in c. si rector, ex versibus Sed cum rector 43. distinet.* ubi inter alia legitur, quod nec recta quidem nimie, & inordinate proferantur, quia sæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate levigatur, & auctoritas suam hæc eadem loquacitas inquinat, qui servare auditoribus ad usum profectus ignorat. Et, re vera, ita est; quia legum sensus, & medulla non in sermonum folijs, sed in radice rationis consistit, ut alias habetur *in c. Marcion. 1. q. 1. & cultum suum justitia perdit, quando silentia iudiciorum, oblitrepentium turbo confundit.* *in l. 5. q. 4.* Sed in proposito nostrum plura adducit *Specul. tit. de advocat. §. Nunc de exordijs, & argutis avocatorum, Lancelot. polit. de offic. advocat. §. 4. de eloquentia, Aviles in c. Prætor. c. 36. gloss. Avogado, per tot. vbi postremò adducit illud Eccl. 7. ubi noli verbosus esse in multitudine præbyterorum; & non iteres verbum in orat. tua Azered.*



4. n. 1. tit. 16. lib. 2. nov. recopilat. novissimè, & late  
 Bovadill. in polit. liber. 3. cap. 14. n. 64. cum  
 sequentib. tom. 2. Notanda quoque in propo-  
 situm nostrum sunt verba text. in l. quisquis, ver-  
 ficul. Ante omnia C. de postuland. Ita prabeant,  
 inquit, patrocinia jurgantibus, ut non ultra, quã  
 litium exposcit utilitas, in licentiam conviciandi,  
 & maledicendi temeritatem prorumpant; agant  
 quãd causa desiderat; temperent se ab injuria;  
 nam, si quis adeo procax fuerit, ut non ratione,  
 sed probrisputet esse certandum, opinionis sue im-  
 minutionem patietur; idest, secundum glossam  
 ibi, opinio sua denigrabitur, & secundum Specul.  
 d. titul. de advocat. §. 1. num. 9. damno fama,  
 & opinionis multabitur. Ultra quam famã, &  
 opinionis jacturam, & multam, aliam à judice  
 patietur procax, & nimium verbosus advoca-  
 tus; poterit enim ejici ab auditorio, & confor-  
 tio advocatorum secundum Specul. d. titul. §. 1.  
 num. 9. & d. §. Nunc de exordijs, num. 11. vbi  
 dicit, quod bene faciet judex, si talem ex offi-  
 cio suo excludat, tanquam auditorij sui turba-  
 torem cap. in loco 5. quest. 4. Perez. libr. 2. Or-  
 din. titul. 19. l. 1. in gloss. magna quest. 11. vbi  
 dicit, quod potest silentium imponi advoca-  
 to verboso sub pœna etiam suspensionis ab of-  
 ficio, per gloss. in l. ex ea causa ff. de postuland.  
 & rursus idem Author. in l. sequenti, col. final.  
 versicul. Caveat etiam, Bovadill. d. numer. 64.  
 vbi plura in propositum adducit. Et non so-  
 lum ab auditorio excludere, sed etiam ab offi-  
 cio privare potest judex nimium verbosum,  
 secundum gloss. 1. in l. ex ea causa ff. de postu-  
 land. quam singularem vocat Roman. sing.  
 739. & sequuntur alij, quos refert, & sequitur  
 Aviles d. gloss. Abogados, num. final. Paz in pra-  
 tici annotat. 5. num. 5. Bovadill. d. cap. 14. num.  
 65. vbi plures refert in gloss. liter. 1.

Et sane, pœna hæc privationis officij in ver-  
 bosum, & procacem advocatum edicta, gra-  
 vis est; sed longe gravior, & formidolosior il-  
 la quam tales, qui lingua sua deliquerunt, sus-  
 tinebunt, glossæ nostræ testimonium in §. item  
 fardus, verb. amittunt, instit. quib. non est per-  
 miss. facer. testament. vbi ait, quod impij ad-  
 vocati loquendi facultatem amittunt, ut in eo  
 puniantur, in quo deliquerunt, quia per quæ  
 quis, inquit, peccat, per hæc torquetur cap. li-  
 teras, de tempor. ordination. cum alijs. Cujus  
 quidem pœnæ, quasi non raro, sed frequenter  
 contingentis meminit Holcoth. in Sapien. lectt.  
 ff. sol. 88. vers. col. 1. relatus à bene erudito  
 viro Lusitano nostro Emmanuele à Valle in  
 libr. de incantationib. seu ensalmis sect. 2. cap. 3.  
 num. 5. qui nuncupatus Author præcitato lo-  
 co, cujus verba Valle retulit, hoc ut frequens  
 experientiaque notum inculcat, ut mali advo-  
 cati, & falsi placitatores justitiarij imminente

morte amittant vocem, linguam, & sensum,  
 Cujus ratio est, inquit, quia non est justum, quod  
 aliquis idem vendat alteri, & retineat sibi; isti  
 autem linguam, vocem, sensum, & facundiam  
 alijs vendiderunt, falso allegando, & injustè ju-  
 dicando contra conscientiam, malitiosè objicien-  
 do, & cautelose suggerendo; & ideo justum est,  
 ut quando indigent voce, voce priventur. Hæc  
 ille, quæ certè verba plena timoris, & formi-  
 dinis sunt, ultra alia quæ ibid. apud eundem.

6 Non solum autem verbis, sed scriptis  
 etiam suis à condicijs abstinere debet advoca-  
 tus d. l. quisquis C. de postuland. qui textus no-  
 tandus est ibi, ut non ultra, quam litium exposcit  
 utilitas in licentiam conviciandi, & maledicendi  
 temeritatem prorumpant; innuit, namque, ali-  
 quando licere caudico, verbis injuriarum in  
 adversarium vti, imò, & debet, quatenus, sci-  
 licet, causæ exposcit utilitas, & non ultra; id  
 verò in criminibus potissimum causis frequen-  
 ter evenit, quando, vel adjuvandam pro-  
 bri probationem, super quo lis vertitur, vel  
 ad minorem illatæ injuriæ æstimationem con-  
 veniat, adversario, qui aliàs probriolus est, vi-  
 lis, & malis assuetus moribus, hæc objicere  
 opprobria; neque enim quicquam, quod ad  
 munus suum pro clientulo bene peragendum  
 conveniat, tacere debet, quemadmodum ta-  
 cenda proferre non debet, Specul. d. titul. de  
 advocat. §. Nunc de exordijs num. 9. circa quod  
 videndus est text. ab eo ibidem citatus d. cap. sit  
 rector. 43. distinct. vbi in princip. sit, inquit, re-  
 ctor discretus in silentio, utilis, & cautus in ver-  
 bo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reti-  
 cescat. Et plura ibi in propositum contra pro-  
 ferenda tacentes.

Sic, itaque, linguam verbosam, ac multilo-  
 quium præcavere debet advocatus, ut clien-  
 tulo suo non inferat damnum dum brevi lo-  
 quio studens aliqua prætermittit, quæ ad cau-  
 sæ victoriam conducunt, vnde idem Specul.  
 eod. titul. §. consequenter, num. 3. advocatum  
 instruit, ne sit adeò breviloquus, ut aliquod  
 omittat de causæ contingentibus, ne forte per  
 leve compendium ad grave dispendium veni-  
 atur, ut aliàs dicitur in cap. qualiter, & quando  
 2. prope fin. de accusationib. tradit Decian in A-  
 polog. pro jurisprudentib. cap. 15. num. 33. Quo  
 sanè admissio, prævaricationis notam incurre-  
 ret secundum Plinium lib. 1. epistolar. epistol.  
 ad Cornel Tacit. Prævaricatio est, inquit, tran-  
 sfire dicenda, prævaricatio etiam, cursim, & bre-  
 viter attingere, quæ sint inculcanda, insingenda,  
 & repetenda.

7 Cum autem convitia, & adverlæ partis  
 opprobria in causæ articulis deduci oporteat,  
 pro causæ meritis, quia ita expediat, & non  
 convitiandi animo sunt proponenda. Qui cõ-  
 viti-



vitiandi, & injuriandi animus et si aliàs præsumatur, cum verba ipsa injuriosa sunt, ita ut, contrarium asserenti onus probandi incumbat *l. si non convitij, ubi gloss. & Scribb. C. de injur.* tamen in advocatione injuriosa, & famosa verba in articulis scribente, quando ita causæ, quam tuctur, conveniat, & pars sua veraciter probare intendit, injuriandi animus non præsumitur; sed magis muneris sui rectè exequendi animus, id enim pro muneris ministerio licitum est illi, dummodo non ultra quam litis exposcit utilitas in convitia prorumpat, *l. quisquis C. de postuland. tradit Gratian. disceptation forens. cap. 81. num. 18. & 19. tom. 1.* ubi tamen requirit, quod protestetur, quod non intendit injuriari, cum Clar. in §. final. quest. 53. num. 4. & Ceval. quest. 323. in fin. ab eo citatis; quod ego ut de consilio probo, sed ut necessariam non exigo, secundum Bald. infra citatum; stat enim pro advocatione munus suum exequente præsumptio. Quæ præsumptio, quia de bono est, & de eo, quod in officio suo facere debeat, potentior est contraria, eamque elidit, quia vna præsumptio, quæ contraria alia potior est, illam tollit *l. Divus ff. de in integr. restit. cap. transmissa, qui filij sint legitim. Alc. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 35. num. 2. Malcard. conclus. 1225. per tot. Menoch. de arbitr. cent. 5. casus 472. & copiose per eundem de præsumption. lib. 1. quest. 30.* Atque ideo in casu isto injuriarum actione non tenebitur. sicut non tenetur, qui testes contra se productos infamiæ, & turpitudinis causa repellere incedit, allegando, quod sunt infames, ribaldi, & alia hujusmodi, quæ ad testium repulsam conducunt, secundum scribb. communiter in *l. final. ff. quod quisque jur.* idque quanvis non protestetur, quod non injuriandi, sed juris sui tuendi causa facit, ut tradit Ias. in *l. non solum §. morte num. 47. versicul. Tene conclusionem ff. de novis oper. nuntiat. quod est probei Bald. in d. l. final. numer. 1.* ait tamen, quod bonum est, protestari.

8 Ubi verò ad litis victoriam ejusmodi probra natura sua non pertinerent, injuriarum tenebitur causidicus, haud quaquam muneris sui ministerio excusandus, cum quo in causa illa nihil commune habebant injuriosa verba; multoque minus excusabitur præstendens, se, non ex consilio suo sed clientis instantia, & importunitate, commotum ita fecisse: non magis, quam si aliquis de mandato unius alterum probris, & contumelijs publice affecisset. Denique, nihil illi proderit, apud acta processus in continente protestari, se non injuriandi animo ejusmodi probra allegare, sed quia sic susceptæ à se causæ conveniat, constituto enim, quod ad bonum causæ non conducant, protestatio inanis apparebit, & facta contraria,

non magis, quam si quis alicui dicat; *Mentiris salvo honore tuo*, quod nihil eum juvat, quod minus injuriarum actione teneatur, tanquam protestatione facta contraria nihil valente; post Dyn. notat Bart. & communiter Scribb. per text. ibi, in *l. si quis extraneus ff. de acquirenda heredit. & alijs citatis Covar. lib. 1. var. cap. 11. num. 1. Ias. d. l. non solum §. morte num. 47.* ubi dicit, quod ista est communis, & vera sententia; quanvis contrariam expresse tenet Specul. d. titul. de advocat. §. *Iam nunc, versicul.* Hæc tamen caveat; de quo, inquit, Scribb. non faciam mentionem. Sed, salva Ias. pace, Specul. eodem loco, qui est sub num. 3. & 4. nec expresse, ut ille ait, nec conjecturaliter sententiam ponit, quam illi Ias. imponit; sed diversam aliam, ut in casu diverso, qui est, quando vnus alteri notam aliquam infamiæ impropert; quo casu si potest ita lacefcitus, securè illi dicere, Tu mentiris, nam crudelis est, inquit, qui famam suam negligit *cap. nolo, ut aliquis 12. quest. 1.* subdit vero Specul. d. num. 4. quod hoc dicitur præmissa protestatione, quod non dicitur animus injuriandi, sed causa conservandi sui juris quia protestatio hæc multum operatur, juxta *d. l. si non convitij C. de injur.* quam allegat, cum alijs. Atque ita, apparet, quod Specul. ibi dicitur versus à presenti casum ponit, & decidit: in illo enim, de quo Specul. verbum injuriosum, *mentiris*, ad refellendam objectam contumeliam tendit pro honoris proprii conservatione, quod ad præcedentem calum à nobis propositum magis pertinet: ex quo protestationem, quam in illo requirit Specul. d. num. 4. ego non desidero, cum eo ipso, quo quis ab alio exprobratus sit, satis ita respondisse videtur honoris sui defendendi causa, & non conviciandi animo, ut ita protestatione alia ad hoc opus non sit. At vero præstendens calum manifestam alterius offensam injurioso verbo includit, quam protestatio in illi contraria non elidit, nec minuit. Igitur, nihil valet, nec prodest in casu isto, juxta communem Bart. & aliorum sententiam in *d. l. si quis extraneus, ubi etiam Ias. num. 3. & 7. communem dixit.*

9 Corporis quoque tegumento tali viti debet causidicus, quod munus suum non deceat; nam talis quisque præsumitur, qualem indicat vestis, cum qua reperitur *l. item apud Labeonem §. si quis virgines ff. de injur. cuius text. meminit Summus Pontifex contra clericos militaria arma gestantes, relicto habitu clericali, in cap. in audientia de sentent. excommunicat. & in propositum plura adducit Specul. d. titul. de advocat. §. sequitur videre de vestibus advocatorum, & inter illa metricum illud.*



*Fit bene vestitus, pro vestibus esse peritus.  
Credatur à mille, quanvis idiota sit ille.  
Cureat veste; nec sit vestitus honeste,  
Nullus est laudis, quanvis sciat omne, quod au-  
dit.*

Qualem, verò, vestem gestare advocatum  
debeat, describit *ibid. numer. 4.* dicens, quod  
non sit diversi coloris, aut diversæ partis, ar-  
gum. *text. in cap. final. 20. quest. 1.* nimia bre-  
vitate, vel longitudine non notanda, vt circa  
clericum dicitur in *cap. clerici versicul. Clausa,  
de vita, & honestat. clericor.* non sericis textu-  
variata, velex varijs coloribus ornata. Sit,  
aque, corporis indumentum pro munere suo  
decens, & conveniens, juxta illud Senæ ad  
Neronis Neronis uxorem, *indue te delicate, cha-  
lamma, non propter te, sed propter honorem imperij*  
quod meminit *Specul. loco proximè citato, &  
Chasson. in catalog. Gloria, mund. 1. part. con-  
clerat. 23. novissimè Mastrill. de magistratib.  
lib. 5. cap. 2. num. 13. part. 2. ubi ex numer. 10.  
magistratum habitu, & indumento egit.*  
quod olim apud Romanos advocatis toga in-  
erat: ex quo togati ipsi dicuntur ab Im-  
perat. in *l. fin. C. de postuland. & in l. properan-  
tem §. illo proculdubio, versicul. honorarijs C.  
de judic. l. final. in princip. C. de sportul. l. 3. C.  
de advocat. diversor. judicior. cum alijs ejusdem  
tituli. Vnde gloss. in *l. vnic. C. nulli licet. in fran-  
co. questrib. lib. 11. ait, quod chlamys militum  
purpura Regum, stola Sacerdotum, toga ad-  
vocatorum, habitus rusticorum, cuculla mo-  
nachorum appellatur; quod dictum refert  
in *cap. causam col. 1. extra de probation.  
Chassen. d. considerat. 23. ubi, & rursus 7. part.  
considerat. 44. de vestibus advocatorum egit,  
quod meminit Lusitan. Emman. Barbof. ad Ord.  
lib. 1. titul. 48. in init. num. 6. Dicitur au-  
tem toga à tegendo *l. tugurijff. de verbor. signif.  
erat civium Romanorum gestamen, pro-  
priumque insigne, quo peregrinis uti non  
debat. l. sed si accepto ff. de jur. fisco. de illa Quin-  
tigit lib. 11. institution. orat. cap. 3. & ex eo,  
quod alijs Pratejus in *lexicon juris verb. toga, Me-  
sch. de presumption. lib. 4. presumpt. 161. nu.  
ubi, & numer. sequentib. de toga, & alijs ves-  
timentorum generibus egit, explicatque ex  
Lazaroman. in commentar. verbor. juris. & Lazaro  
quod in libello de re vestiaria locis ab eo citatis.  
itaque, advocato decens vestimentorum  
habitus, sed non superfluus, talis, scilicet, qui  
muneris conveniens non sit; quod  
nullis reprehensibile esse, scribit Alber. de  
solat. in *l. vnic. num. 7. versicul. 11. C. de suf-  
frag. ubi ex Policiat. libr. 8. cap. 14. refert,  
quod Demosthenes antequam virtus eloquij******

ejus innotuisset, cultus operosioris dicitur ap-  
petijisse nitorem, sciens, quod purpura caufi-  
dicum venditatur; sed postquam famam, & no-  
titiam eloquentiæ assecutus est, toga conten-  
tus fuit, dicens, se velle, sibi à se potius, quam  
à nitore vestium, ac cultu exquisito constare  
gloriam, & malens, vestem ex viro cognosci,  
quam virum ex veste; quem enim proprius  
attollit honor, vilitas vestium non deprimit,  
emendicatum enim videtur laudis esse suffra-  
gium, quod ab extrinsecus pendet. Hæc  
ille.

10 Postremo, investigandum est, an liceat  
advocato ea, quæ muneris sui sunt, diebus  
Dominicis, & festivis alijs in honorem Dei  
exercere. Ante cujus quæstionis determina-  
tionem præmittenda est illa huic contingua &  
inter Doctores celebris. An liceat diebus Do-  
minicis, & feriatis alijs in honorem Dei stu-  
dere, de qua citati à Cened. in *collestan. ad de-  
cretal. collestan. 142. num. 7. & tres in illa re-  
periuntur opiniones, prima absolute negat,  
quam tenuit Abulens. Exod. 12. quest.  
26. quia mens secularis disciplinæ studio va-  
cans à divinis abstrahitur; & multò ma-  
gis quam si mechanica arte homo his die-  
bus vteretur; quia hujus exercitium non ita  
mentem occupat, vt illud. Secunda opposi-  
tum contendit; quam cum D. Thom. 2. 2.  
quest. 122. art. 4. & alijs, quos refert, novissi-  
mè probat doctissimus sæculo nostro Francisc.  
Suar. de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 2. cap. 22.  
num. 3. ubi ait, non esse peccatum contra festi-  
observationem, consumere totum diem festum  
in studio scientiarum; nedum sacræ Theolo-  
giæ, sed etiam humanarum disciplinarum, e-  
tiam si lucri causa id fiat, & quacunque occa-  
sione, modo ab audienda Missa homo non a-  
vertatur, & ante eum eandem sententiam te-  
nuerunt Caiet. Sot. Medin. Ludovic. Lopez  
Nav. & Armil. relati ab eodem Suar. sup. cap.  
19. num. 6. quam etiam sequitur communem  
dicens doctissimus ejusdem Societatis religio-  
sus Ioan Azor *instit. moral. lib. 1. cap. 27. ver-  
sicul. 3. queritur, tom. 2.* Tertia inter utramque  
media est, quam tenet Abb. in *cap. 1. num. 4.  
de ferijs;* exultimat enim licitum esse diebus  
festivis studium, quod principaliter suscipitur  
ad illuminationem proprii ingenij, aut aliorum,  
etsi accessorie lucrum veniat, modo debitis  
horis instetur circa divina: quod si studium  
principaliter lucri causa suscipiatur, illicitum  
reputat: atque ita concludit *d. numer. 4. in fin.*  
quod nescit excusare à peccato Doctores le-  
gentes propter salarium diebus festivis, nec  
scholares: & hanc sententiam sequitur Ioan.  
Bapt. Caccialup. tract. de advocatis quest. ultim.  
num. 6. & 8. ubi pro eadem citat Marian. Socin.*



in cap. 2. de ferijs arg. 8. quest. 1. & pro eadem Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. quest. penult. in fin. citat. Alvar. in pralud. feudor col. 3. in princip. versic. Tu vero utramque, & Alberi in l. omnes 1. circa medium, C. de ferijs, communem fatetur Navarr. licet ipse secundam probet, & longe veriore dicat, in summa Latin. cap. 13. num. 12. versicul. 8. Doctor. Et quidem glossi. nostra secundam quoque probasse videtur, militiæ armatæ argumento, quam in his diebus exercere licet; idquæ non tantum in bello suscepto pro defensione reipublicæ, de quo nemo dubitat cum D. Thom. 2. 2. quest. 40. art. 4. sed etiam in offensivo iusto, secundum Caiet. ibi, glossa, in quam, in l. penult. verb. militarem ff. de fer. & in l. omnes iudices C. eod. ubi Doctores idem probant, secundum Suar. d. c. 22. num. 3.

Mihi vero in hac quæstione tertia opinio, quæ media est, ut tutior probanda videtur; debent enim homines feriatis diebus in honorem Dei, Deo vacare; ad hoc, quippe, statuti sunt; cui non vacat, qui temporalium lucrorum acquisitioni studet, Porro, qui studet, principaliter, ut doctior efficiatur, vel ut alios doceat, seu ut juvet consilio, & civilis disciplinæ ministerio è longinquo venientes, tametsi mente Deo non vacet, quod optimum, & perfectum est, illi tamen bono opere vacat; bonum, namque, opus est, ac Deo placitum, quod in proximorum, maximèquæ in commune multorum juvamen principaliter tendit; in quod scientia, ejusquæ studium tendit, juxta illud Sapient. 6. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum; quod in illo, qui principaliter lucri amore studet, secus est; de quo dicitur Ecclesiast. 10. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. Atque ita facienda videtur cum Abb. d. cap. 1. num. 4. & communi, secundum Navar. d. num. 12. differentia, & distincto inter eum, qui lucri causa principaliter studet, & eum, qui non studet principaliter proprii lucri causa, sed ad illuminationem intellectus, aut proximorum commodum.

Et non obstat, si dicatur, solis servilibus operibus præcepto contrarij, ad quæ non pertinet studium liberalis disciplinæ, quod naturam suam non mutat, eo quod lucri causa exerceatur: & quanvis mens illo intenta, & impedita Deo non vacet, quod est præcepti finis, non ex hoc violatur præceptum; quia finis præcepti sub eo non comprehenditur, ut respondit Suar. supra; etenim fateor, sine præcepti non observato, posse servari præceptum; agnosco item,

solis servilibus operibus violari præceptum festorum colendorum. Porro, servilium operum appellatio hic non ita strictè accipienda videtur, ut ad mechanicas tantum artes referatur, sed ad eas etiam, quæ à nobilibus exercentur, quando in his eadem militet ratio, quæ in illis ratio, namque, legis inspicienda semper est, maximè, quando vocabuli proprietates non defendatur: quo in præsentis servilium non rectè intelliguntur quæcunque corporis causa principaliter aguntur; corpus enim animæ servit; & inde servilia opera dicimus, quasi illius intuitu, & causa facta, quod animæ servit; & ideo his diebus, quorum observatio animæ causa, ut Deo vacet, est, instituta, ab operibus illis, quasi servilibus abstinere debemus ex vi præcepti, ac ratione illius.

Ex hac autem resolutione, ut propositum repetamus, infertur, advocato non licere prædictis diebus agere, quæ ad muneris sui expeditionem pertinent proprii lucri causa. Nec excusabitur à violatione festorum multitudo causarum, clientiumquæ ad eum, ut fama celebriorem confluentium, quos lucri causa suscipit, ita ut susceptis patrocinio suo causis superesse nequeat, nisi, & dies festos in illarum studium, & expeditionem impendat, si alij in eodem foro versentur, per quos non suscepta ab illo negotia, tempore habili, ac pari disciplina peragi queant; namque dum ampliores lucri causa, & cupiditate plures admittit clientulos, quam par sit, lucrum in illis quærit, cujus ad acquisitionem festis diebus ubi abusus est. Nisi forte dicamus, illum, qui his diebus sacris mysterijs intercedit, nequeat propter acerum negotiorum, quorum expeditionem, & illud temporis spatium impendere, necesse habeat, non cadere in præceptum, tanquam legitimis, & honestis causis impeditum; quod neminem affirmaturum credo; quia sic impeditus impediri libere vult, dum ultra causas, quas tempore idoneo expedire possit, sciens, prudenter, quæ, alijs implicari se, finit, aut etiam procedat. Quod verò circa præceptum audiendi Missam festis diebus, nullius negabit, affirmandum erit ex eadem ratione circa colendorum festorum præceptum, quod antiquius est, ac divini juris, illud Pontificij; tametsi hoc, & illud inspecto fine, ab eodem fonte dimanent.

(:!)



CAP. QUINTI.

SUMMARI A.



Advocatus officium suum roganti impertiri debet, & cogitur inuitus. Notarius item à partibus rogatus tenetur conficere instrumentum; & caupo, seu stabularius hospites recipere. Et vid. num. 5. 6. 7. & 8.

Officium omne auctoritate publicum, tamen si utilitate privatum sit, redditur ab inuito.

Officiorum tria sunt genera; alia sunt privata utilitate, & auctoritate; alia publica auctoritate, sed utilitate privata; alia auctoritate, & utilitate publica.

Officia privata tam auctoritate, quam utilitate, voluntaria semper sunt ante susceptionem, & postea in exercitio eorum. Secus in officiis secunda, & tertia speciei; & in quo hac conveniant, traditur.

Officium cauponis, seu stabularij publicum est auctoritate, sed utilitate privatum, & ideo hospites recipere tenentur.

Advocati officium, quodammodo publicum dicitur; & qua ratione sic dicatur, traditur, cum differentia inter illud, & officium procuratoris, & num. 7.

Aliquando officium advocati, simpliciter, & absolute auctoritate publicum est. Et legitimam excusationis causam praestat multitudo negotiorum, & in caupone hospitum multitudo.

Etiam post susceptum à se acceptum negotium post advocatus legitima interveniente causa ab eo discedere clientulo invito sed nec tunc, partem adversam juvare, ei licet.

Nec de relictis à se partis in casibus permisis secreta adversario revelare, licet advocato. Nec pro testimonio requisitus commissa sibi secreta manifestare potest; sed potest, & debet, iudici interroganti amphibologice respondere.

Advocatus factus pupilli tutor postulare potest pro eo in causa, in qua alteri contra pupilli patrem patrocinabatur. Similiter, & postulare pro se potest adversus clientulum suum, si adversario illius successit. Et intelligitur in utroque casu, quando iusta est postulatio.

Advocatus in casu quo pupillo suo contra primum clientulum patrocinari potest, secreta sibi a priore commissa revelare nequit, &

duob. num sequentib. Et intelligitur l. final. ff. de postuland. d. num. 12.

13 Obligatio servandi secreti, naturalis juris est.

14 Superior precipere quicquam non potest contra id, cujus obligatio naturalis juris est.

15 Secretum sibi a clientulo commissum revelare potest advocatus, eoque adversus illum vti in causa propria.

16 Qui dolose quicquam in clientulum suum agit, praevaricationis crimen committit; & etiam qui pro viribus non defendit, ultra latrocinium peccat.

17 Culpa, alia lata, alia levis, alia levissima. Et de lata tenentur omnes qui de dolo tenentur, cui illa comparatur.

18 Lata culpa appellatione doli non comprehenditur in lege penali. Dolo proxima est; differunt tamen in multis.

19 Lata culpa definitio, secundum gloss. & Bart.

20 Iuris ignorantia ad latam culpam pertinet, etiam in illiteratis, qui literarum peritos consulere potuerunt.

21 Advocatus qui causam perdidit propter juris ignorantiam quod alij ejusdem muneris professores communiter sciunt, ut de lata culpa clientulo tenetur.

22 Advocatus de levi etiam culpa clientulo tenetur.

23 Levis culpa definitio à Bart. assignata, cum differentia inter illam, & latam, & levissimam culpam.

24 Non prestare tantum diligentiam in alieno negotio, quantam in proprio, lata culpa est qua dolum praesumptum secum involuit.

25 Lata culpa quando committatur ab eo, qui talem in alieno negotio diligentiam praestat, qualem in suo praestare solitus est; & quando levis.

26 Advocatus non tenetur de culpa levissima; & qua sit levissima, traditur; & ex communi Doctorum resolutione, qui latam, qui levem, & qui levissimam praestare teneantur.

27 Advocatus, qui gratis patrocinatur solius clientuli gratia suscepto negotio, de lata solummodo culpa tenetur. Et quid in depositario, & commodatario.

28 Agrimensor etiam si mercede recepta operam praestet, & lata solummodo culpa tenetur; secus in advocata; & differentia ratio traditur, intellecta l. 1. ff. si mens. fals. mod. dixer.



- 29 Traditur casus ex Bart. doctrina in quo advocati, & medici officium gratis impendentes, de levissima tenentur. Et num. sequenti.
- 30 Depositarius suscipiendo deposito se offerens, de levi an de levissima etiam teneatur.
- 31 Traditur, in simplici operarum locatione levem culpam venire; in locatione vero rei, aut operarum cum rei interventu, etiam levissimam, intellecta l. si merces §. qui columnam ff. locat. & §. qui pro usu, instit. eod. titul. Et num. 32.
- 33 Index qui per imperitiam male judicavit, quam culpam prestare teneatur. Et numero. 35.
- 34 Maior juris sciētia requiritur in iudice, quam in avvocato.
- 35 Index per imperitiam male iudicans, de levi culpa tenetur, & non de levissima.
- 36 Advocatus omne damnum culpa sua illatum, cum de illa tenetur, resarcire debet; iudex non sic, sed ad magistratus arbitrium satisfacit; & differentia ratio assignatur.

Actio qua contra iudicem competit propter culpam illius, ad heredes non transit illam pramortuo antequam cum eo lis capta sit, secus in actione contra advocatum d. num. 36 versic. Hinc etiam venit.

- 37 Advocatus damnum culpa sua illatum, in anima iudicio resarcire non tenetur, quando illi de contraria clientuli voluntate non constat.
- 38 Pena legis etiam si lata sententia sit, & ipsa re statuta, in foro anima non debetur ante iudicis sententiam.
- 39 Index pro damno culpa sua illato, cum de illa tenetur, in foro conscientia manet obligatus etiam antequam ab illo exigatur.
- 40 Qui ad iudicandi munus assumitur iniuriam vel etiam voluntarie de partium consensu pro levi culpa non tenetur in anima iudicio.
- 41 Advocato, errorem suum corrigere, quando liceat. Legitimum advocati impedimentum excusationem clientulo praestat. Ibid. versic. Legitimum autem.

## CAP. QUINTUM.

### De avvocato cum clientulo suo.

**I**N multis avvocatus obstringitur ei, qui se fidei, & patrocinio illius committit: cui nedum post litem inchoatam, susceptamque sub patrocinio suo causam officium suum sedulo impertiri tenetur, adeo ut, si inceptam à se causam deserat, ad interesse clientulo teneatur, ut tradit Angel. Aretin. in §. praterea, num. 2. instit. de leg. Aquil. sed, & ante susceptam pro patrocinio requisitus praestare cogitur, nisi legitimam habeat excusationem, l. nec quicquam §. observare, versicul. Advocatus ff. de offic. Proconsul. l. 1. §. ait Praetor, juncta gloss. ibi ff. de postuland. l. providendum versicul. Si quis vero C. eodem titul. & ita in avvocato tradunt Bald. num. 1. & Salyc. num. 3. in l. inuitus C. de procuratorib. Gail. libr. 1. observat. 43. numer. 1. Didac. Perez lib. 2. Ordin. titul. 19. l. 1. gloss. 1. quest. 9. Avil. in cap. prator. cap. 28. in gloss. Acogidos, num. 1. versicul. Et ideo, Azeved. l. 22. num. 1. titul. 16. libr. 2. nov. recopilat. Gratian. disceptation. forens. cap. 56 num. 22. tom. 1. & pluribus citatis Bovadill. politicor. libr. 3. cap. 14. numer. 56. tom. 2. post omnes Mastrill. de magistratib. 1. part. libr. 1. cap. 30 num. 78. & num. sequenti tradit, quod ad consulendum

etiam cogi potest avvocatus, ut notat Bart. per text. ibi, & gloss. ibid. verb. consensum, in l. 2. Cod. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. & in num. sequentib. idem in notatio, & alijs tradit Mastrill. quod ad praestandum officium cogi possint, & Angel. d. l. 1. §. ait Praetor, qui loquitur in avvocato, notario, caupone & nauta, qui officium suum etiam inviti ministrare tenentur; non tamen inimico, aut contra amicum, ut subdit Ang. & gloss. ibidem & alijs citatis Bovadill. d. num. 56. & in caupone, seu stabulario, quod hospites recipere teneantur, postquam huic se muneri accingunt, tradit Bart. in l. 1. §. 1. ff. naut. caupone stabular. & in l. 1. §. servinum. 3. ff. de furt. al. vers. naut. caupone. stabular. ubi in notario quodque tradit, quod à partibus rogatus instrumentum conficere teneatur, sequitur Dec. qui alios refert in l. inuitus num. 4. & 5. ff. de regul. jur. & ibi num. 2. in avvocato loquitur secutus Bald. & Salyc. d. l. inuitus C. de procurator. & in advocatis, procuratoribus, notarijs, artificibus, ac caeteris qui officium suum, vel exercitium publicè exercent, quod ad illius praestationem cogi possint, alijs citatis tradit Quintil. Mandos. de monitor. quest. 55. à numer. 6. cum sequentib. Et, quod magis est, Dec. d. l. inuitus numer. 7. idem sentit in



meretrice in lupanari constituta, ut in quolibet artifice, qui signum artis tenet.

2. Sed, quod ad meretricem attinet, contrarium omnino, & indubitanter est affirmandum; de quo scripsi in commentar. *l. ex hoc jure a part. in initio num. 26. ff. de just. & jur.* Nec vero in quovis artifice, tamen si artis suae signa foribus publicè habeat, hoc ita indistinctè probandum erit, sed recurrendum est ad gloss. doctrinam in *l. filius familias. §. invitus ff. de procuratorib. quam commentat, & explicat Bald. num. 3. in princip.* pro regula tradens, quòd omne officium autoritate, & utilitate privatum, voluntarium est: officium vero autoritate publicum, & utilitate privatum, vel utroque modo publicum necessarium est, & invito injungitur, *l. si quis magistratus, ff. de munerib. & honorib. & cum alijs ab eo relatis pro regula tradit Mastrell. d. cap. 30. num. 87.* Et quanvis regula ista ad suscipiendum officium pertinens videatur, & non ad exercendum tantum susceptum; inter quae longa differentia est, nam cauponam, seu stabulum exercere, nemo compelli potest; & tamen si huic se officio quisquis immisceat, hospitem recipere tenetur, ut tradit Bart. locis supra citatis: eadem tamen regula, & doctrina ad officium, quod ab initio voluntarium est, post susceptum observanda erit, nempe, ut, si publicum sit autoritate, exercitium illius justa mercede retribuenti absque legitima causa negari nequeat. Quinimo, regula praedicta, quam posuit Bald. *§. invitus num. 3.* magis conducit ad casum suscepti officij, quam ad casum suscipiendi; tamen non omne officium autoritate publicum, & utilitate privatum, necessarium ab initio est quanvis Bald. pariter in illo, ac in eo, quod autoritate, & utilitate publicum est, hoc indistinctè pro regula tradidisset; & tamen officium omne autoritate publicum, tamen si utilitate privatum sit, post susceptum redditur invito.

3. Quare pro praesentis articuli resolutione dicendum est, officiorum quae in unaquaque civitate publicè exercentur, tria esse genera. Aliud est enim autoritate, & utilitate privatum; aliud autoritate publicum, & utilitate privatum; aliud utroque modo publicum. Ad priorem speciem pertinent omnia officia, quae unicuique sufficienter illius artis exercitio in civitate exercere licet absque principis, aut rectorum civitatis indulto, cujusmodi est aurificis officium, architetti, fabri, sartoris, tutoris, & similia; quae, quanvis in civitate publicè exercentur, non tamen publica autoritate exercentur; sed unusquisque ad id officium publicè exercere; & quanvis decurionum decreto nec ad hujusmodi officia publi-

cè exercenda admitti possit, qui prius approbatus non sit; approbatio tamen ista ad scientiae examen pertinet, non ad publicam officij autoritatem, à qua illud non pendet. Ad secundam speciem pertinent officia, quae, etsi privatum respiciant commodum, ad illa tamen nemo admittitur nisi speciali principis, aut decurionum civitatis indulto, aut jussu judicis, cujusmodi sunt tabellionatus officium, officium proxenetæ, tutoris, & alia, de quibus in *l. 1. §. aequè personale ff. de munerib. & honorib.* & haec in duplici sunt differentia; quaedam enim voluntaria ab initio sunt, ut sunt officia tabellionum, notariorum, proxenatarum, & similia; ad quae suscipienda nemo invitus cogitur, alia vero etiam ab initio necessaria sunt, ut est tutoris mundus, *l. tutori C. de negot. gest. cum alijs.* Ad tertiam denique & ultimam speciem pertinent officia, quae publica autoritate in commune sunt instituta, id est, pro recta reipublicae administratione; & ideo dicuntur publica, autoritate, & utilitate; ad quae pertinent civitatis rectores, & alij reipublicae magistratus; itè officium procuratoris fiscali, in quo loquitur Balyc. in *l. invitus n. 1. C. de procurator.* ubi publicum dicitur autoritate, & utilitate.

4. Prioris speciei officia voluntaria semper sunt, & exercitium eorum ab initio, & postea; nec enim aurifex, faber, aut architectus, & alij similes ad officij sui operas alicui privato praestandas, etiam si justam ille offerat mercedem, compelli potest; quia contrahere cum alio, invitus nemo cogitur, *l. in commodato §. sicut ff. de commodat. l. sicut ab initio C. de obligat. & action.* Secundae speciei officia non omnia ab initio necessaria sunt, ut dictum est; & in hoc species ista differt à tertia illius enim officia, seu munera omnia ab initio necessaria sunt; & in invitum redduntur; nisi legitimam habeat excusationis causam. Conveniunt verò istius, & illius speciei officia in eo, quòd post susceptionem eorum, cuilibet privato justè imploranti cogitur officialis, qui legitimam excusationis causam non habeat, officium suum ministrare.

5. Et hac stante resolutione, difficultatè patitur id, quod de caupone seu stabulario communiter traditur cum Bart. & alijs, de quibus supra, quòd hospitem recipere compellitur; videtur enim quòd officium istud, & autoritate, & utilitate privatum sit, ut ita, quemadmodum ante susceptum, & post susceptum, voluntarium semper maneat, juxta prioris speciei officia. Caeterum dicendum est, ad secundam pertinere, & esse de numero eorum quae ab initio voluntaria sunt, sed publica autoritate in civitate ordinata; nemo enim autoritate sua propria cauponam in civitate, seu stabulum exercere potest, sed decurionum



tionum ad id licentia prius impetrata; atque ita est officium auctoritate publicum, quia publica auctoritate exercetur; utilitate verò privatum, quia in privatum stabularij ipsius, ac singulorū hospitem cōmodum ordinatur: unde ad secūdā speciem, de qua supra, pertinet. Cujus speciei officia, idcirco in privato erga unumquemque exercitio necessaria sunt, quia dum publica auctoritate ad privatum singulorum commodum conceduntur, impetrans in impetratione ipsa fidem suam civitati, à qua officium accipit, & facultatem publicè exercendi illius, censetur obstringere de non negando petentibus.

6 Rursus, eadem stante resolutione, difficultatem quoque patitur id, quod in advocato communiter etiam traditur, quod ad patrocinandum cuique, legitima repulsæ causa non existente, compelli possit; videtur enim advocacionis officium ad primam speciem pertinere, quasi & auctoritate, & utilitate privatum, præsertim apud nos; quando post studiorum cursus peractos in Conimbricensi gymnasio cum prima gradus laurea, solito præmissio examine apud eandem Academiam, advocare cuique, qui alias prohibitus non sit, in hoc Regno liceat, absque alia Regis, magistratuūve licentia, ex *Ord. lib. 1. titul. 48. §. 3.* atque ita videtur, quod sit officium auctoritate, & utilitate privatum; ad cuius idcirco ministeriū privato cuique exhibendum compelli non debeat causidicus; cuius tamen contrarium supra citata jura probant, & Doctores.

Quarè Bald. in *d. l. invitus C. de procurator. num. 1.* & *Salyc. ibi num. 3.* quasi difficultatem sentientes respondent, advocacionis officium esse publicum quodammodo, & honorabile; & ideo ad ministerium exhibendum cogi posse advocatum; quod secus est in procuratore, qui non cogitur invitus, *juxta tex. ibi, & in l. filiusfamilias. §. invitus ff. eodem titul. ubi gloss. quam Bald. ibi commendat, ex hoc infert, procuratoris officium, privatum esse auctoritate, & utilitate.*

7 Notandum vero est, quod Bald. & Salyc. non simpliciter inquirunt, quod advocacionis officium publicum est, sed, quod est quodammodo publicum, & honorarium; quasi sic, inde quodammodo publicum reputetur, id est, auctoritate publicum, quod verè honorarium sit, honorarium, namque, est ab auctoritate publica, à qua manant, & fluunt honores: unde, & honoraria multa privilegia, publica, ac principali auctoritate huic muneri sunt indulta; atque ita merito officium quodammodo publicum dictum est à Bald. & Salyc. in *d. l. invitus*, ubi ex hoc prædictam inter

illud, & procuratoris officium constituunt differentiam.

8 Aliquando tamen advocacionis officium, non quodammodo publicum, sed simpliciter, & absolute publicum est, videlicet, quando ultra solitos scholarum cursus, examen, & gradum, adhuc ad illud exercendum publicæ auctoritatis facultas requiritur, ita ut sine illa, Academiae laureatus admitti nequeat, ut apud nos cernitur in Curialibus nostris supremi Senatus advocatis, qui numerarij sunt, & in albo descripto probatorio tamen præmissio examine, coram Præfecto Prætorio, & ejusdem Senatus Prætoribus, ac deinde sub Regio nomine muneris diplomate expedito; atque ita publica auctoritate, & Regio indulto ad hoc munus assumuntur, quotquot illi accinguntur. Quo apparet, in his officium auctoritate publicum verè, & absolute esse, & ita multo minus à ministerio illius excusari possit, qui legitimæ excusationis causa crearet; possunt enim advocati ob justas, & legitimas causas se apud judicem excusare, & in locum excusatorum substituuntur alij deputantur, ut tradit *Gail lib. 1. observat. 4. numer. 9.* Inter alias vero excusationis legitimæ causas non minor est multitudo clientulorum, ut in notario propter contractuum multitudinem, & in caupone, seu stabulario propter multitudinem hospitem tradidit *Bart. l. 1. §. servi num. 3. ff. de furt. advers. naut. cap. stabular. & allegat. text. in autb. de tabular. collat. 4. ubi in §. si vero indignus, in fin. Imperator, quod melius est, pauca agere caute, quam multis interesse periculose, Aviles stabulario loquens in cap. Prætor. c. 28. gloss. Avigidos, num. 1. ubi circa judicem idem tradit *Bart. in l. munere. ff. de munerib. & honorib. Socin. ab eo citatis.**

9 Cum, itaque, rem cæptam prosequendo, advocatus ante susceptam causam patrocinium ferendum juste requisitus teneatur, multò magis ad patrocinandum clientulum post susceptam tenebitur; cum & ea, quæ in initio liberæ sunt voluntatis, post præstitum semel consensum necessaria reddantur, & commodato §. sicut ff. commodat. & turpius excusatur, quàm non admittitur hospes, *l. pater furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. l. v. nire tamen non raro potest legitimæ excusationis casus post susceptum, & jam cæptum negotium, ita ut, recedere ab eo, liceat advocato: si, videlicet, ei, contra quem patrocinium ferebat, conjuncta sibi persona, hæres extiterit; aut cum cliente inimicitias contraxisset; aut si clientulus non facit debitum suum præstando illi stipendium de temporibus*



intempus, ut ait Angel. qui ponit casum istum, §. præterea, num. 2. iñtit. de leg. Aquil. aut, denique, in ipsius litis progressu, cum injus- tam favore causam, agnovisset: his tamen casibus ita illi, à suscepto negotio abstinere se, licet, ut, adversæ partis patrocinium in eam causa suscipere, nunquam illi liceat.

10 Nec item in casibus istis, aut alijs, de- relicta à se partis secreta, quæ novit tanquam advocatus, alteri manifestare licebit, adeo ut si proferendo in causa testimonio requira- tur, & ferre cogatur, secretum sibi à cliente nudatum revelare non debeat, ut tradit A- mendan. de exequend. mandar. lib. 1. cap. 2. num. 1. versic. Nam etiam; Navarr. in manual. Latino cap. 25. num. 42. & ex communi cum eodem cap. inter verba numer. 11. quæst. 3. corollat. num. 799. tradit Bovadill. in politic. lib. 2. cap. 5. num. 25. tom. 1. Roder. in summ. cap. conclus. 1. part. 1. ubi idem tradit circa ex- communicationis præceptum. Cautè tamen iudici interroganti respondeat advocatus; ne incidat in perjurium absolutè negando quod non ignorat; amphibologica, scilicet, elocu- tione, iudicis interrogationem eludens; & generaliter in quolibet secreto, ad quod iudici respondere non debet testis ab illo in- terrogatus, tradit Navarr. in manual. Latino cap. 18. num. 61. versicul. Trigesimo quarto.

11 Quia verò advocatus, qui pupilli ali- quis tutor est factus, potest advocare pro eo in causa, in qua contra ejusdem pupilli pa- trem advocatus erat *l. finali. ff. de postuland. i- tem* quoque, & multò magis præbandum in- terdicitur, qui ei, contra quem advocatus erat, successit; ut in eadem causa pro se contra pris- tum clientulum postulare possit; potest e- tiam, & pro se quisque postulare *l. 1. versicul. postulare ff. de postuland.* quod tamen accipien- dum licet est, tam cum pro pupillo, cujus fa- ctus est tutor, quam cum pro se postulat, si in causa meritis melius instructus, pro se il- lum stare, verè libero, & non affectato iudicio ostendatur. Quod enim pro alienæ rei de- fensione licitum est advocato, quavis favo- re pupilli concessum id ita sit in *d. l. finali. li- tera* utique debet, & pro defensione rei suæ, sua propriæ rei defensione jure naturæ cuique competit, sicut personæ ipsius defensione; se- cundum gloss. in *l. ut vim, verb. nam jure ff. de iur. & iur. quam Doctores communiter sequuntur* Dec. ibi num. 31. & ratio est, patrimonium non videtur vita hominis, & qui patrimonium per- dit, vitam perdere dicitur, ut notat Bald. *ad l. ut vim, per text. ibi, in l. advocati in fin. de advocat. diversor. iudic.* & res dicuntur se- cundum san-ctis hominis, ut ex eadem glossa, *in d. l. advocati, notavit Ias. d. l. ut*

*vim num. 23.* pro ratione communis senten- tiæ cum glossa ibi; secundum quam, pro re- rum defensione licet hominem occidere, sicut pro defensione personæ; cum itaque, rei pro- priæ defensione jure naturæ licita sit, etiam cum occisione alterius, cum aliter res defendi ne- queat, multò magis licitum erit advocato, rem, in qua successit, proprio patrocinio de- fendere etiam adversus eum, pro quo antea in eadem causa patrocinabatur: cui non tantum contrario patrocinio damnum infertur, quan- tum homicidio; sed longè minus, ac dissimile.

12 Sed quando in duobus præcedentibus casibus liceat advocato postulare contra eum, cui antea in causa eadem patrocinabatur, du- bium est, an licitum quoque ei sit, secreta ad causæ victoriam pertinentia à pristino cliente sibi commissa palam facere. atque in illum re- torquere; pro parte enim affirmativa facit re- gula *l. 2. ff. de jurisdiction. omnium iudic.* Se- cundum quam, concessio vno, & illa quoque tacite concessa videntur, siue quibus concessio illius, effectum sortiri non possit, & inutilis maneret: unde, cum liceat causidico, pupilli sui postea causam suscipere contra eum, cu- jus antea in eadem causa contra pupilli patrem fuerat advocatus, & ad causæ victoriam, qui est, suscepti, & impensi patrocinij finis, expe- diat prioris clientuli secreta nudare, ac con- tra eundem illis uti, videtur, quod licitum hoc quoque sit advocato, pupillo suo patrocini- nanti.

Contrarium tamen in hac specie tenen- dum est adhibita inter hunc, & sequentem casum distinctione. Etenim servandi secreti obligatio magis arctat, & antiquior est, quam obligatio patrocinandi pupillo in casu prædi- cto, quia hæc obligatio jure civili venit, & præ- ter, aut etiam contra ipsius juris civilis regulas favore quodam speciali pupilli suborta est; quod rex. ipse, quod illa nititur, *d. l. finali. ff. de postuland.* non obscure probat in prioribus illis verbis, à Principe nostro rescriptum est, &c. & ibi, *sed & illud permissum est ab eodem:* quæ pla- nè significant, spectatis juris civilis regulis, non posse advocatum adesse pupillo, cujus est tutor, in eadem illa causa, in qua contra pa- trem ejus alteri patrocinabatur, sed speciali Principis rescripto ad id opus fuisse, quo sic illi placuit in casu illo propter pupilli favo- rem. Sic enim & alias non raro, æquitate exi- genti, Principes rescribent contra ordinarij juris dogmata, à quibus absque Principis res- cripto jurisconsultis recedere non licebat, ut probatur ex *l. prospexi ff. qui & à quib. ibi, Quod quidem per quam durum est, sed ita lex scrip- ta est:* id, namque, solius principis erat *l. 1. C. de legib.* & ita sæpe alias evenit ut videre est



ad calum l. & suum §. final. ff. de pact. ubi hoc Cujas: unico verbo sentire videtur ad intellectum tex. ibi, & ad calum l. admonendi ff. de jurejurand. & l. divi fratres ff. de pæn. ubi in hunc sensum notanda sunt verba ibi. Sed id duntaxat à Principibus fieri potest: & alibi non raro.

13 At verò secretum sibi commissum servare, naturali jure quisque tenetur, quanvis otiosè, ac solius amicitiae causa revelatum illi fuisset, ut tradit *D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad 2.* & est communis omnium sententia, qui nedum hoc probant in secreto alicui commissio, quod servare tenetur propter fidem datam de servando expresse, aut tacite, quam servare, est de jure naturali, ut ad calum istum pro ratione illius docet *D. Thom. loco proxime citato*; sed etiam in secreto, quod aliquis novit absque revelatione illius, cujus interest non manifestari, & in hoc enim casu non propalare secretum, naturali jure tenetur, quo jure tenetur, non nocere proximo; ut pro ratione in casu isto tradit *Navarr. in manual. Latino cap. 18. num. 52. versicut. Quarto.* Atque ita apparet, quod advocatus pristini clientuli secretum servare duplici vinculo adstrictus est, nempe, quia secreto novit; & quia revelatum sibi à parte est, præstata fide de servando expresse, aut tacite; ut non immerito advocatus secreta clientis revelans, pæna falsi teneatur, ut cum citatis ab eo tradit *Barbol. ad Ord. Reg. libr. 1. titul. 48. §. 12. n. 2. Cald. in relection. l. unice. C. ex delict. defunctor. in quantum hæred. conveniant §. pars. n. 32. ubi. & n. seq. legè Regiam de hoc fule interpretatur varijs subjectis limitationibus.*

Additur, & aliud, quod illum magis arctat, nempe, quia tanquam personæ munus publicum agenti, ejusdem muneris causa revelatum illi est; ex quo multo magis servare tenetur: ne alias publica autoritate circumscriptus esse videatur, qui publicam personam consilij causa, quod muneris illius erat, requisivit; contra id, quod dicitur *in l. 1. C. de his, qui ven. etat. impetra ver.* Non licet ergo advocato, postposita hac servandi secreti sibi commissi obligatione, quæ multo maior, & urgentior est, ac prior illa, quæ postea supervenit de patrocinando pupillo, cujus tutor factus est, prioris clientuli propalare secreta, ac illis in eadè causa adversus eum uti.

14 Et non obstat regula communis *d. l. 2. ff. de jurisdict. omn. judic.* quæ facile evitatur respondendo, quod concessio uno, & alia, quæ ad expeditionem illius necessaria sunt, concessa quoque tacite censentur, si & illa concedere potuisset, qui apud concessit; alias, si expresse illa concedere non potuisset, non utique tacite

concessisse intelligendus est, quod expresse concedere non potuisset. Porro, princeps, qui concessit, ut pupillo suo caudicus adesse posset in eadem illa causa, in qua contra patrem illius advocatus fuit, concedere non poterat, ut secretum sibi à priore cliente commissum revelare posset pupilli favore; quia obligatio illa, quæ de jure naturali est, præcepto superioris maior est; & ideo commissi secreta nec ex superioris præcepto prodere quis debet; ut tradit *D. Thom. à. quæst. 70. art. 1. ad 2. in fine*, ubi, ait, quod nihil potest præcipi homini contra id, quod est de jure naturali. Possi ulare, itaque, potest patronus in casu prædicto pro pupillo suo ex juris civilis constitutione Principis rescripto cautata. Sed postulare debet servandis, quæ, cum naturalis juris sunt, cujus modi est, secretum servare, nec Principis rescripto, nec aia positivi juris constitutione violari possunt.

15 In altero verò casu tenendum aliter sentio, ut is, scilicet, qui successit illi, contra quem alteri patrocinabatur, quâdo in eadè causa, quæ titulo hæreditario sua propria affecta est, contra priorem clientem postulare impune potest, justam pro parte sua cognoscens, possit in judicio secreta sibi à priore cliente commissi, quæ ad causæ victoriam pertinent, deducere; atque inde litem pro parte sua instruere, & dirigere ad ipsius causæ victoriam. Est enim inter hunc & præcedentem casum longe diversa ratio, quia patrocinium ad præcedentem casum civilis juris constitutione, & autoritate nititur, qua secreti observatio, quæ naturalis juris est, tolli non potuit; ut traditum est supra; at vero patrocinium in casu præsentis naturali jure fulcitur, quo propriæ rei defensio cuique competit, ut traditum est supra; & adeo naturalis defensionis jus cuique inhæret, ut servandi naturalis secreti præcepto ab eo auferri nequeat, quantumvis, cujus est secretum, injuste agit, præterquam in sacramentali secreto, cujus solus proprius est, ut nec pro bene rei defensione, aut propriæ vitæ tutela sigillum illius referari possit, nec quod de prototius reipublicæ licitum id est, ut est in *cor. & verissima omnium sententia, de quo Scab. lib. de ratione i. gen. secret. m. 3. quæst. final. in Navar. in c. sacerdos de pænitent. dist. 6. à n. 116. multis seq. & in manual. Latino c. 18. n. 51. Barbol. de Medic. in instruction. confessor. lib. 2. c. 4. in pro. Emman. Rod. in summa c. 53. n. 4. to. 2. Potest ergo advocatus in præposito casu pro rei defensione propalare secretum injustè contententis, eoque uti adversus illum, quod sibi muneris sui, consilijque causa antea daverat.*

16 Illud ab omnibus istius muneris professoribus longe absit, dolens, scilicet, quicquam



clientem suum machinari; quo admissio præ-  
varicationis crimen involvitur, nihilque eo  
sceleratius, ac fidissimo iplo munere indignius  
excogitari in illo potest; quisquis is est (nul-  
lus autem sit) sub pelle ovina lupus rapax in-  
trinfecus est, & ultra latrocinium peccat, le-  
cundum *Specul. li. 1. rubr. de advocato §. 1. n. 13.*  
ubi scripsit, quod ultra latrocinium peccat,  
qui clientulum pro viribus non defendit, per  
*tex. in c. irreligiosum, §. 7. dist.* Notandum est  
verbum, quod ne dum comprehendit patro-  
num, qui clientuli sui causam dolose prodit,  
sed & qui negligenter perdit; tenetur enim  
& qui per imprudentiam, aut negligentiam  
causam perdit, ut ex *Hostiens. preceptoris sui sen-  
tentia tradit Specul. d. tit. de advocat. §. final. in-  
cipit, utriusque n. 17. Caccialup. tract. de advo-  
catis quest. 4. num. 6.*

17 Quia verò culpæ gradus, seu species,  
secundum communes gloss. traditiones, tri-  
plex est; alia est enim culpa lata, alia levis,  
alia levissima, quanvis *Bart. in l. quod Ner-  
va num. 8. ff. deposit. ponat quinque spe-  
cies, quarum priores duæ, sunt latissima,  
quam vocat dolum manifestum, & latior,  
quam dicit esse dolum præsumptum, de qua,  
secundum cum loquitur *tex. ibi, his omissis,  
quæ de dolo sunt, circa alias videndum est de  
qua teneatur clientulo patronus, qui culpa sua  
causam perdidit. Et quidem teneri eum de  
lata, non ambigitur; tradit *Burg. de Pace qui  
resert in proam leg. Taur. num. 213. quia  
lata culpa dolo comparatur, l. 1 §. hac actio ff.  
mens. fals. mod. dixerit d. l. quod Nerva ff. de  
quest. secundum lecturam gl. ibi, quæ ibidem, verbo  
dolum, tradit, quod ubi quis de dolo tenetur, &  
de culpa lata tenetur; idque regulare est, cum  
ait, aliquem teneri, dolum præstare, ut e-  
tam de lata culpa intelligatur, ut tradit *Alc.  
l. lata culpa, in princip. versio & ideo ff. de verb.  
signif. & in l. magna negligetia col. 2. vers. Cuius  
mod. n. Quod limitatur in leg. Cornel. de sica-  
ria, ubi culpa lata pro dolo non accipitur, l. in  
Cornel. ff. ad leg. Cornel. de sica.****

18 Idq̄ generaliter in pænis corporalibus in-  
figendis, ut lata culpa dolo nõ æquiparetur, tra-  
dit *Frâncisc. Brun. tract. de indicis & tortur. q. 5  
2. part. & loquens in pæna mortis homici-  
dii statuta, receptissimũ id esse, scripsit *Alc. d.  
magna negligetia col. 2. versio Quo exẽplo, ubi sub  
ex aliorum sentetia, idẽ generaliter esse in  
quavis dispositione pænali, etiã ubi à lege pæ-  
na pecuniaria infligitur dolo aliquid agẽti, ut  
lata culpa nõ cõprehẽdatur; quod gl. ibi scit, &  
*Bart. d. l. quod Nerva n. 20. cõtra gl. ibid. verẽ enĩ  
culpa lata, seu magna, quod idẽ est, quãvis do-  
lus appellatur, in d. l. magna negligetia, verus do-  
lus nõ est, sed præsumptus, ut declarat *Alc. ibi ant****

secundũ gl. ibidẽ appellatur dolo, quia dolo cõ-  
paratur, d. l. 1. §. hac actio ff. si mes. fals. mod. dix-  
erit, & dolo proxima dicitur in l. quasi. §. cum  
quoque, in fin. jũcta gl. ibi ff. de precar. & in l. mu-  
lier §. sed. etenim jũcta gl. ibi verb. proxima est, ff.  
ad rebell. & in l. 1 §. nõ autem ff. si quis testam. lib.  
esse jussuer Ex quo datur intelligi, latã culpã  
verẽ dolũ nõ esse, quia dolo similis reputatur,  
& nihil est idẽ, cui id ipsũ simile est, secũdum  
Philosophũ, ex cujus doctrina, & conclusione  
hac sic argumẽtatur gl. nostra in d. l. quod Nerva  
verb. doli, & *Bart. ibi n. 2.* Atq̄ ita differũt, nec in  
paucis quidẽ, ut evenit in leg. Cornel. de sica.  
& quavis alia pænali dispositione de dolo lo-  
quẽte, qua non cõprehenditur lata culpa, ut di-  
ctũ est supra, & in alijs casibus observat gl. in l.  
in actionibus, vers. Sed in his ff. de in litem jurand.  
& in §. suspectus, instit. de suspect. tutor. *Alc. d. l.  
magna, col. 2.* ultra quos, principalis etiam dif-  
ferentia quædã in eo consistit, quod dolo futu-  
rus contrahentium pacto remitti non potest  
l. contractus ff. de reg. jur. cum alijs, sed culpa la-  
ta bene remittitur, ut tradit *Dec. d. l. contractus  
n. 43. ubi differentia rationem assignat.*

19 Est autem lata culpa, non intelligere id,  
quod omnes intelligunt, l. lata culpa ff. de verb.  
signif. l. cedere diem, in fin. eod. tit. & ita sentit gl.  
d. l. quod Nerva verb. nam etsi quis, & clarius  
ita definit in §. penult. verb. debet, instit. quib. mod.  
re contrah. oblig. *Bald. tract. de statutis §. dolo n.  
2. Capol. de simul cõtract. n. 196. Ioan. Igneus  
d. l. contract. n. 2. cum seq. Bart. verõ d. l. quod  
Nerva n. 26. dicit, quod definitio ista non cõ-  
vertitur cũ suo definitio, & ideo bona non est,  
l. 1. §. 1. ff. de dol. quia furiosus non intelligit,  
quod alij intelligunt, & tamen non est in cul-  
pa; & ideo ibid. nu. sequenti in versio. Ego au-  
tem sic definitio, latã culpã definit, ut sit devia-  
tio incircumspecta ab ea diligentia, quã cõmu-  
niter habent homines, qui sunt ejusdẽ professi-  
onis, & cõditionis, & eandẽ definitionẽ per ver-  
ba similia assignat in tract. de testib. n. 109. ubi  
ait, quod lata culpa est deviatio indeliberata ab  
ea prudentia, quæ inest cõmuniter omnibus,  
qui sunt ejusdẽ instructionis, & professionis.  
Sed certe gl. & aliorũ definitio, quæ collecta est ex  
d. l. lata culpa, idẽ intendit, quod *Bart. definitio,  
nec ab ea deviat; cum enim dicitur, quod lata  
culpa est, nõ intelligere, quod omnes intelli-  
gunt; verbũ, Omnes, in definitione positũ re-  
fertur ad illos, qui intelligunt, id est, quibus  
intelligendi potentia sana, & integra est, & nõ  
ad furiosos, & impuberes, qui, quod videt, ig-  
norat: rursus, intelligitur etiã de omnibus, qui  
sunt ejusdẽ professionis, & cõditionis, ut est ex-  
pressũ in definitione à *Bart. assignata; verba enĩ  
à Doctoribus terio prolata, quanvis generalia  
sint, & universos vi sua cõprehẽdant, tamẽ de***



habitibus intelliguntur, l. qui testamento ff. de testament. & ad legis verba observat gloss. 1. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. quam ad hoc quotidie allegari scribit Bald. ibi in lectur. nu. 2. & nos tradidimus in commentar. ad tex. ibi 1. part. in initio num. 10. & ita prædictam gloss. definitionem contra Bart. defendit Igneus in repetition. d. l. contractus num. 3. cum duob. sequentib.

20 Atque ita, juxta hanc, aut illam culpæ latæ definitionem sic intellectam, advocatus qui jura ignorat, quæ communiter innotescunt alijs ejusdem muneris professoribus, in lata culpa est, cujus causa clientulo tenebitur pro damno inde profecto, tradit Ioan. Gutierrez lib. 1. practicar. quest. 29. num. 2. & 3. & in iudice loquens Burg. de Pace in proam. leg. Taur. num. 178. & in hoc dubitatio nulla est; cum & ijs, qui jura non didicerunt ignorantia juris in latam culpam imputetur, ut notat gloss. per tex. ibi in l. liberorum §. final. verb. non juris ff. de his, qui notant. infam. quam gloss. sententiam probat Bart. d. l. quod Nerva num. 19. in casu, quo jus, quod ignoratur, expressum in lege est, ex quo certa est determinatio illius: & non, cum dubium est, propter varias Doctorum sententias. Et quamvis nec in casu illo ignorantia juris illiteratis imputanda videbatur, saltem ad latam culpam, ut ex ea tenerentur, respondet Bart. d. num. 19. in fine, quod juris scientia, quæ literatis inest etiam in literarum expertibus esse videtur, quia peritos consulere potuerunt l. in bonorum ff. de bonor. possession. Qua item ratione, juris ignorantia latam culpam committi, tradit Francisc. Brun. tract. de iudicij, & tortur. 2. part. 9. §. nu. 22. atque ita non est in culpa quia literis operam non dedit; quia hoc omnium communiter non est; sed quia pro occurrente casu juris peritum non consuluit, à quo didicisset, quid in illo facere debuisset; quod omnes communiter faciunt, ut dixit Bart. d. numer. 19. in fin. & intelligitur, si peritorum copiam habuit, ut consulere eos possit, secundum tex. ab illo citatum in d. l. in bonorum. Stat ergo, quod causidicus, qui munus hoc, & scientiam juris profitetur, latam culpam incurrit ignorantia juris in quo versatur; quod & turpe illi est, l. 2. §. Servius autem ff. de origin. jur.

21 Sed dubium est, an illi sola certi, & expressi juris ignorantia in latam culpam sit imputanda, an etiam ignorantia ejus, quod expressum lege non habemus, nec certum est, propter varias Doctorum opiniones. Et Bart. d. l. quod Nerva. num. 19. respondet, quod ignorantia juris in casu isto non est simpliciter lata culpa, sed debet judicari lata, levis, vel levissima, sicut de tacti ignorantia per l. 2. ff. de iur. & fact. ignorant. quam allegat, & gloss.

ibi, dicens, quod hoc videtur sentire firmiter. Et quamvis Bart. eo in loco loquatur de ignorantia juris, quatenus illiteratis in latam culpam imputari debeat, eadem tamen resolutio ex mente illius literatis convenit, & multo magis; quia, si vulgaribus imputatur in latam culpam, ignorare jura, quia peritos consulere potuerunt, multo magis imputari debet hujus disciplinæ professoribus ignorare id, quod, se scire, profitentur; si enim sal evanuerit, in quo salietur? concluditur, itaque, secundum prædictam Bart. resolutionem, ac superiores latæ culpæ definitiones, quod advocatus, qui clientuli sui causam perdidit propter ignorantiam juris, quod alij idem munus agentes communiter sciunt, lata culpa perdidit: de qua eum teneri, non est dubium etiam in foro conscientie.

22 De levi etiam illum teneri, ex eo probatur, quia inter eum, & clientem contractus utriusque gratia celebrari intelligitur; in quo idcirco levis culpa præstat, gloss. in §. qui pro usu instit. de locat. Dec. in l. contractus num. 32. ff. de regul. jur. Alc. in l. magna negligentia col. 2. versicul. Sanè, quemadmodum ff. de verbor. significat. de qua culpæ specie communiter intelligitur tex. in l. si ut certo, §. nunc videndum, versicul. Sed ubi ff. commodat. per quem ita præ regula tradit Ioan. Igneus repetition. d. l. contractus num. 41. quod in contractibus qui utriusque contrahentis gratia celebrantur venit lata & levis culpa, non autem levissima. Atque ita quia inter advocatum, & clientem negotium geritur utriusque causa celebratum, de levi culpa eum teneri, dicendum est. Quod ab fundamento probavit Petrus de Ledetm. in summa 2. part. tract. 8. c. 26. circums. 3. et si, de lata duntaxat, & non de levi illum teneri, scripsit Emman. Rod. in summa 1. part. c. 2. conclus. 6. secutus Silvestr. in summa. verb. advocatus num. final. ad fin. & sequuntur alij quos refert Burg. d. proam. leg. nu. 214. Gutierrez d. lib. 1. quest. 29. n. 6. qui confirmant ex recepta Innocentii doctrin. in c. sicut dignum. nu. 5. de homicid. ampliantque ex Sylvestr. loco citato, & alijs quos refert Burg. d. num. 14. etiam si advocatus perdidit se ab everaverit, dummodo imperitia illius a cliente ignorata non esset.

23 Quæ autem levis culpa dicatur, inter scribentes non ita constat. Bart. enim d. l. quod Nerva nu. 26. ff. deposit. post varias aliorum adductas, & confutatas levis culpæ definitiones subdidit in versicul. Qualiter ergo, quod levis culpa tripliciter consideratur, & ita triplicem illius definitionem assignat, singulas secundum singulas considerationes, & idem repetit tractat. de testib. versicul. Levis culpa num. 115. cum sequentib; quarum prima



prima est levis culpæ, quæ circa alienas res committitur; & hæc, quæ ad nostrum pertinet institutum, definitur à Bart. *d. l. quod Nerva num. 26.* ut sit deviatio incircumspecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes ejusdem conditionis, & professionis; vel secundum eundem *d. tract. de testib. num. 116.* est deviatio indeliberata ab ea prudentia, quæ inest diligentibus hominibus, qui sunt ejusdem conditionis, & professionis: & probatur, secundum eum, *in l. si convenerit, in fin. cum leg. sequenti ff. de pignorat. act. & in l. si putator ff. ad l. Aquil.* In eo autem differt culpa levis à lata, quia per latam deviatur ab ea prudentia, quæ communiter omnibus inest: per levem verò ab ea, quæ requiritur in diligentibus, & expertis hominibus ejusdem conditionis; & ideo in definitione illius diligentium mentio fit, *ut explicat Bart. d. tract. de testib. num. 115.*

Juxta quæ, latam culpam in advocatione, & artifice, propter imperitiam, dicemus esse, ignorare ea, quæ, & non diligentes, nec excellenter periti ejusdem professionis communiter non ignorant; ut apud nos eveniet in illo, qui expressum ignoraverit, aut etiam sententias vsufrequentes: quanvis eæ legibus expressæ non sint. Culpa verò levis erit, ignorare, quæ diligentes, & excellenter periti communiter sciunt; quod prudentis judicis arbitrio estimandum erit, *secundum Abb. in cap. 1. numer. 13. in fin. de commodat.* Ignorantia verò eorum, quæ per via ita non sunt, nec bene peritis etiam communiter nota, levis mæ culpæ ascribenda erit, quæ in excellentissimos cadit, *secundum Bart. doctrina,* qui tres hos scientiæ gradus in artifice constituit *d. l. quod Nerva, num. 8 in fin.*

24 Quia verò evenire non raro potest, ut lata culpa, & levis contrahatur non propter ignorantiam, sed propter negligentiam, quæ provera eruditionis est, sicut instantia mater natum in suo quoque opere, ut habetur *in cap. nihilillo, dist. 83. & Seneca epist. 1. quem vulg. Card. in clem. 2. versic. Si per cathedram notab. 5. de sepultur.* Turpissima est, inquit, *latam, & levi culpam, ex hoc capite inturgentem, vnamquæ ab altera discernendam, quo præponendi sunt casus. vnus, quando quis in alienis rebus non tantum diligentiam præstat, quantam in suis; & hic casus ad latam culpam pertinet, juxta l. quod Nerva ff. de positi. secundum gloss. lecturam ibi, aut ad plusquam latam secundum Bart. lecturam ibidem, qui de latam intelligit juxta literam text. id est, de plusquam lata; & culpa in casu isto, sive latam, sive plusquam latam, id est, latiore* *secundum Bart. illam appellamus, dolum præsum-*

ptum secum involuit, *juxta text. ibi.* præsumitur enim dolo agere, qui in negotio alieno, quod suscipit gerendum, minorem adhibet diligentiam, quam in suo proprio.

25 Alter casus est, quando quis in alieno negotio talem, qualem in suo diligentiam præstat; sed quia desidiosus, & negligens natura sua est, in rebus suis non talem præstat, qualem diligens quisque communiter in rem suam præstat; & hic quidem casus fraude præsumpta caret, de qua *in d. l. quod Nerva, idcirco ad text. ibi non est adaptandus; quanvis gloss. ibidem hunc etiam casum latæ culpæ ascribat, per text. in l. si constante §. si maritus ff. solut. matrimon. qui text. ad casum nostrum contrarium potius præbet argumentum, dum enim de mariti diligentia erga dotales res loquitur, non aliam ab illa, quam rebus suis exhibet, exigit ab eo: at verò scævitiæ in servis dotalibus coercet, quanvis in proprijs eandem maritus exequi solitus sit, quia nec in proprijs id illi licet, idcirco nec in alienis, id est, in dotalibus licere debuit, quæ est ratio expressa ibi.* Cæterum glossæ sententiæ accipiendæ est, quando quis in rebus proprijs negligens, & desidiosus ultra modum est, quando, inquam nec diligentiam talem in suis præstat, qualem alij homines communiter præstant, et si experti non sint, nec diligentis patris familias nomine censeantur; talis enim desidia, & negligentia latæ culpæ ascribenda erit, sicut ascribitur ignorantia eorum, quæ homines ejusdem conditionis, & professionis communiter sciunt, tametsi in arte, quâ proficiunt, peritorum, ac diligentium locum non teneant; & tunc quidem lata culpa, quia præsumptum dolum secum non trahit, non pertinet ad speciem *d. l. quod Nerva,* sed magis ad definitionem de qua supra, collectam *ex l. lata culpa ff. de verbor. significat.* vbi autem quis in rebus proprijs diligentiam talem præstare non est solitus, qualem experti, & diligentes præstant, sed talem, qualem cæteri homines communiter: si ejusmodi præstet in negotio alieno, non tenebitur de lata culpa sed de levi solummodo juxta id, quod in casu imperitiæ, quia levis committitur culpa, dictum est supra ad differentiam latæ, *ex Bart. doctrina,* quæ huic casui æquæ convenit; in quo idcirco, qui de lata solummodo tenetur, excusandus erit, constituto, quod talem in alieno negotio diligentiam adhibuit, qualem in suo adhibet, si eam in suo adhibet, quam alij homines, etiam qui numero diligentium non sunt, communiter præstant; qui verò de levi tenetur, ut advocatus, maiorem in alieno negotio præstare diligentiam debet, quam in suo præstat, etiam si in suo talem præstet, qualem cæteri homines com-



communiter præstant; hac enim mensura, & norma lata culpa excluditur, sed ad levis exclusionem talem præstare diligentiam debet, qualem solertes, & diligentes communiter præstant, quanvis in suis minorem ipse adhibeat; Caietan. *quidem in summ. verb. advocatus, versic. Quarta*, inter octo advocati, & procuratoris peccata de quibus ibi per eum, loquens de illo quod desidia, negligentia ve causa committitur, evenire, ait, si negligat studere sive scrutari merita causæ, & adhibere debita remedia; ignorantia enim, inquit, tunc tantum ipsum excusat, quando, & quod potuit, & quod debuit, non omisit; cui convenit quod idem Caietan. *scripsit super D Thom. 2. 2. quest. 71. art. 3. in fin.* ubi advocatos excusat, etsi errent, quando ex contingentibus nihil omittunt, tunc enim, inquit, tuti incedunt, etsi errent; quem referunt, & sequuntur Burg. de Pace *in proem. leg. Taur. num. 215. & sequenti*, Ioan. Gutierr. *prædicar. libr. 1. quest. 29 num 9.* Quæ sententia ad levis culpæ gradum est reducenda, juxta sup. dicta, ut nihil committatur eorum, quæ ad exclusionem illius requiruntur.

26 De levissima autem culpa, sive ignorantia, sive desidia causa contingente non teneri causidicum, ex supra dictis constat Est autem levissima culpa, *ut Bart. definit d. l. quod Nerva num. 27.* deviatio incircumspecta ab ea diligentia, quam habent homines diligentes, & diligentissimi ejusdem conditionis, & professionis; & similiter definit in tract. de testib. *versicul. Levissima culpa num. 124.* ubi declarat. Et talem præstatis, cujus solus gratia, & commodo contractus inicitur, ut est commodatarius, qui idcirco in re sibi commodata tenetur de levissima. Quando verò utriusque gratia celebratur contractus ut est locationis, & conductionis contractus, lata, & levis etiam culpa præstatur, levissima verò non. Et quando solius dantis gratiam respicit contractus, ut in deposito evenit, is, qui recipit, dolum, & latam solummodo culpam præstat; & ita est frequens, & communis in hac materia Doctorum resolutio. Juxta quam communiter intelligitur *text. in l. si ut certo § nunc videndum ff. commodat. l. contractus ff. de regul. jur. ubi Dec. num. 1. & 2. Abb. in cap. univ. num. 4. & 12. de commodat. & in cap. 2. num. 3. de deposit. Alc. in l. magna negligentia, col. 2. versicul. Quem admodum, & sequenti ff. de verbor. significat. quanvis igneus in repetition. d. contractus a num. 6. cum sequentib. per text. ibi teneat, depositarium de lata culpa non teneri, sed de dolo duntaxat, & culpa latiore, & latissima, quæ non solum dolo comparantur, quod latæ culpæ convenit, sed doli sunt, ut*

*ibid. per eum num. 11.* secundum quam regulam, & conclusionem, de levissima non tenetur advocatus; quia inter eum, & clientulum, utriusque gratia contractus intelligitur celebrari, ut tradidimus supra, ad quem levis pertinet, levissima verò non.

27 Unde infertur, quod si advocatus absque mercede, solius clientuli gratia patrocinium gratis suscipiat, nec de levi tenebitur, sed solummodo de lata; quam, & non aliam præstat is, qui solius secum contrahentis gratia negotium gerit, ut est depositarius, qui juxta communem prædictam resolutionem de dolo tenetur, & lata culpa, quæ illi comparatur; quia in deposito sibi commissio solius depositaris commodum regulariter vertitur: & tamen si ipsius depositarii utilitas etiam aliquando eo vertatur, levem etiam culpam præstat; si, videlicet, pro deposito mercedem recipit, ut communiter tenetur, *secundum Abb. d. c. p. 3. num. 3. de deposit. & probat text. ibi, & in d. l. si ut certo §. nunc videndum, juncto communi intellectu;* & si solius depositarii gratia, & commodo depositum fiat, levissima quoque præstabit instar commodatarii; & ita ex communi tradit Dec. *d. l. contractus num. 1. & 2. in intellectu text. in l. si quis nec causam ff. si certum petat.* Similiter, & commodatarius, qui levissimam præstat, quia regulariter illius solius gratia commodatum fit, *cap. 1. de commodat. ubi Abb. & alij*, si contingat, utriusque simul gratia illud fieri, levissima excusabitur, lata, & levis solummodo rationem redditurus: sed nec de levi tenebitur, sed de lata tantummodo quando solius commodantis gratia negotium geritur in commodato; cujus exemplum ponitur *in d. l. si ut certo §. interdum;* & exemplum commodati utriusque gratia celebrati *in l. in rebus, versicul. Hoc ita ff. eodem tit. commodat.* si ergo in commodato, de cujus natura est, ut, & levissima culpa in illo præstetur, contingit, ut lata solummodo præstetur idque ex eo, quia solius commodantis gratia negotium in illo geritur *d. l. si ut certo §. interdum, tradit gloss. ibi verb. convenit, & in §. item is, cui, verb. exactam instit. quib. mod. re contrah. obligatio, & in d. l. contractus, ubi Dec. numer. 28.* nimirum, si dicamus, advocatum qui quidem ex rei natura culpæ causa non tenetur, ut commodatarius, de lata solummodo, & non ultra teneri aliquando, data, scilicet, terminorum paritate; quod evenit, quando pro patrocinio nullam mercedem recipit, sed solius clientuli gratia negotium suscipit.

28 Denique, in id ipsum bonum præstat argumentum *l. 1. versicul. Hac actio ff. si mens fals. mod. dixerit.* ubi traditur, quod agrimensor, ultra dolum, de alia, quam de lata culpa



non tenetur, quia, nempe; agrimensura non intelligitur, locationem, & conductionem celebrari, sed magis operam beneficij loco præbent, ut dicitur *d. l. 1. versicul. Ideo autem*. Et non nobilitat, quod statim subditus, id, quod mentori datur, ad remunerandum dari, & inde honorarium appellati, atque ita, nec, si mercedem accipiat agrimensor, omnem culpam præstat, ut *versicul. Sed et si mercedem d. l. 1.* quod de levissima, & levi intelligitur, lata tamen excepta, *versicul. Hac actio*, juxta quem, juncto sequente, nullam aliam, quam latam præstat agrimensor siue mercede interveniente, siue ubique illa operam præstat. Ex quo in advocato idem videbatur dicendum; cum, quod illi pro mercede operarum datur, honorarium eam appellatur, *l. qui operas, in fin. ff. locat. l. 1. §. de honorarijs, & §. sicut cautum ff. de varijs, & ex ordinariar. cognitionib.* quod honorarij nomen multo magis convenit salarijs advocatorum propter officij dignitatem, *juxta gloss. d. l. 1. de honorarijs ff. si mens. fals. mod. dixerit;* etenim respondendum erit, quod merces præstita agrimensori non intelligitur data quasi locati operarum merces, sed magis remunerandi beneficij causa *d. l. 1. versic. Ideo autem;* & honorarium quidem appellatur, non propter officij dignitatem, sed propter largientis benignitatem in remunerando exhibitam, idcirco de levi culpa non tenetur mensor, etiam si mercedem recipiat; ad quod etiam ponderanda sunt verba *text. ibi, propter verba edicti, d. versic.* Sed non mercedem. Quod in advocato longe aliter se habet, inter quem, & clientulum celebrari intelligitur contractus ex natura sua utriusque gratia gestus, dum alter operas exhibet, alter præstat mercedem, seu operarum salariū; quod quidem appellatur honorarium, honoris causa propter officij nobilitatem; idcirco, si merces intervenit, de levi culpa tenetur, quasi ex contractu utriusque causa celebrato, si vero non accepta mercede patrocinatur, solummodo præstare debet, juxta supra dicta.

29 Istud verò limitandum est *ex Bart. doctrina d. l. quod Nerva num. 32. ff. deposit.* ubi differentiam constituit inter advocatos, & mercatores, qui faciunt gratis, ut homines ad eos accedant, & homines in eo magis confidant, & decipiantur, & inter illos, qui pecunia accepta officium tuum exercent; primi enim, quia se ingerunt, quasi in hoc ipso peritos se asserentes, de levissima tenentur, *juxta tradit. per eum ibi d. num. preced.* posteriores verò de levi, & de levissima; quia inquit, locatio est, nec, qui se non ingerit peritum se videtur asserere. *Ex Bart. doctrina* notanda est; & in prioris functionis membro, quod pertinet ad advo-

catos, & medicos gratis officium suum imperitantes, accipienda est, ut verba sonant, in illis, qui sic impertiuntur patrocinij sui ingerendi causa, ut ita clientulorum copia, hoc liberalitatis commento excrecente, peritorum nomen, & famam in civitate aucupentur; ex quo tenentur de levissima culpa in officio commissa, cujus se peritos, atque alijs peritiores asserere videntur.

30 Et corroboratur prædicta Bart. doctrina in casu isto, argumento ejus, quod in depositario traditum extat, qui, etsi ex natura contractus, qui regulariter solius deponentis gratia geritur de dolo solummodo, & lata culpa teneatur, & non ultra, tamen, si suscipiendo deposito ipse se offerat, atque ingerat, etiam de levissima tenetur, quasi, eo ipso quod se offert, solius ipsius gratia, & commodum in deposito vertatur; & ita tenet *gloss. magna in d. l. contractus prope finem versicul. Sed licet, Bart. d. l. quod Nerva num. 30. Abb. in cap. 2. de deposit. num. 3. quod tamen Dec. intelligit d. l. contractus num. 4.* quando depositarius, ultra hoc quod se obtulit, commodum ex deposito recipit, ita ut, ipsius, aut utriusque gratia celebratum intelligatur alias verò, si nihil recipit, sed solius deponentis gratia depositum celebretur, hoc quod se obtulit depositarius operabitur, ut de levi teneatur, qui alias de lata solum, & non ultra, teneretur; pro qua sententia ponderat *Dec. text. in d. cap. 2. de deposit.* ubi æquiparantur casus, in quò depositarius se obtulit, & in quò aliquid pro custodia recipit; in quo ultimo de levi eum teneri, & non de levissima, communis, ac vera traditio est, juxta supra dicta, ergo, & ita in primo, quando se obtulit, nec aliquid recipit; & ita ponderat *Dec.* qui sic intelligit *text.* qui de levissima in casu depositarij se offerentis ab alijs intelligitur *in l. 1. §. saepe ff. deposit.* siue autem *cum Dec. si ve cum gloss.* & alijs tenendum sit in casu prædicto, semper de eo procedit argumentum ad levissimam contra advocatum se offerentem, aucupandi nominis gratia; qui enim alias ex natura actus de levi teneretur, ut aliquid operetur hoc, quod se obtulit, de levissima eum teneri, dicendum est *cum Bart. vbi supra.*

Cautè tamen, cum loquitur de advocato patrocinium gratis exhibente, in eo accipiendus est, qui sic agit, ut homines ad eum magis accedant, magisque in eum confidant, & eo ipso decipiantur; sic enim loquitur *Bart. d. num. 32.* talis enim, & se ingerit, & inferendo patrocinio suo negotium suum gerit. At verò, qui gratis patrocinatur amicitia causa, aut quovis alio intuitu solius clientuli gratiam respiciente, nedum de levissima; sed nec de



de levi obligatus erit, lata solummodo obstrictus, tanquam ex contractu obligatus solius secum contrahentis commodum portante, juxta resolutionem, de qua supra.

Constat, itaque, ex supra dictis, advocatum regulariter de lata, ac levi etiam culpa clientulo suo teneri propter contractum reciprocum, qui inter illos agi intelligitur, quo levis culpa venit, quia utriusque contrahentis gratia celebratur. Cum autem tenetur propter imperitiam qua lapsus fuit in causae defensione, quanvis ille sit minor viginti quinque annis, non restituitur adversus laesorem quam inde patitur, *ut tradit Perez l. 2. titul. 19. lib. 2. Ordin. quest. 3.*

31 Et non obstat *l. si merces §. qui columnam ff. locat.* ubi in locationis contractu omnis culpa praestatur quae a diligentissimo quoquam abesse debet; & sic etiam *in §. qui pro usu, instit. eod. titul.* culpam vero etiam levissimam diligentissimus quisque in rebus suis praecavet; atque ita probari videtur illis in locis, culpam etiam levissimam praestari debere in locationis contractu, quem utriusque gratia celebrari, constat; *gloss. utrobique verb. diligentissimus*, pro diligenti accipit, superlativum, scilicet, pro positivo; alij, quorum ibidem meminit, de superlativo proprie accipiunt, intelligentes, speciale esse in rebus, quae leviter, ac facile franguntur, ut in locatione carum levissima etiam culpa praestetur; & solutio ista communiter tenetur, eam que sequitur *Dec. d. l. contractus num. 33 Alc. in l. magna negligentia col. 2. prope fin. ff. de verbor. significat.*

Verum, quia prior solutio verbi improprietaem secum fert, & posterior divinatoria est ad text. utrumque, aut etiam violentia; pro vero, ac proprio utriusque intellectu distinguendum fore, existimavi, inter locationem rerum, seu operarum, cum rei interventione, & simplicem operarum locationem, absque rei, inquam, interventu celebratam, in primo enim casu, sive res in locationem deducta ipsius locantis sit, quod regulare est, *ut in casu d. §. qui pro usu, instit. de locat.* sive conductoris operarum, *ut in casu d. l. si merces §. qui columnam*, dicendum est, & levissimam etiam culpam in contractu locationis, & conductionis venire, limitata communi sententia, juxta quam levis praestatur, & non levissima in contractu utriusque gratia celebrato, cujusmodi est locatio, & conductio; in posteriori vero casu servanda erit communis assertio de levi praestanda, & non levissima. Differentiae autem ratio inter utrumque casum, quam erudito ingeniosoque Lectori non displicere spero, pendet ab aequalitate, quae semper in contractu observanda est,

quoad fieri possit, ne claudicare contingat contra regulam *l. 1. ff. de rescind. vendit.* In cujus explicatione adverti oportet, dominum rei in locationem deductae, sive is locatorem sive conductorem personam sustineat, sustinere damnum in illa fortuito casu contingens nisi aliud conventum sit, (valet enim conventio super damno fortuito casu contingente *l. 1. C. deposit. cap. 2. eod. titul. l. contractus ff. de regul. jur. & ibi Dec. num. final.*) idque quavis res eodem modo apud dominum peritura non fuisset, & in ipso conditionis viu perisset, semper, namque, quando aliud conventum non sit, fortuitus casus sine culpa succedens, rei domino damno cedit. Unde contractus aequalitas exigebat, ut, quando vna contrahentium patiebatur damnum fortuitum casus sine culpa contingens in re sua dumtaxat illa vteretur in proprium commodum, damnum ipse jure eadem culpa sua quantumvis levissima contingens pateretur, ut ita dum alter casum fortuitum sine culpa contingentem sustinet, alter culpam levissimam sui ipsius, quae casui fortuito proxima est, aequalitas utrinque quoad fieri potest, servaretur, quae in contractu desideranda est, & multo magis cum bonae fidei est.

Quae ratio cessat in locatione operarum quando nulla res intervenit in qua fortuitus casus damnum alter ex contrahentibus subire possit; idcirco levissima culpa a neutro praestatur, sed levis utrinque, juxta contractus naturam. Et secundum posteriorem hunc casum procedit, quod tradidimus de levi culpa ab advocato regulariter praestanda: secundum priorem vero procedit decisio *d. l. si merces §. qui columnam*, de levissima etiam praestanda a locatore operarum in transportatione columnae de qua ibi, idemque ad operarum locationem circa res alias, a que deciditur ibidem generalibus verbis in fine scriptis, quae sunt illa, *Idemque etiam ad ceteras res transferri potest*; quae non sine manifesta violentia ad res friabiles restringi possunt; praeterquam quod columnam illam de qua loquitur textus in princip. ejusmodi dicere, divinatorium est, aut etiam falsum si lapidea erat. Ad eundem etiam casum spectat decisio *text. d. §. qui pro usu*, qui loquitur in rerum conditione qua levissimam culpam praestat conductor, ex ratione quam scripsimus, de fortuito casu sine culpa contingente, qui in specie, qua ibi, onerat locatorem, ut ibidem praestatur.

32 Et non obstat, si dicatur, etiam in simpliciter operarum locatione fortuitus casus damnum evenire posse, quod cum vna contrahentium patiat, alterum levissimam culpam praestatur.



præstare debere, videbatur, juxta præcedentem resolutionem; evenit autem damnum fortuito casu in simplici operarum locatione, quando conductor earum propter fortuitum casum in persona sua contingentem illis uti nequit; & tamen ex unanimi omnium sententia à totius mercedis solutione ob hoc non excusatur. Sed objectioni huic facile, & congrue satisfiet, si assignatam præcedenti casui rationem memoria teneamus, quæ nihil aliud, quam ipsius contractus æqualitatem inter utrumque contrahentem servandam attendit; et, quia unus fortuiti casus absque culpa contingentis damnum patitur, alter sustinere deberet damnum lecutum ex culpa sua etiam levissima, quæ fortuito casui proxima est; at vero contractus æqualitas in casu locati nis operarum reperitur, absque eo quod levissimam culpam ab alterutro præstari, necesse sit, stante sententia Bart. in l. si uno §. stern cum quidam, l. 3. num. 5. ff. locat. & in l. 1. §. divus, num. 2. ff. de var. & extraordinar. cognition. secundum quam, fortuito casu contingente in persona locatoris operarum, merces illi non debetur, contingente verò in persona conductoris, integra præstatur; quæ Bart. doctrina communiter tenetur contra glossam ibidem in d. §. cum quidam, & vera est, ut tradidimus in commentar. l. ex hoc jure 1. part. cap. 9. sub verb. locationes, conductiones ff. de just. & jur. & secundum illam apparet, in specie prædicta utrumque contrahentem fortuiti casus periculum sustinere, unumquemque in propria persona; ita, æqualitatem contractus ex levissima culpæ ratione ab alterutro præstandæ astruere necesse non sit, sed levis tantum quæ è natura contractus est, præstari debeat.

Et non obstat, quod advocatus levem operarum suarum culpam præstat, & non amplius, & tamen fortuitus casus in persona illius contingens illi non nocet, quò minus integrum pretium litis salarii lucretur, l. 1. §. divus ff. de var. & extraordinar. cognition. id enim in advocato speciali quodam jure constitutum sic fuit, de quo late inferius agemus cap. 7. atque ita, quod specialiter illius favore constitutum fuit in damnum illius converti non debuit, ut converteretur, si ob hoc ipsum levissimam operarum suarum culpam præstare deberet, qui ex natura contractus illa excusatur, nec ultra levem tenetur.

33 Quia verò judex qui per imperitiam male judicavit, tenetur; & quidem, quasi ex officio in casu isto, quando non dolose sed impente se habuit, tenetur l. ex maleficijs. §. si judex ff. de obligat. & action. l. final. ff. de var. & extraordinar. cognitionib. princ. instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nascunt. de quo Paris. de

Put. tract. de syndicat. verb. judex male judicans, & verb. licet alias, proximè sequenti late Burg. de Pace in proem. leg. Taur. ex num. 164. cum multis sequentib. Menoch. de arbit. cas. 339. Avil. in capit. prætor. cap. 1. gloss. Fiel, & gloss. A las partes, Ioan. Segura in director. judic. ecclesiastic. fort. 1. part. c. 10. Cardin. Tusch practicar. conclus. iur. tom. 4. conclus. 404. num. 12. cum sequentib. liter. 1. post omnes Lusitan. Caste. in pract. Lusitan. lib. 5. cap. 5. dubitari potest, an, quæ in advocato scriptimus de reddenda ratione culpæ, cui imperitia ascribitur, in judice æque locum habeant, ut ita, non ultra levem præstare, regulariter teneatur: quanvis enim cum ijs inter quos judicat, nullum gerat contractum, ut probat text. in d. princip. instit. de obligat. quæ ex quasi, tamen, inter eum, & communitatem, seu principem a quo judicandi munus suscipit certo constituto salario, negotium utriusque causa gestum esse, apparet, ex quo levis culpæ obligatio venit, ut tradidimus sup. in advocato & alijs inter quos contractus geritur utriusque causa celebratus. Per contrarium vero, quod de levissima etiam culpa teneatur judex qui in munere suo per imperitiam peccavit, illud facit, quod supra tradidimus de advocato qui se offert, atque quasi alijs peritiorum, ac valde peritum proferendo patrocinio se se inculcat, qui etiam de levissima tenetur; sicut & depositarius qui suscipiendo deposito se obtulit, secundum sententiam gloss. magnæ in l. contractus ff. de reg. jur. de qua sup. quod iudicibus convenit qui judicandi muneri se offerunt, & offerentes, idoneos se ad id profitentur, quasi non vulgariter, nec etiam mediocriter, sed valde eruditi in juris civilis disciplina: qua quidem alijs excellere debet, qui ejusdem disciplinæ munere alijs antecellit, cujusmodi est, qui judicandi munus agit, ut quæ advocato desunt ipse suppleat, quod ad officium suum pertinet juxta titul. C. ut quæ desunt advocat. partium iud. suppleat, ubi gloss. verb. & proferre, notat per text. ibi, quod judex supplet de jure.

34 Ex quo colligitur, maiorem in judice, quam in advocato scientiam juris desiderari: cum, quod deest in advocato, supplere: ad illum pertineat, quod nuncupatim probat Bovadill. politic. libr. 1. cap. 6. num. 21. & sequenti tom. 1. Nec scientiam tantum, sed & experientiam debet judex habere, ut tradit Aviles in capit. prætor. d. cap. 1. gloss. fiel num. 9. An verò illiteratus qui rei judiciariæ experientiam habet, ad judicandi munus assumendus potius sit, quam literatus sine experimento, disputat Simancas in director. judic. 1. part. cap. 4. per tot. ubi pro literato sine experimento quæstionem determinat, & bene, juxta tradita per eum ibid. Constat, itaque, eminentem juris scientiam



in iudice requiri, & qui iudicandi officium desiderat, bonum opus desiderat, *juxta illud Iosaphat Regis ad iudices quos constituerat, 2. Paralipom. c. 19. Videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcumque iudicaveritis in vos redundabit; sit timor Domini vobiscum; & cum diligentia cuncta facite;* ubi notandum est, diligentiam in omnibus, iudicibus suis à Rege præceptam; sed eo ipso quod huic se muneri offert aliquis, talem se habere scientiam, asserit, qualis prætenso muneri convenit: idcirco videtur, quod levissimam etiam culpam in eo præstare debeat iudex, & ita sentire videtur, *gl. 1. ultima in princ. instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nascunt.* dum ait, quod, si iudex dubitavit circa legem Fufiam Caniniam, durius punietur, mitius verò si circa *l. Gallus*; error, namque, seu imperitia circa *l. Gallus, ff. de liber. & posthum.* etiam in non vulgariter doctos cadit; unde talis imperitia non levi, sed levissimæ culpæ ascribenda erit, *juxta Bart. doctrinam in l. quod Nervanum. 18. ad fin. ff. de posit. ubi scripsit,* quod si erratur in eo quod communiter sciunt omnes, erit lata culpa, si erratur in eo quod sciunt excellentes artifices, erit levis, si erratur in eo quod sciunt tantum excellentissimi, erit levissima; ad hanc ergo speciem pertinet error circa *d. l. Gallus*, in qua excellentissimi Doctores. Nostri laboraverunt, & multi etiam periculum fecerunt; atque ita, si iudicis imperitia circa illam, aut legem aliam quæ de apicibus juris sit, punibilis est, utique, de levissima culpa cum teneri, fateri cogemur; quod nuncupatim probat *Burgens. d. proam. i. Taur. numer. 171.*

35 Contrarium verò, nempe, non teneri iudicem de levissima culpa tradit *Paris. de Put. d. verb. Index malè iudicans numer. 9.* & quod Nostri ita uno ore scribunt, ex *Bald. inc. 1. §. iudices numer. 1. de pace tenend. in usib. fender. refert Menoch. d. cas. 339. numer. 21. post eum Ioan. Segura in director. indic. ecclesiasticis fori 1. part. c. 10. numer. 9. in fin.* Et in animæ iudicio hanc sententiam secutus *Navar. ab eo citatus cons. 4. de usur. l. b. 5. tenet Villalob. in summ. tract. 3. difficult. 10. numer. 2. ubi ait, quod non est condemnandus iudex, qui errat in juris subtilitatibus, & probat *Burg. d. proam. numer. 173. ubi non tantum à levissima, sed & à levi etiam culpa iudicem excusat in animæ iudicio, & ita communem sententiam esse refert; quam probat, & intelligit numer. sequenti, etiam in casu, quo iudex iudicandi munus petierit, dum tamen juris peritus, & iudicandis causis sit aptus.**

Et tanè sententia ista, amplectenda est, contraria, namque, nimis iudicem mactaret, ex eaque sequeretur, ad iudicandi munus assumi

non debere per principem, aut magistratus penes quos hujus rei potestas residet, nisi qui juris scientiam excellentissimè callerent, quod paucis datum est; atque ita eveniret, ut, cum mensis quidem multa sit, operarij pauci invenirentur; & ideo nec principis, nec maiorum magistratum, quibus creandorum iudicum potestas inest, ea intelligitur esse mens, ut iudicario muneri non præficiantur, nisi qui excellentissimè juris periti sint, sed quod excellentis viri peritia, quæ levem culpam amoveret illorum voto satisfiat. Et non obstat, quod qui se offert muneri, levissimam quoque præstare tenetur, *ut diximus sup. circa advocatum ex Bart. sententia d. l. quod Nervanum. 32.* etenim differentia ratio inter iudicem, & advocatum qui se offert, stat in eo, quod advocatus clientulo se offert directò, & immediatè, atque ideo de levissima illi tenetur, cui se obtulit, & imperitia sua damnum intulit, ut in depositario se offerente dictum est supra ex communis sententia; at verò iudex cum se offert (quod ab illis longe abesse debuit, cum inviti potius non ambientes ad rem publicam assumi debeant, ut dicere solebat *Alex. Sever. Aelio Lataprid. teste in vita illius, quem retulit Segur. d. director. iudic. 1. part. cap. 7. in fin. ubi etiam d. Bernard. lib. 4. ad Eugen. col. 4.* scripsit, non volentes, nec currentes assumi debere, sed cunctantes, & renuentes) non se offert partibus, sed principi, & ijs quibus ab eo eligendi iudicis data est potestas; atque ita iudices non ita arctè tenentur ijs, quibus culpa, imperitia, vel sua nocuerunt, ut etiam levissimam præstare teneantur, quam nec illius promiserunt, nec promoventibus se attenta eorum mente ut sup. perpendimus.

36 Est, & alia in proposito differentia inter iudicem, & advocatum; quia advocatus cum propter culpam tenetur, totum quod illa damnum intulit, retarcire clientulo tenetur; iudex verò non sic in foro externo, sed satisfacit ad arbitrium magistratus cuius de e re notio est, qui aliquando totum retarciri debet, jubebit, aliquando partem, prout a quietate suggerente arbitrabitur, culpæ qualitate inspecta, ad quod pertinet sententia *gl. final in principio instit. de obligation. quæ ex quasi delict. nascunt.* secundum quam iudex propter imperitiam, durius, aut mitius punitur, inspecta, scilicet, decisione juris circa quam erravit, si dubia erat, aut clara. Et differentia ratio inter iudicem, & advocatum est, quia advocati obligatio culpa illius contingens, è contractu descendit qui inter eum, & clientulum intelligitur celebrari præferendo patre, cuius atque ideo damnum culpa sua illatum quam ex natura contractus præstare debet, quod



conque illud sit, ex eodem contractu resarci-  
re debet; at vero iudex pro damno illato ini-  
peritia sua, non tenetur ex contractu, aut  
quali contractu, qui cum litigatoribus co-  
tram se nec contrahit, nec quali contrahere  
censetur; & quia dolo non peccavit, ex  
quali maleficio tenetur, *l. final. ff. de var. &*  
*extraordinar. cognition. & in d. princip. instit.*  
*de obligat. que ex quasi delict.* & quia ex quasi  
delicto tenetur, ordinaria pœna statuta illi  
non est, sed superioris arbitrio punitur, &  
quod solvit loco pœnæ cedit, ut præcitata  
jura probant. Hinc etiam venit, quod si  
eam ob causam cum iudice actum non est,  
in hæredem illius pœnalis actio, seu ut pœ-  
nalis reputata non competit, ut *adversus Lu-*  
*lianum Vlpian. & Iurisconsulti alij magis proba-*  
*verunt l. Iulianus autem ff. de judic.* cum ta-  
men, etsi pro damno culpa illato, cum advo-  
cato actio cœpta non sit, quia non pœnalis, sed  
conventionalis reputatur tanquam ex contra-  
ctu descendens, in hæredes illius competat,  
nec in persona illorum mutatur *l. 2. §. ex his ff.*  
*de verb. obligat. & in rubr. & nigr. C. ut action.*  
*in hered. & contra hered. incip. cum alijs.*

37 Ex supradictis, itaque, apparet advo-  
catum errore suo gravius prægravari, quam  
iudicem. Sed qui in exteriori iudicio sic grava-  
tur, in exteriori iudicio sic gravatur, in interiori  
puto, relevandum ut in illo culpæ causa nõ  
maneat obligatus, etiam si talis sit, quæ obliget  
exteriori juxta supradicta, dum de contraria cli-  
entuli voluntate illi non constet. Moveor quia  
in ferendo pro illo patrocinio, amici officium  
gessit *l. 1. versic. Postulare ff. de postuland.* unde nõ  
temere creditur, noxam culpæ causa sine dolo  
commisitam in eo quod amicè agere intende-  
bat, ab amico libere illi remitti, quando  
nec extrajudicialiter, quod facere illi liberum,  
& facile erat, interpellavit eum. Idque potif-  
imum inspecta qualitate personæ præsumen-  
dum in dubio erit.

38 Sed & in hoc meliorem esse iudicis cõ-  
ditionem ex eo videtur, quia iudex qui per im-  
prudenciam peccat, ex quasi maleficio tenetur,  
quod eo nomine solvere, a superiore magis-  
tratu jubetur, pœnæ loco est, ut dictum est sup.  
probat *tex. in d. l. final. ff. de var. & extraor-*  
*dinar. cognit. & in d. princip. instit. de obligat. que*  
*ex quasi delict.* utrobique in fine ibi, in quantum  
eare aequum religionis iudicantis videbitur, pœ-  
nam sustinebit, quæ verba futuri temporis sũt;  
circo pœnam ferendæ sententiæ important,  
pluribus citatis tradit Tiraq. *in l. si unquam*  
*verb. revertatur num. 39. C. de revocand. donation.*  
ibi de hoc latissimè egit; quo casu ante iudicis  
sententiam in foro animæ pœna non debetur,

ut pro certo ponit Alphons. à Castro *de potest.*  
*leg. pœnal. lib. 2. c. 2. ubi latè prosequitur, & ex cõ-*  
*muni tradit Suar. de legib. lib. 5. c. 6. num. 11* qui  
nimò etiam in pœna latæ sententiæ, seu ipso ju-  
re à lege statuta idem communiter tenetur, ut  
tradit Cov. *de sponsal. 2. part. c. 6. §. 8. num. 10.*  
Navar. *in manual. c. 23. num. 65. in princip.* &  
esse communem inter omnes utriusque juris  
Interpretes, ac Theologos eandem secutus tra-  
dit Azor. *lib. 5. moral. institution. c. 7. post princ.*  
*1. part.*

39 Verum, in casu de quo agimus contra-  
rium est tenendũ quia in illo pœna iudicis pro  
satisfactione damni est, quod culpa sua intulit  
parti, unde, quando culpa talis est, pro qua se-  
cundũ leges huic pœnæ sit obnoxius, quia lex  
iuxta quæ in veritate nititur, ut evenit in ista, de  
qua agimus, in foro quoque animæ locum sibi  
vendicat, eo ipso quo iudex propter damnum  
culpa sua illatum parti læsæ in exteriori judi-  
cio secundum legem tenetur, in interiori quoq̃  
manet obligatus antequam satisfactio damni  
ab illo exigatur, vel in pœna condemnatur,  
quæ loco illius subrogata est. Nec quidem a-  
micitie ratio militat in advocato quia amici of-  
ficium gerit, ex quo voluntatis conjectura pro  
eo oritur ad excusationem illius, quandiu de  
contraria amicæ partis voluntate non constat,  
ut tradidimus, in iudice locum habet.

40 Adde tamè, quòd aliquando iudex qui  
per ignorantiam juris male iudicavit, ita ut le-  
vem in hoc culpam contraxerit, in foro animæ  
de illa non tenetur, quod in eo qui ad iudicandũ  
munus assumptus est invitus, tradidit Petr. de  
Bellapertica *in aurb. h. die. C. de judic. quam re-*  
*fert, & sequitur ibi Cyn.* longe aliter tradens in  
illo qui voluntariè promovetur, sicut hodie in-  
quit, faciunt, de quo ait, quod si propter impe-  
ritiam male iudicat, fortiter peccat; & Paul. de  
Cast. *d. aurb. hodie n. 2. Petr. & Cyn.* relatis  
idem probat ampliaturque in eo, qui etsi volunta-  
rie munus suscipit de partium tamen consensu  
suscipit, ut & is in foro animæ non teneatur  
nisi de dolo, *argum. l. 1. ff. si mensor. fals. mod-*  
*dixer.* quod dicit notandum pro arbitris, & ar-  
bitratoribus partium voluntate electis, ut li-  
tem suam non faciant, si male iudicant, nisi do-  
lo se ita faciant, intelligendus est vero, dolo fa-  
cere, qui lata culpa facit, *juxta tex. quem alle-*  
*gat in d. l. 1. §. hac actio, versic. Lata culpa.*

41 Ultimò pro complemento eorum  
quæ de avvocato qui in culpa fuit, dicta  
sunt, notandum est, eum intra triduum  
errorem suum posse corrigere, secundũ Dyn.  
*tractat. de prescrip. nu. 4. versic. Prescriptio*  
*est ritum dicitur,* ubi hoc ita tradidit per text.



quem allegat, in *l. final. C. de error. advocat.* Apud nos verò postquam acta in iudicio sunt exhibita, non licet advocato quicquam addere, aut corrigere absque iudicis licentia; quam ille tamen semper elargitur, quandiu res est integra, & ita apud nos praxis observat deducta ex *Ordin. lib. 1.*

*titul. 48. §. 14.* Legitimum autem advocati impedimentum justam inducit pro clientulo suo excusationem, & eam ob causam terminus reformatur, ut ex *Federic. de Sen. cons. 114. Super puncto in princip. tradit Tusch. practic. conclusum. jur. tom. 1. conclus. 231. in princip. sub liter. A.*

## C A P. S E X T I.

### S V M M A R I A.

1



*Advocato salarium patrocinij sui justè debetur, & à clientulo exigi potest.*

2

*Advocato an stipendium debeat pro consilio prestato absque presenti studij labore, traditur; & contrariæ opinionones bimestri distinctione concordantur.*

3

*Advocati qua actione, & remedio juris salaria sibi debita petere possint.*

4

*Advocatus gratis pauperi patrocinari tenetur. Idem in iudice traditur, notario, procuratore, & medico, quod gratis pauperibus ministeria sua exhibere teneantur. Et num. 7.*

5

*An advocato in causa pauperis, de publico salarium dandum sit, & de consuetudine aliquarum gentium.*

6

*Pauperi, quando pro eo justæ litis præsumptio adest, præstanda sunt alimenta, atque etiam litis expensæ ab adversario. Non tamen in praxi receptum id est.*

7

*Quando advocatus sub reatu mortalis culpæ gra-*

*tis pauperi patrocinari debeat. Et de copioso apud Deum mercede patrocinantis pauperi abque pecuniario questu.*

8

*Si dives, & pauper advocatum simul conveniant patrocinij ferendi causa, præferendus est pauper.*

9

*Clientulus cui advocatus patrocinium gratis impendit, an præstiti sibi patrocinij salarium ab adversario in causa victo exigere queat.*

10

*Advocatus causam suam per se in iudicio defendens, an patrocinij salarium ab adversario in litis expensis condemnato habere debeat.*

11

*Gratis advocati patrocinio utens in causa quam vicit, salarium illius ab adversario exigere nequit in foro conscientie, nec exactum retinere.*

12

*An clientulus qui salario debito advocatus suus fraudavit, exigere illud possit in calculo expensarum.*

13

*Advocato an totius litis salarium debeat illa finita per amicabilem partium transactionem.*

## C A P. VI.

*De salarijs advocatorum, quòd justè debeantur. Et an à paupere.*

1



**I**NTER alia quæ ad advocatum cum clientulo suo pertinent, præcipua de salario investigatio est; de quo, quia circa multa versatur, longa se offert ad utrumque forum disputatio. Antequam, ut certum, & indubitabile præmittitur advocationis salarium à clientu-

lo justè deberi, ab eoque exigi posse, ut probat *Decian. in Apolog. pro Iurisprudensib. c. 22. titul. de offic. consulens, à num. 152.* & pluribus citatis tradit *Tiraq. de nobilitat. cap. 3. à num. 27. cum sequentib.* & conventum est *nes Iuristæ, & Theologi, probat Scholasticorum Princeps 2. 2. quæst. 71. art. 4. in corpore, ubi idem tradit in medico, opem ferente ad mandu, & alijs similibus personis, dum tamen*



moderatè accipiant, considerata conditione personarum, & negotiorum, & laboris, & consuetudine patriæ. Et etiam salarium non conventum debetur advocato; quod ut speciale in illo, ex communi alijs citatis tradit Maltrill de magistratib. libr. 1. c. 21. num. 101. 1. part. & solo Federic. de Sen. ad hoc citato cons. 218. in princip. versic. Non obstat quod de advocato, tradit Card. Tuschus practicar. conclus. jur. 1. conclus. 230. sub lit. A. Et ad eò quidem advocato patrocinij sui salarium debetur nec valdeus pro domino gratis advocare teneatur, sicut non tenetur per nalia alia ratione cum sumptu, vel etiam sine sumptu, labire nisi ad id ex pacto, aut aliunde sit obligatus, ut tradit Innoc. in cap. sicut 2. num. 2. de iur. jurand. & illo citato, in reg. loquens idem tradit Paris. de Put. de syndicat. verb. potestas num. 3. Et licet, justum consilium vendere, & operas suas, ut per eum ibidem an. preced. de quo D. August. in epist. 54. ad Macedonium, cujus verba sunt in c. non licet. 11. quest. 3. Non licet, inquit, iudici vendere justum consilium, et si liceat advocato, vendere justum patrocinium, & jurisconsulto rectum consilium, idem debetur in cap. non sane 14. quest. 5.

2. Scripsit tamen gloss. d. c. non licet, quod sine labore advocatus potest dare consilium non revolvendo libros, nec lab rando in perlegendis allegationibus, tunc gratis tenetur obvenire; sed Specul. lib. 1. de salarijs, titul. de salario advocatorum, num. 1. contrarium magis probat, idque constanter affirmat Ioan. An. in addition. ad eum ibid. verb. labore, quem tenet, & indubitanter sequitur Caccialup. de advocat. quest. 1. num. 8. & post alios ab eo citatos Tiraq. de nobilitat. c. 29. num. 32. & sequentes Petr. Rebuf. de privileg. scholar. privileg. 46. & referunt Archid. in d. cap. non licet, & Specul. ibi citato tenentes contra gloss. contra quam tenentur Didac. Perez in l. 2. titul. 19. lib. 2. Or. in versicul. Advocatus præterea non debet à consulis suis, prope fin. Suar. de Paz in praxi consulat. 5. num. 49. Azeved. l. 21. numer. 6. in l. 16. lib. 2. nov. recopilat. Decian. d. titul. de iur. consulentijs num. final. ubi alios citat tenentes contra gloss. contra quam, inquit, communem sententiam stare, & post eos Bovadill. in l. 3. cap. 14. num. 68. tom. 1. ubi gloss. communiter esse reprobata, asseruit; contra quam tenent etiam Cened. ad decreta collectan. 28. num. 20. Stephan. Gratian. in l. 1. forens. c. 39. num. 16. & sequentijs in l. 1. & his relatis Emman. Barbof. ad Ord. in l. 1. lib. 1. titul. 48. §. 27. num. 6. & ultra in Cald. in relecton. l. unic. C. ex delict. de iur. 5. part. num. 28. verba autem Ioan. An. hæc sunt, ibi, Ex hac ratione ratione sequitur,

quod ego, qui ultra quinquaginta annos laboravi in studio, per quod cum medico nunc labore studij præsentis quærentem expedito, ero deterioris conditionis, quam qui parum laboravit in studio, & modicum profectus, habet nunc, ut respondeat, laborare. Quare constanter dico, in his non solum præsentis, sed & præteriti laboris rationem habendam.

Mihi videtur, quod utraque opinio distinctione concordetur, ut, scilicet, glossæ opinio locum habeat, quando continuum quod à juris perito petitur, secundum subjectam illius materiam tale est, ut sola ratione naturali, semota etiam civilis juris disciplina, a quoquam etiam illiterato comparari possit, videlicet, si quæret rusticus, rem suam quam alteri commodavit, in iudicio repetere possit ab eo, aut ab hæredibus illius, item si duobus, aut tribus testibus contractum probare possit, & sic de alijs, quæ absque ullo unquam juris studio, nec præterito, nec præterenti, etiã illiteratis innotescunt; de his enim consultus advocatus gratis respondere tenebitur, non magis, quam si à forensi interrogaretur de loco iudicij, aut de iudicis domo. Contraria verò opinio procedat, quando consilium tale est, quod et si præterens studium pro responsione non requirat, præteritum tamen pro materia sua requirit, quia absque juris studio comparari non potuisset; in hoc enim casu rectum consilium vendere, licebit advocato, quavis de præterenti, quia in promptu habet, propositam quæstionem decidendam, cum ille antea ad discendo perlegerat, sumptusque fecerat, & magnopere laboraret propter quod gratis consulere non tenetur, imò salarium ei debet elargiri, licet nullus in contulendo labor insit, quia sufficit antractus labor, & studiorum sumptus, & ita potest procedere prima opinio, licet illam ut magis communem omnes indistincte admittant, & ultra supra relatos eandem opinionem tenuit Archidiacon. & omnes in d. cap. non licet, Francisc. de Imol. in cap. cum ab omni num. 17. de vit. & honest. Cleric. Ann. in rubr. de Magistr. numer. 28. las. in §. sed ista quidem num. 113. Inst. de action. & etiam apud Theologos admittitur, ex Antonin. 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 4. Soto de Iust. & iur. lib. 5. quest. 8. art. 4. pro quibus ex text. in cap. sane. 14. quest. 5. cap. 1. §. nec etiam de foro competit. lib. 6. leg. sumptus ff. de pact. l. 1. §. in honorarijs, ff. de var. & extrordin. cogni. leg. ante C. de suffrag. D. Thom. 2. 2. quest. 71. art. 4. Navar. in Manual. c. 25. n. 20. Quod in advocatis Ecclesiæ, & Reip. similiter locum obtinet, gloss. ubi. & ille Abb. in c. brevis d. iur. iur. Menoc. n. 2. de arb. casu 494. n. 8.

3. Advocati quæ actione, & quoquo juris remedio possint sibi debitum salarium in iudicio



ditio consequi. Distingue, quando inter advocatum convenit, & Clientulum de certo salario, pro causæ, & litis defensione, & patrocinio præstando, tunc enim vel poterit intentare actionem extra stipulatum, ex textu in l. salarium. juncta gloss. ff. mandat. l. 1. C. eod. titul. vel extraordinarium juris remedium implorato judicis officio ad mercedem solvendam, & promissum sibi salarium condonandum, ut in l. 1. §. in honorariis ff. de varijs, & extraord. cognit. Si vero nulla interfuit conventio pro salario effundendo: tunc eadem actio extraordinaria competit, de qua in d. leg. 1. §. in honorariis, & in §. medicorum leg. ambitiosa §. ad idem ff. de decur. ab ordin. facienda. vel etiam propter operas quas advocatus exhibuit in causæ defensione, conducti actio potuit competere, cum sit actio quæ propter laborem assiduum quo perpensi advocati Clientuli sui partes gerunt laboris actio dicatur, leg. sed addes §. fin. ff. locat. juncta l. qui operas ff. eodem tit. Rotagen. decis. 155. per totam, vel etiam negotij gesti contraria actione poterit experiri, argum. leg. 2. ff. de neg. gest. & eorum que Cujac. observat. lib. 11. c. 9. Rebuf. de except. n. 606. Petrus Gregor. Synagmat. juris. lib. 29. c. 2. n. 6.

Ultra quæ existimarem non inutiliter posse intentari actio de dolo pro salario consequendo, quia cum in hoc casu potius resultet innominatus contractus, facio ut des, in tali contractu tantum de dolo actio competit lex l. naturalis. §. quod si faciem ff. de præscript. verbor. non enim dolo caret clientulus qui solvere recuset advocato justam mercedem, & debitum salarium præstationis suæ, & post lectatum implementum ex parte tua faciunt, qua Cujac. lib. 2. observet. cap. 18. Caldetr. libr. 4. variar. cap. 1. num. 5. Fab. lib. 16. conjectura. 18. & decad. 18. err. 6. Gaspar ad eundem Fabrum lib. 1. tract. 25. quæst. 6. & 7.

4 Advocati, pauperibus inopia, quæ laborantibus gratis patrocinium præstare debet, notavit Bald. per textum ibi in l. si furiosi. C. de nupt. & in Auth. generaliter colum. 5. C. de episcop. & cleric. l. in §. sed ista quidem num. 55. Inst. de actionib. ubi num. 16. idem ampliet ad notarium, ut non recipiat salarium quando instrumentum facit de aliquo actu, vel contractu pauperis sequitur Roman. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimon. pro quibus est text. in l. tam de mensis. C. de episc. Audientia ubi gloss. finalis eandem opinionem admittit Covarr. prædicarum quæst. cap. 16. à num. 2. & lib. 3. variar. cap. 14. num. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 369 num. 2. Mysinger. centur. 3. observat. 32. & jam antea cautum erat, ut causarum patroni sine mercede, aut muneribus casus adessent, ut

scripsit Alexand. ab Alexand. lib. 3. dierum Genial. cap. 5. ita à Nerone constitutum fuit quia advocations officium publicum est, & ob causam adinventum, ut ijs succurratur quæ jus suum tueri & causam dicere ignorant, item quia ut inquit Bald. in d. l. si furiosi C. de nupt. num. 4. paupertas est magna afflictio, & afflictio non est danda afflictio, & ita advocati, & notarii in causis pauperum non debent ullam recipere mercedem, Authent. de prædicib. §. ne autem col. Authent. de mandat. princip. §. sit tibi quoque tertium studium col.

5 Licet dubium sit an in causa pauperis salarium præstandum sit advocato de publico & secundum jus commune ita constitutum esse, ut de publico advocato salarium largiretur propter causam pauperis quam egit, & defensionem de quo potius contulere infra citatos Decretales hodie vero jam in desuetudinem abiit constitutio hæc, ut de jure Regio nullum salarium de publico advocato præstetur pauperis causa moderanti, sed ex ipsius sumptibus ei satisfaciendum sit, & de suo solvat, illo vero sic; expedit ut qui de suo solvere possunt litis expensas de suo solvant ut carum saltem timore ab impetitis litibus homines cohibeantur & finem litibus extra de dolo, & contumac. leg. cum quem timere de jud. cum alijs, de quibus Beninc. d. specialia 24. At verò qui non habet unde solvat & bene & illo indiget pro causa agenda, aut defensionem; & ideo utrumque Princeps dare debet tunc necessarium antecedens ad justitiam pauperi administrandam, quod illius muneris est, extra de dolo, & contumac. leg. cum quem timere de jud. cum alijs, de quibus Beninc. d. specialia 24.

6 Apud nos tamen, ut dixi, in usu non est ut salaria de publico dentur advocatis pro patrocinio terendo pauperibus. Aliquando tamen litis expensæ, atque etiam alimenta à litigatore pauperi præstantur dum litis ipsa peditur, quando, scilicet, justæ causæ pro paupere præsumptio adest secundum specul. lib. 4. tit. de litigatore §. ult. n. 2. argumento text. in l. final. C. ordin. cognit. n. 1. si instituta §. de inofficijs §. inofficios. testament. cum alijs ab eo ibidem citatis jus dictum sanctum vocat Rip. in l. 2. nu. 4. ff. de judic. sequitur Felin. inc. si quis testam. n. 9. §. scilicet. secundus casus. de testib. qui bona præsumptionis pro paupere exemplum: ad hæc pertinet in sententia pro eo lata à qua est appellatum eandem opinionem ut de jure verâ præbat Ceter. procl. c. 6. n. 5. sequitur Guid. pep. 9. 561. ab eo & servandâ fore scripsit, ubi, perpendente statuto, & causæ, constaret aliqua non levis præsumptio pro jure actionis pauperis, tamen si fatetur nunquam illam in praxi receptâ vidisse. qui eum ipsum asseverat Boer. ab eo non relat. de 202. colum. 2. numer. 4. & in fine de lasc. cons. 1. numer. 9. tomo 1. qui prædicat



sententiam non probat ibid. in versicul. Nec existi-  
mo praterquam in casu d. l. si instituta §. de iustifi-  
catis, & alias consulit, quod Rex ad eatur, sub:  
dens, quod aliquando vidit impetratum, Surd.  
verò tract. de aliment. tit. 1. quæst. 120. quæstio-  
nem pro utraque parte disputat, & in illa affir-  
mativam probat sententiam multis pro ea ad-  
ductis ex nuxer. 7. cum sequentibus, novissime se-  
quitur Lusitanus noster Mendes à Castro, præ-  
cipue quando lis est inter eos, quibus alias de  
nature naturæ alimenta debentur, & pro actio ad  
est aliqua præsumptio iustitiæ, in praxi Lusitani  
lib. 1. cap. 4. num. 1. ubi senatum nostrum sic  
recrevisse, testatur, refertque, apud alios idem  
servari. Sed tamen Surd. loco citato numer. 14.  
prædictam sententiam succincte loquens mul-  
tam restringit ad casum, scilicet, quo pauper  
peteret, vel universam hæreditatem, vel ma-  
jorem partem, secus inquit, si personali actio-  
ne experiretur pro aliquo suo credito, vel pro  
aliqua re singulari, quam prætendat suam, ca-  
terum, & in his casibus cum pro paupere iustæ  
præsumptio adest, urgent fundamenta per  
eundem adducta pro priori sententia.

7 Quia verò, nec semper, nec secure, pau-  
peri litiganti subvenitur prædicta sententia  
præsertim, quod quicquid de jure sit, in praxi  
non est recepta, ut supra citati Doctor. at-  
tendantur, non potest illa advocatus excusari à  
gratuito patrocinio in causa pauperis qui non  
habet unde litis expensas solvat. Quare, juxta  
communem sententiam, quam supra retuli-  
mus, præstandum gratis ab illo erit, quod ex  
D. Thom. d. quæst. 71. art. 1. in corpore, intelligit  
Caietan. ibidem, cum pauper patrocinio tali,  
pro se alendo extremè eget, & explicat Co-  
r. d. d. cap. 6. num. 4. subdit vero d. d. num. 4.  
quod & gravis necessitas litigantis, &  
advocati possibilitas ad hoc eum obligant sub  
gradu mortalis culpæ, secundum Sylvestr. verb.  
advocatus, quæst. 28. & Sol. optimè explicantem,  
de iust. & jure libro 5. quæst. 5. artic. 1. ab eo re-  
lati, idem tenet Bartholom. de Medina in ins-  
tit. confessor. cap. 16. §. 4. in fin. Emman. Ro-  
sig. in summ. 1. part. cap. 4. conclus. 6. novissi-  
me Pedro de Ledesma in summa 2. part. tract.  
cap. 26. conclus. 1. ubi in versicul. Digo te segun-  
ta, nedum in extrema, & gravi, sed in com-  
muni etiam pauperis necessitate, idem probat  
etiam communis Thomistarum sententia contra  
Caietanum. Quod verò in advocatione D. Thom.  
docuit, in medico æquè tradidit ibidem ad  
pauperum curationem; & in similibus alijs ob-  
servandum idem erit. Et hæc quidem senten-  
tia tenenda omnino est, ut vera communis, &  
quam qui amplectitur, & opere complet,  
& si nullam à paupere, cui laborem suum im-  
pendit, mercedem recipiat, copiosam tamen à

patre pauperum sperare confidenter, ac meri-  
to debet, juxta illud Proverb. 19. Feneratur  
Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem  
suam reddet ei. Nec quidem alterius, quam  
ipsius Domini verbum illud est: Amen dico vo-  
bis, quandiu feceritis uni ex his fratribus meis mini-  
mum, mihi feceritis. Matth. 25. Igitur non pigeat,  
pauperem patrocinio, & proprio labore gratis  
juvare, quando, quod illi sit, acceptum sibi re-  
fert, qui centuplum reddit; & ideo, non ex  
tristitia, aut ex necessitate causam pauperis a-  
gat, quia sine pecuniario salario agit, id est, non  
inventus, ac judicis jessu impulsus, sed gaudens  
Dei spiritu ductus; Hilarem enim datorem diligit  
Deus, 2. ad Corinth. c. 9. & ad Roman. 12. Qui  
miseretur in hilaritate.

8 Stante autem prædicta sententia venit,  
quod, si patrocinij præstandi causa advocatum  
convenientiam simul dives solvere paratus, & pau-  
per extremè indigens qui non habet unde sol-  
vat, dimisso divite pauperem sub patrocinio suo  
suscipere tenebitur; tum, quia cyres ab uno re-  
pulsus facile alium inveniet, qui suscipiat, aut  
etiam multis inveniet se illi offerentes, pauper  
verò non habet sublevante in se; tum, quia ad-  
vocatus uno vinculo tenetur diviti patrocinium  
illius efflagitanti, quod ad jus civile pertinet,  
quia, scilicet, publicum officium gerit, ut sup.  
cap. præcedente tradidimus, at verò pauperi  
& hoc, & arctiori etiam vinculo alio obstrictus  
est, quod ad naturale jus pertinet, secundum  
quod extremè indigentibus subvenire tene-  
mur; & duo vincula fortius ligant, quam u-  
num, præterquam quod hoc, ultimum legiti-  
mam præbet excusationis causam ad divitem  
dimittendum. Hoc autem accipiendum sem-  
per sic est, quando utriusque causa iusta appa-  
ret secundum ea quæ ab unoquoque propo-  
nuntur, si enim causa alterius eorum injusta ap-  
pareat, etiam si pauperrimus ille sit, dimitten-  
dus erit admisso divite, juxta illud Exod. 23.  
Pauperis quoque non misereberis in iudicio, & Le-  
vit. 19. Non consideres personam pauperis, nec honores  
vultum potèris: iuste iudica proximo tuo.

9 Cum autem pauperi patrocinium gratis  
sit impendendum, juxta prædictam sententi-  
am, si casus victor pauper ipse evadat, dubium  
erit an salarium, quod alias, patrono solvendū  
erat, ab adversario cum alijs litis expensis, qui-  
bus est multatus, exigere possit. Quam quæ-  
tionem discutat late Cueva decis. Aragon. 10. a  
num. 4. cum multis sequentibus, tom. 1. ubi variè  
distinguit, & subdistinguit, & pulcherrimam  
vocat Beninc. tract. de paup. quæst. 7. specia-  
li in iudic. ubi ex num. 20. cum sequentibus duas ad-  
ducit in illa sententias, ac tandem num. 28. cō-  
munem Doctor. resolutionem, qui distin-  
guunt inter eum, qui gratis clientulo suo patro-  
cinatur



cinatur animo donandi, & illum qui remunerandi præteriti beneficii, aut futuri animo, & causa, patrociniij sui salarium non recipit, ut primo casu victor à victo patrociniij præstiti salarium repetere non possit, secundo verò sic; & ita distinguit *Specul. lib. 2. titul. de expens. §. fin. num. 8. Rot. decis. 535. alias 38. sub titulo de sentent. & re iudicat. in antiquis, & rursus decis. 5. titul. de procuratorib. num. 2.* & omnes communiter, tam juris civilis, quam pontificij Doctores, secundum Boer. qui illos retulit, & secutus est *decis. 210. num. final.*

10 Ex qua communi sententia, & resolutione infertur, advocatum qui per se ipsum suam propriam causam defendit, patrociniij sui salarium ab adversario in expensis condemnato habere non posse; quod in terminis probavit *Rot. in antiquis decis. 41. alias 533. & tenent Bart. & alij in l. stipulatus ff. de fidejussor. Bald. in l. fin. numer. penult. C. de fruct. & lit. expens. ubi glos. verb. cum quidam,* quam ad hoc communiter inducunt *Doctores. secundum Gail lib. 1. observat. 151. num. 16. Canonistæ in c. finem litibus de dolo, & contum. & pluribus citatis communem tradit, & sequitur Cueva d. decis. 14. num. 1. cum duobus sequentibus, Boer. d. decis. 210 num. 3. ubi ex communi sententia limitat in advocatione, qui causam propriam conduxit, petente postulationis suæ salarium tanquam interesse, & damnum, quia in alijs causis non potuit interesse, & ita pluribus citatis tradit *Bovadilla in polit. lib. 5. cap. 2. numer. 104. tom. 2. Pet. Barbot. in l. eum qui temere, in princip. num. 261. ff. de iudic. atque eo, & alijs citatis, Eman. Barbof. ad Ord. Reg. lib. 1. tituli 48. §. 27. num. 91. & rursus tit. 91. num. 4. eod. lib. Quod nec in casu isto probat Baldus d. l. final. nu. penult. ex eo, quia tale damnum, litis damnum non est; cui respondet Gail. d. observat. 151. num. 18. Apud nos vero hoc in usu non est, sed advocatio in propria sua causa coram iudice, & in actis postulanti consueta aliàs salaria taxantur, illaque ab adversario victo recipit: fortassis praxis hæc inde fluit, quia in hoc Regno advocatus alium constituit, qui in causa propria pro se postulet; cui hujus rei causa acta processus exhibentur; atque ita constitutus ab eo advocati nomen geret in causa, quanvis is ad quem illa pertinet, in actis scribat, ac pro se coram iudice postulet, quod illi non prohibetur. Nec sane credo, quod praxis ista, undecunque illa effluerit, aliena sit à jure, cum aliàs stante communi prædicta sententia, qui injustam movit, sustinuitve litem, unde meruit in expensis condemnati, commodum reportaret ex justo labore vincens, laborque ipse, qui pecunia æstimabilis est, sine mercede maneret; diversaque est ratio in casu isto, ac in illo,**

in quo litigator gratuitum habuit advocatum, in illo enim qui vicit, nec de suo expendit pro patrociniio sibi præstito, ut proponitur, nec in præstando laborem impendit, unde nulla tibi best causa, qua taxatum aliàs patrono salarium quasi litis expensas exigere sibi ab adversario possit; quod in advocatione propriam causam agitante longè aliter se habet, qui, etsi de suo non expendat, pro patrociniio litis, suum tamen in illud laborem impendit, qui quasi litis expensa à se facta, justam exigendi justum salarium causam præbet, quod ut jure verius probat *Valasc. noster cons. 25. num. penult. tom. 1. ubi in sequenti,* subdit quod in hoc Regno sumus extra dubium propositæ quæstionis, propterea quod advocatus per se causam propriam non defendit, sed per alium id exequi jubetur. Quod tamen cautè est accipiendum, ne, dum hac ratione præsentis casus dubium evitamus, in præcedentem incidamus, quo patrociniij salarium inter litis expensas non numeratur, quando gratuito illud præstatur; quod inter muneris istius consocios, collegas qui urbanè fieri consuevit.

11 Infertur secundo, eum qui gratuito advocati patrociniio in causa quam vicit fructus est, salarium advocato taxatum, in foro animæ ab adversario in expensis condemnato exigere non posse, nec exactum, quia forte ille de hoc ignatus non excepit, posse retinere; cum enim illud expensarum condemnatione non comprehendatur, quia à victore expensum non fuit, nec idcirco illi debeat, juxta communitatem sententiam, virtute rei judicatæ exigere non quit, nec retinere, quod judicatum illi re vera non extat. Quod si dicatur, victorem maiora alia detrimenta pati in ipsa injustæ litigationis prosecutione, ideo advocati salarium in casu prædicto aliàs sibi non debitum, exigere, & retinere posse; respondeo, hoc causam compensationis respicere, qua uti quisque potest in animæ iudicio servatis servandis; atque idcirco, non magis præsentem casum id exonerare, quam si ab adversario, qui centum dare damnatus est plus exigere virtute rei judicatæ, quia fortè in illum latuit legitimæ compensationis intuitu.

12 Maior dubitatio est, an etiam locum hoc habeat quando advocato salarium solutum non fuit non quia gratis patrociniatus est, sed quia clientulus ingratus; post causæ victoriam adeptam salario debito, & in progressu litis aliter se veranter, prout moris est, promisso fraudavit eum, quod non pauci faciunt inique, & cum animæ suæ detrimento non parvo, & si id parvi pendentes, in hoc ergo casu videtur dicendum idem, quod in præcedente, & multo magis, quia debitum salarium non solvens, quod



Solutum ab adversario repetit, dolose sic erga utrumque agens. Sed contrarium est tenendum in calu isto, quia in eo advocatus gratuito non est patrociniatus, sed solvendi sibi salarii animo, & spe, cui clientulus utroque foro manet obligatus, atque ideo exigere sibi potest ab adversario in expensis condemnato, tanquam sibi ipsarum expensarum calculo ad judicatum; quod enim patrono non solvit, a solvendo eum non liberat; denique secundum communem antidotalis obligatio clientulo erga advocatum sufficit, ut salarium quod illi non solvit a condemnato repetere possit, multo magis ergo operari hoc debet ex mente communis, civilis, & naturalis obligatio qua pro salario quod non solvit, manet obligatus patrono, & conveniri ab eo potest.

13 Adeo autem salarium causidico debetur, ut si lis per amicabilem partium compositionem finem accipiat, nihilominus totius litis salarium, illi debeatur, quod in iudice loquens tradit Iason. in §. tripli num. 58 instit. de iur. iur. & in salario advocato promissio in eventum litis cum causae victoria, tenet gloss. final. in l. unsc. C. de suffrag. ubi quaestionem subbatinam dicit, & Alberic. ibi num. 3. varias in illa Antiquorum sententias refert, nullam firmans, idem tenet gloss. in l. final. verb. ex eventu ff. mandat. per tex. ibi. quam notabilem vocat, & sequitur Guid. Pap. quest. 102. incipit licet, ubi iuxta finem ait, quod ista est communis opinio ex speculat. titul. de salarijs. §. sequitur de advocatorum salario, versicul. sed pone; quo in loco speculat. quaestionem ponit in eo qui advocato centum dare promisit, si vinceret in causa, si non vinceret, quinquaginta, & postea

cum adversario transegit; & quaestionem ibi num. 7. & 8. ad utramque partem disputat, & pro glossae sententia Antiquos non nullos allegat, & inter illos praecceptorem suum, quem dominum suum vocat: ipse vero d. numer. 8. in fine concordando opiniones distinguit inter transactionem a clientulo factam in fraudem promissi, & transactionem bona fide factam, ut quia lis erat dubia, ut primo casu totum consequatur patronus, secundo vero non totum, sed pro rata servitij quod praestitit habita facultatis suae consideratione nisi aliud inter eos actum fuerit; atque ita fraude non interveniente a glossa. & communi discedit; quam alios referens, & loquens simpliciter in advocati salario probat Beninc. tract. de paupert. & ejus privileg. quest. 7. special. 1. in iudic. num. 6. Bovadill in polit. lib. 3. cap. 14. num. 63. versicul. Però seguramente, tom. 2. Gratian. disceptation. Forens. cap. 55. num. 16. tom. 1. & alijs citatis, Barbosa. ad Ord. Reg. lib. 1. titul. 91. num. 5. Cujus sententiae ratio communiter assignatur, quia transactione facta, non stat per advocatum, quominus caeptam sub patrocinio suo litem perficeret, ideo totius litis salarium debet habere; ad quod bonus tex. in l. qui operas in fin. ff. locat. l. final. juncta glossa ibi C. de conduct. ob caus. & communis sententia cum glossa magna ibi in l. si uno §. item cum quidam ff. locat. ubi in versicul. cum autem quis operas, Azon. sententiam securam tradit. quod is qui operas suas alteri locavit, quando non stat per eum quominus illas praestet, sed per conductorem, totius temporis mercedem habere debet, in quo glossa illa communiter recipitur.

## C A P. VII.

### S V M M A R I A.



1 **I**ncivitate operiarum impedito quominus eas praestare possit propter fortuitum casum in persona ipsius contingentem, mercedem illarum non lucratur.

Fallit in advocato, & specialibus ratio a Bart. assignata traditur. Aliam vid. n. 14.

3 **P**raef. Elis, & magistratibus magnis, quibus salaria propter dignitatem principaliter sunt constituta, si moriantur ante finitum officij tempus, totius temporis salaria debentur, secundum Bart.

communiter receptum.

4 **C**ontraria aliorum opinio refertur, secundum quam mortuo advocato intra annum pro quo salarius erat, residuus temporis salarium non dum solutum, haereditibus illius non debetur.

5 **Q**uod Bart. sententiam Doctor. communiter sequuntur, refertur.

6 **A**liquorum rationes referuntur ad communem sententiam, secundum quam, mortuo advocato, at alias impedito, totius litis salarium debetur.

7 **C**onfutantur rationes specialitatis ad lucrandum salarium mortuo advocato, ab alijs assignatae, & numero 8.



- 9 Jurisconsultis fas non erat à receptis juris traditionibus deviare, sed cum id æquitas exigebat, principem litigatores adibant.
- 11 Jurisconsultorum responsa quæ Imperatorum rescriptis nituntur, ut æquitate suadente contra ordinarias juris traditiones prolatas accipi debent; sed hoc non semper, & num. 11.
- 11 In his quæ sunt communia pluribus, ut singulis, non sufficit secundum ordinarias juris regulas consensus maioris, ad aliorum præjudicium. Et intelligitur l. maiorem ff. de pact.
- 12 Operarum locator, totius temporis mercedem lucratur, si per eum non steterit quominus eas præstaret, secundum ordinarias juris traditiones.
- 13 Declaratur, si per eum non steterit propter casum contingentem in persona conductoris, intellecta l. qui operas ff. locat.
- 14 Contingente casu in persona advocati, per eum

non stetisse, dicitur, quominus operas præstaret, ut totius litis lucratur salarium; & specialiter ratio assignatur ad intellectum l. 1. §. divus ff. de var. & extraord. cognitio.

- 15 Advocatus morte præventus ante captum negotium, & præsitum consilium ad illud, non lucratur salarium, tamen si fidem præstet de iudicio clientulo astrinxisset.
- 16 Advocatus annuo stipendio conductus, ante finem annum moriens residui temporis stipendium non lucratur, & contra communem. Et intelligitur l. post duos C. de advocat. diversor. judicior.
- 17 Magistratus, Decretes ad legendum conductus, & alij similes, anni quo moriuntur salarium non acquirunt, nisi prorata temporis quominus præstiterunt. Contra communem.

## C A P. VII.

*An mortuo advocato, aut aliàs in persona sua impedito, totius litis salarium debetur, aut anni totius quando promittitur annuum.*



Aior verò dubitatio est, an probandum idem sit, quod in casu proximè præcedente, fortuito casu contingente in ipsius advocati persona, ex quo captæ aduocationis operam perficere non valeat. Et

quod idem glossa magna in l. si uno §. item cum quidam ff. locat. Azon. secuta prope finem, versicul. vel dic quod est verius, loquens generaliter in locatione operarum, vel rei, & operarum simul, tradit, quod & in persona locatoris ipsius fortuito casu contingente unde locatas operas præstare non valeat, integram nihilominus mercedem consequi possit; & hac sententia stante facilis est responsio pro advocato impedito. Cæterum, contra glossam in casu illo tenet Bart. per tex. ibi in d. §. item cum quidam col. 3. num. 5. & in l. 1. §. divus num. 2. ff. de var. & extraord. cognit. & glossa opinio communiter reprobat in casu isto, de quo scripsimus in l. ex hoc jure verb. locationes num. 68. ff. de just. & jur.

2 Atque ita ex glossa sententia, quia communiter est reprobat, pro advocato in persona sua fortuito impedito responderi non potest. Tenendum tamen est, quod illo mortuo, aut aliàs impedito, solum ante eum salarium pro tota lite, aut toto anno, ab eo, aut ab hæredibus illius condici nequit, & de hoc non est dubium ut dixit Alberic. in l. unic. num. 4. C. de suffrag. per tex. in d. l. 1. §. divus, ubi est ex-

pressus casus, sed & non dum solum per posse, sentit Alberic. d. num. 4. argument. tenet in l. post duos C. de advocat. diversor. judicior. ubi hoc tenet glossa. sequitur Alberic. ibi, ubi glossas alias concordantes allegat, idem tenet Specul. tit. de salarij §. sequitur de advocatorum salarij versicul. Quid si advocatus num. 9. Bart. d. §. cum quidam num. 5. versicul. ut tamen, ubi tamen contra glossam hoc speciali advocatorum privilegio non attribuit, sed alia ratione defendit, præcedens; salarium debitum ex dispositione legalis vel ex dispositione contrahentium, quæ procedit in locum dispositionis legalis ut est, inquit salarium quod debetur advocatis, vel per testatibus, & illis, qui assumuntur ad ista officia publica, exigere posse, & retineri, & si casus contingat in persona illorum quibus debetur, qua ratione id ipsum nemine citato præbat Gal. lib. 1. observat. 44. num. 12. secundum Bart. hanc rationem procedit decisio d. §. divus, ubi Bart. id ipsum tradit numer. 1. rationem assignat, quia tunc tanquam in beneficio legis plenè fit interpretatio, sed latius deinceps magistratus materiam istam tractat in d. §. divus ubi ubi tradit, salarium advocato assignari, & decerni ad legendum conducto, non præstari propter laborem tantum, nec tantum propter prohibitatem scientiæ, vel intellectus, sed propter utrumque simul, & idcirco resolvitur d. col. 3. num. 3. quod talibus, ac similibus personis integrum debetur salarium, sive effectum unum pro certa causa determinatum, in d. l. 1.



1. §. *divus*, five annuum: nam totius anni, in quo moritur, salarium lucrabitur, ut in *l. post deo versicul. his quoque C. de advocat. arverfor. iudicior.* quod in assessore loquens probat Iacob de Nigris in repetitione *l. diem functo num. 22. in princip. ff. de offic. assessor.* & est communis secundum Carol. tract. de locat. 2. part. tit. de offic. assessor. num. 3. & in advocato infirmitate impedito, quod & nondum solutum salarium exigere possit, tenet Gutierrez *practicar. lib. 1. quest. 22. in fin.* idemque in magistratibus loquens tradit Mastrill. *alij citatis, tract. de magistrat lib. 1. c. 21. num. 99. 1. part.* & in advocato quod salarii anni quo moritur, ad hæredes transmittat, Barbol. *ad leg. Reg. lib. 1. tit. 91. num. final ubi alios refert.* loque tam in publico salario advocati, quam in privato, ut commune ex *l. f. Curt. in l. diem defuncto num. 52. ff. de off. assessor. tradit Eman. Soar. in thesaur. recep. sentent. verb. Advocatus num. 102. & verb. Mutni advocati num. 237.* ubi num. sequentibus. ex communi sententia idem tradit in prætoribus, Doctõribus ad profitendum conducendis & medicis intra annum præmortuis. Et pro ratione addit Bart. quia, cum prædictum salarii partem beneficii loco sit, partim propter laborem debeatur, plenior in eo fit interpretatio.

3. Diversum tradit in ijs, quæ propter dignitatem principaliter præstantur non habita ratione laboris, ut in præfectis, & domesticis Principis, in quibus tradit, quod tanquam in beneficijs principum plenissima fit interpretatio *l. fin. ff. de constit. princip.* & ideo huiusmodi personæ, & magistratus magni, totius temporis salaria lucrantur, non solum illius anni, quo moriuntur, quando talibus muneribus obediunt, certum annorum tempus præfinitur, ut in legibus per eum citatis *d. col. 3. num. 9.* ubi etiam casum addit, in quo hæredi unius anni salarii præstatur ultra salarii anni quo moritur officialis defunctus, qui est casus *l. final. C. de domest. & projector. lib. 12. ubi glosa hoc esse mirum dixit, ejus meminit Gregor. Tholo. in Synagmat. jur. lib. 27. c. 2. num. 9. in fin.* quam Bart. sententiam sequuntur communiter Doctõr. Cabed. *noster decis. 8. ex num. 12. cum sequentibus. tom. 1.* ubi late agit de salarijs potestatum, qui moriuntur ante tempus officij finitum, & totius temporis salaria illis deberi, probat, non tamen ex ratione Bart. sed quia per eos non steterit, quominus locatas operas restitissent, sic enim regulam proponit *d. num. 12.* ex qua in sequentibus ad salaria dicta refert, in quibus idem tradit Lusitanus Carol. qui alios refert, in praxi *verb. salarii num. 5. & pluribus citatis Mastrill. num. 48. cum duobus sequentibus.* subdit tamen, quod hoc non ser-

vatur in Regno Siciliae, nec in pluribus locis, & Bart. sententiam accipit in supremo magistratu *num. 49.*

4. Alij verò in contraria sunt sententia, quos refert Cabed. *d. decis. 8. numer. 9. in fin.* ut nempe, potestate vita functo, residui temporis salarii non debeatur hæredibus illius. Quorum sententiam satis probabiliter posse defendi, scripsit Fulgos. *in l. diem functo numer. 6. ff. de officio assessor.* & speciale esse, aiunt, in fidei patrono, ut anni, quo moritur integrum debeatur salarii, *d. l. post duos, versic. his quoque C. de advocat. arverfor. iudicior.* adduntque, in *d. §. divus*, soluti salarii repetitionem denegari, quod facilius erat, quam ad nondum solutum petendum actionem concedere, quasi hæc non daretur, nec extra illo competeret pro residui temporis salarii, mortuo advocato.

5. Cæterum Bart. sententiam in *d. §. divus* quam & tenuit in potestate vita functo in *d. l. diem functo num. 1. & 7.* licet dixerit; quod lex illa nihil faciat ad quæstionem illam, quia loquitur, quando morituris, qui salarii dare debebat, præfatam inquam Bart. sententiam, quam etiam tenuit *glossa magna in d. §. divus & in d. l. diem functo verb. præstium, sequitur communiter Doctõres utrobique, & in d. §. item eum, quidam, ut testatur Ioan. Baptistam secutus d. l. diem functo, quest. 10. num. 22. late Bolognet ibi, qui num. 46. in fine dicit, omnes Doctõres attestari hanc communem etiam dicit Iason ibi num. 36. ubi in numeris sequentibus. utriusque sententiæ Authores, & fundamenta refert, & post longam disputationem cum communi residet, quod item fecit Cagnol. ibi num. 71. in fine, late etiam quæstionem pro utraque parte disputat Iacob. de Nigris *ibidem ex num. 24. cum sequentibus. ubi num. 29. in fin.* asserit, opinionem contra communem facile posse defendi, cum allegata pro communi partem faciant communem etiam tradit, ampliat & limitat Cardin. Tulch. *pract. tom. 7. conclus. 8. sub liter. S. & etiam tenet Ioann. Gutierrez. pract. quest. lib. 1. quest. 32. in fin. Azeved. in l. 20. n. 4. tit. 16. lib. 2.**

6. Inadvocato verò, Bart. & communem sententiam secure sequitur Iacob. de Nigris, *d. l. diem functo numer. 56. per text. in d. §. divus,* rationem specialitatis assignans, in probitate scientiæ, & dignitate; aliam ponit Ioan. Baptistam de Sanct. Severin. *quest. 8. post versicul. Cæterum, ex Aul. Gellio lib. 10. noct. attic. c. 1.* nempe, in fide data, quam clientulo servare tenetur advocatus, & maximam vim habet ad eo, ut clientem in fide acceptum chariorem habere debeat. & contra cognatos tueri: neque peius illum facinus æstimatum est, quam si cui probaretur, clientem dirisui habuisse, *secundum*



secundum Gellium, cuius fidei causa, & intuitu, tradidit Baptist. de sanct. Severin. *d. quest. 8.* advocatum lucrari salarium, & ad hæredes transmittere, & si moriatur antequam advocare incipiat, secundum glossæ sententiam *in d. §. divus*, licet in alijs contrarium probet, in quibus hæc specialitatis ratio cessat, circa quod Bart. sibi contrarium notat, quod ratio, inquit, contingit in tanto Doctore.

7 Ego quidem, hanc rationem specialitatis, ut advocatus integrum salarium lucratur, mortuus ante finitum in causa patrociniū, vel etiam ante illud inceptum, non puto sufficientem. Primo, quia clientulus salarium præbens non tam propter promissam, susceptam que ab avvocato fidem de patrociniō ferendo præbet, quam & principaliter propter patrociniō ipsum in causa, & in actu ferendū. Deinde, quia etiam in negotijs & contractibus fides invicem præstatur, quæ etiam maximam vim habet ut probatur *in l. 1. ff. de pact. & in l. ff. de const. pecun. & constat ex Gellio d. c. 1. versicul. hanc autem fidem, ubi inquit, Hanc autem fidem maiores nostri non solum in officiorum vicibus, sed in negotiorum quoque contractibus sanxerunt, maximeq; in pecuniæ mutuatice usu, atque commercio.* Et tamen hoc præstitæ in contractu fidei vinculum non præstat actionem ad mercedem. nec ejus retentionem mortuo operatum locatore, vel aliàs impedito *d. l. si uno §. item cum quidam ff. locat.* cum communi sententia, de qua supra; sic ergo, nec hæredibus advocati mortui suscepta ab illo fides præstare poterit actionem, aut retentionem salarii. Præterea, magistratus publici fide tenentur, & arctissimo quidem ejus vinculo principi, & reipublicæ in quam eliguntur pro administratione, & defensione illius, juxta muneris sibi injuncti normam; & tamen si moriantur ante munus inchoatum salaria non lucrantur, secundum Bart. sententiam *d. l. diem functo, Bal. & aliorum, quos refert, & sequitur Cabea. d. decis. 8. num. 29. tom. 1. Ioan. Bapt. d. l. diem functo quest. 8.* ex quo specialitatis ratio, quam ibi assignat pro avvocato in casu prædicto, sufficiens non videtur.

8 Nec etiam satisfacit ea; quam tradit Bart. *d. §. divus num. 7.* nempe, quia prædictum salarium partim in remunerationem beneficij datur, partim propter laborem, idcirco plenior circa illud fit interpretatio; verius enim est, clientem non præbere salarium beneficij causa, sed potius aut saltem principaliter, & in plurimum propter operas, & laborem in defendenda causa. Unde multo minus placere potuit Fulgos. ratio *d. l. si uno §. item cum quidam*, asserentis, in salario avvocato præstito non dari correlativum respectum ad operas illius, ut contingit in alijs, qui operas suas locant

quia merces operis correlative respondet, & ideo cessante uno correlativorum cessare debet alterum, nempe, mercedis præstatio, *in d. §. item cum quidam*; quod in salario avvocati secus est, quia gratuitum est negotium, quod tribuitur, non oneris gratia tribuitur; hæc dixit esse rationem notivam illorum jurisconsultorum. Quæ tamen (ut teneor) minus, quam præcedentes novet, quod enim avvocato salarii loco tribuitur non gratuito, sed imperi laboris causa, & correlative ad illum tribuitur.

Denique, scientiæ probitas, quam Bart. considerat *d. §. divus nu. 5. versicul. præbarum*, qua, & in dignitate simul speciali atq; ratione constituit *Nig. d. l. diem de jur. et. nu. 56.* non est finalis causa præstandi salarii, quamvis aliquando impulsiva sit ad liberaliorem illius tractationem; quod etiam in artificibus videmus in quibus artis ingenium, scientia, & institutio attenditur *l. inter artifices ff. de solution. & qui petitior est, liberalius conducitur.* Quod si dicatur, scientiæ probitatem in presenti articulo non intelligi, prout in ea unus alij excellit, sed prout ipsa in se excellens scientia est, & inter alios honore digna, ut salarium pro mereat, quanvis mortis causa, aut alio legitimo impedimento non exercentur (quocau probitatem scientiæ, ac dignitatem accipere videntur, qui hac utuntur ratione) respondet ut supra, quod clientulus non propter advocati scientiam, ejusque excellentiam, & dignitatem in se, & in abstracto sumptam, sed propter ejus actum, & exercitium in sua clientuli ipsius causa salarium præbet, nec enim ille propter advocati scientiam in avvocato abunde congestam; sed propter advocati scientiam in causa sua bene digestam salarium præbet; quæ ita apparet, quod ex probitate scientiæ & dignitate, non digna specialitate propria dicitur ratio.

9 Et certè difficilis est articulus, adeo, ut si specialitatem istam non legitimus scriptum *in d. §. divus*, fortassis nec in avvocato à se illa traderetur, nec in alijs, ut in magistratibus & Doctorebus ad legendum conducis, in quibus *gloss. Bart. & alij* scribes argumentum huius text. idem communiter tradiderunt; quam considerationem ipsum tex. noto, dicitur Vlpianus decisionem de qua ibi severi Imperatoris decreto attribuit, quasi contrarium quoque Juriscons. secundum jus ordinatum respondere debuisset. Erim vero Jurisconsultis non licebat à receptis juris civilis traditionibus recedere *l. prospexit ff. qui, & d. qui §. responsa prudentum, ibi, Quibus permissum est de jure respondere. secundum unum librum de jure naturali.* Et quoties casus eveniebat, quo



quo ab eis recedendum fore, æquitas dictabat principem litigatores adibant, cui soli licebat, scriptum a iustitate dictante temperare, *ita tex. expressum in l. 1. C. de legib. quod ex Cicer. & alijs eleganter docet Conan. lib. 1. commentar. cap. 12. Cujat. in l. Gallus in princip. ff. de liber. & posth.*

10 Quæ observatio plurimum conducit plurimarum legum facilem intellectum, & interpretationem, cum aliàs difficiles reputantur, propterea quod contra receptas juris traditiones illarum decisiones emanant: quæ tamen principum rescriptis, ac decretis, quorum in illis mentio fit, processerunt. Adverendum tamen est, & hoc caute accipiendum; quia non semper ubi legimus, juris consultorum responsa Imperatorum rescriptis niti, ea quasi contra receptas juris traditiones ex æquitate prolata accipere debemus: nam & secundum jus ordinarium rescribent Imperatores à litigatoribus aditi, ut in casu *d. l. si uno item cum quidam ff. locat.* ubi hoc innuunt verba illa, *non immerito*, quibus usus fertur Imperator. in rescripto, de quo ibi.

11 Aliquando verò, æquitatis causa, & intuitu, a jure recedebant, ut in casu *l. maiorem ff. de pact. juncto §. precedente*, ubi maior pars creditorum minori nocet contra juris regulas, secundum quas in his, quæ sunt communia pluribus, ut singulis, requiritur consensus omnium, & non sufficit maioris partis illorum consensus, ut per jura, quæ allegat, & adducit Gom. 2. tom. cap. 3. num. 14. in princip. Illud tamen in casu *d. l. maiorem juncto §. precedente*, Imperatoris rescripto, de quo ibi mentio fit, inductum fuit æquitate dictante, operationis favore. Sic etiam speciale jus legitimus constitutionibus principum permissum in casu *l. admonendi ff. de jurejurand. l. cum maior ff. de notficis. testam. cum multis alijs, quibus d. §. divus annumerari potest.*

12 Restat tamen adhuc, rationem quæ dicitur, qua potuit moveri ibi Imperator, cum prædictas non probaverimus, & quidem servacaneum videtur, aliam quærere, & assignare, quàm quæ ab Imperatore ipso, seu Iuliano expresse assignata, & tradita est, inquit enim, *Quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret.* Pro cuius rationis explicatione, quia difficilis illa est, & etiam decisione ipsa, quæ annectitur, difficilior, utpote, quæ omnes casus æque comprehendat, qui operas suas locaverunt, & ante eas præstitas mortem obtulerunt, dicendum est, eos, qui operas suas locaverunt, secundum receptas juris traditiones, totius temporis mercedem accipere debere, si per eos non steterit, quominus eas præstarent, *l. qui operas ff. locat.* ubi idem æque in

advocatis dicitur, si per eos non steterit quominus causam agant.

13 Ex quo text. quatenus in eo advocati alijs æquiparantur, augetur difficultas *d. §. divus*, nisi dicamus; *Paulum in d. l. qui operas*, loquutum fuisse secundum jus ordinarium, quo attento, nulla inter advocatos, & eos qui operas suas locant, differentia erat quoad præsens institutum, ut observavimus, vel etiam loquutum fuisse, quando per operarum conductores, vel per casum in illis contingentem steterit, quominus operæ præstarentur, & sic quando per clientulum; quo etiam casu nulla inter advocatum, & alios differentia est: omnes enim æque secundum juris regulas totius temporis mercedem, & integra salaria lucrantur, *secundum gloss. & communem in d. l. si uno §. item cum quidam*, & in casu isto, non vero in contrario accipienda est æquiparatio, de qua *in d. l. qui operas*. Quod vero Paulus ibi in hac specie loquutus fuisset, & non quando casus contigisset in persona locatoris operarum, patet, quia, cum in persona locatoris operarum casus contingit, totius temporis mercedem habere non debet, imò acceptam pro rata reddit secundum tex. & communem per eum sententiam *d. l. si uno §. item cum quidam*. Ex quo apparet, id, quod dixit Paul. *d. l. qui operas*, *Si per eum non steterit, quominus operas præstaret, tam culpam, quam casum in persona locatoris excludere*; hoc namque, aut illo eveniente, per eum steterit dicitur, quominus operas præstaret, proindeque totius temporis mercedem habere non debet; cujus contrarium in hac postrema specie circa advocati personam specialiter à severo Imper. decretum fuit, ut, nempe, & si casus in persona illius contigisset, per eum non steterit, dicatur, quominus causam ageret.

14 Potuit vero in id moveri Imper. propterea quòd advocatus in ipso litis ingressu, aut etiam ante ingressum operam aliquando, & laborem impendit toti deinde liti profuturum, dum causæ merita examinat secundum narrationem propositi sibi facti, secundum quod, quid in illo juris sit, attendit, clientuloque consultit, ipsumque instituit aduersus præmeditatas aduersæ partis in litis progressu calumnias, & techas, Cum ergo in ipso litis exordio operam navet labore, & consilio suo, totius deinde litis progressum, & eventum concernentem, æquum imperatori visum fuit, ut quando morte, vel casu alio impeditus litem finire non posset, quasi id per eum non steterit, totius litis haberet salarium, qui toti liti pro futurum laborem, aut etiam totius litis potissimum jam impenderat. Qua ratione, muneris etiam dignitate suadente motum fuisse reor Imperato-



peratorem, ut sic decerneret in proposito sibi calu d. §. *divus*. Et quod ad muneri dignitatem attinet, notandum est, advocatorum salaria, honoraria nuncupari, ut in d. l. 1. §. *proinde, cum alijs*, quasi scilicet, non tam mercedis nomine, quod ad locationem operarum pertinet, quam honoris gratia detur, & suscipiatur, ut notavit Greg. Tholosan. *Synagmat. jur. lib. 49. cap. 8. num. 1. & 2.*

15 Ex quo intellectu, & decidendi ratione ad text. in d. §. *divus*, primo infero, advocatum morte præventum ante cæptum negotium, & ante præditum consilium ad illud, salarium non lucrari, nec ad hæredes transmitti, tametsi proferendo patrocinio fidem jam clientulo astrinxisset, contra Caccialup. d. l. *diem functo quaest. 8. post versic. cæterum. Glossæque, ac Bart. sententia, eam sequentis in d. §. divus, num. 12.* dum tenent, quod, etsi advocatus sit mortuus antequam aliquid fecerit, lucratur salarium, intelligenda est, dum modo, etsi in ipsa lite, ejusque actis morte præventus nihil fecisset, ad ipsam tamen aliquid fecisset, videlicet, quia causæ merita secundum facti narrationem examinasset, & de eis, ac alijs in bonum litis eventum clientulum infiruxisset.

16 Secundo infero contra Bart. d. §. *divus num. 7. post glossam ibi*, & communem sententiam, quam testatur, & sequitur Cagnol. in repetitione d. l. *diem functo num. penul. ff. de offic. assessor.* illius decisionem non procedere in advocato annuo stipendio in tempore conducto; si enim ante completum annum moriatur, residui temporis stipendium non acquireret; quia decisio text. in d. §. *divus*, quæ est de advocato ad certam causam conducto, ejusque ratio huic calui non adaptatur: unde ad eum extendenda non est, cum specialis decisio sit. Neque obstat l. *post duos, versicul. his quoque C. de advocat. divers. judicior.* quia in filii patrono specialiter loquitur, qui alias specialibus alijs potitur privilegijs, & prærogativis l. *binos. l. pe-*

tionem, versicul. *egredientem d. l. post duos C. de advocat. divers. judicior.* Quod igitur, illius favore specialiter traditum extat in d. versicul. *quoque pro totius anni, in quo moritur, filio ad alios non debet trahi l. 1. versicul. plane de cor. sit. princip. l. quod vero contra l. jus singulari ff. de leg.*

17 Tertio inferitur contra glossam, Bart. & communem sententiam, nec rebus intra annum magistratu, assidere, de etore ad legendum conducto, & alijs hujusmodi, totius anni salaria deberi, ut tenuit antiquus Doctor Bertrando de Monte Faventino, quem Bart. refert in d. *diem functo, las. & repetentes ibi*, & de eorum morant, quod scientia, & autoritate juris clarus vir fuit, cardinalemque creatum, & in cardinalium catu n agræ autoritatis, & Alberic. ut oculato teste referant, is, igitur repetisse fertur d. l. *diem functo, in Monte Faventino & ibi tenuisse*, prædictis magistratibus, & conditionibus ad legendum conductis pro vata tempore salaria deberi: cujus sententiam multi alij secuti sunt, ut testatur Cagnol. in d. *diem functo, num. 62. in initio, ubi Fulgos. num. 6.* eam satis probabiliter posse defendi asseruit, contra unum de facto non servari testatus: quam etiam apud nos non servari, nisi quando ex speciali Regis concessione testatur Cabed. d. *decis. 8. num. 22. & sequentibus* ubi tamen & in præcedentibus, communem sententiam de jure veriore esse censet. Verum contraria, quam utus approbat, probatissimis quoque juris nititur fundamentis, quæ referunt Fulgos. & alij in d. l. *diem functo*; nec illa quidem parum juvatur ex prædicto intellectu, & ratione ad d. §. *divus*. Communem autem, quam securè Gail. lib. 1. *obstat. 44. num. final.* limitat. ibi ex alijs, quæ refert, ut non procedat, si sub conditione expressa contractum sit, ut puta, operæ præstentur, quia tunc existentis conditionis requiritur.

## C A P. VIII.

### S V M M A R I A.

1



*Advocato, aut procuratori non licet pacisci cum clientulo de quota litis pro salario: & talis pactio non valet, & advocato eam ob causam minus interdicitur.*

2 *An va. conventio de re aliqua, aut certa portione quantitate salarii nomine advocato præstata, diverse referuntur opiniones.*

3 *Probatum non valere pactum de re certa, aut certa pecunie quantitate advocato præstata in eventum victoriae.*



- 4 Intelligitur Ord. Regia lib. 1. titul. 48. §. 11. juxta eandem sententiam.  
 5 Pro eadem expenditur mens Bart. & sententia eius in l. sumptus, in fin. ff. de pact.  
 6 Promissio advocato facta de re aliqua, aut certa pecuniæ quantitate, si causam vicerit, nunquam

valet: facta vero nomine salarii simpliciter, aut in utrumvis eventum, valida est.  
 7 Pactum initum inter advocatum, & clientulum lite pendente sub patrocinio illius non valet: nec inter medicum, & ægrotum.

C A P. VIII.

De conventionione inter advocatum, & clientulum pro salario.



Requens in hac materia inter Doctores disputatio est de conventionione inita circa litis salarium inter advocatum, & clientulum. Et in primis inter omnes constat, advocatum, sive

procuratorem non posse pro salario cum cliente de quota litis pacisci, & si de facto paciscatur, nullam inde actionem oriri, ut tradunt citati Cened. in collectan. ad decretum collectan. 8. num. 12. Morl. in empor. jur. tit. 3. in præmissis num. 60. part. 1. Cabed. decis. 19. num. 1. in princip. 1. part. & probat l. 1. §. sicut cautum, & ibi gloss. verb. suspensa lite ff. de var. & extraord. cog. & in l. sumptus verb. datum ff. de pact. Et advocato qui de quota paciscitur, cum alijs citatis Gail. lib. 1. observat. 44. numer. 1. plures refert Barbof. in remission. ad Ordin. Reg. lib. 1. tit. 48. §. 11. munus interdicitur l. si qui advocatorum de postuland. l. si remunerand. §. final. ff. mandat. & infames §. arcentur. 3. quest. 7. tradit specul. 1. tit. de salarijs §. sequitur de advocatorum salario num. 1. versic. illud autem Morl. cum relatione ab eo loco citato num. 61. Peregrin. commune d. de jure fisci lib. 4. tit. 7. num. 16.

2 An vero de re certa, aut quantitate certa valeat conventio lite pendente facta inter advocatum, & clientem, quærunt Doctores. In qua quæstione alij distinguunt inter rem, & quantitatem de qua controversia litis est, & rem, seu quantitatem in lite non controversam, ut priori casu conventio non valeat, in posteriori vero sic; & ita tenent Bart. in d. l. sumptus, & ibi Angel. in fin. sequuntur alijs relatis Morl. communem referens d. titul. 3. circa præmissis num. 61. Cabed. d. decis. 19. num. 1. ad fin. & num. 6. Alij vero simpliciter distinguunt inter pactum de re particulari, aut quantitate aliqua advocato promissa in evenrũ victoriæ, ut hoc non valeat, quod omnino fugiendũ, ait Decian. in A. de iure pro juris prudentib. c. 22. tit. de officio consularium. 159. hoc enim, inquit, vero est licitare bonã, vel malam fortunam, cũ non minus sit in certis eventus litis, & pactũ de re aliqua aut pecunia danda in utrũvis eventũ pro patrocinij sa-

lario, ut istud valeat; & ita contrarias Doctorũ sententias concordat Sylvest. in summ. verb. advocatus n. 12. & ex Sot. lib. 5. de iust. & iur. quest. 8. art. 4. post mediũ tradit Navarr. in Manuali latin. c. 25. n. 30. in fin. Azeved. l. 8. tit. 16. n. 4. versic. Ideo, lib. 2. novæ recopilat. & ex magis communẽ Doctorũ sententiã Cened. d. collectan. 28. n. 12. in fin.

3 Mihi quidem distinctio illa inter promissionem de re aliqua, aut pecuniæ quantitate super qua lis vertitur, advocato præstanda, & promissionem de re alia, aut pecunia in genere, placere non potuit, qui tam in hoc quam in illo casu, verius puto, non valere promissionem in eventum victoriæ collatam, juxta posteriorem sententiam, et si nomine strenarũ seu palmarijs facta proponatur, ut cum Oros. & Sot. ab eo citatis probat Azeved. d. l. 8. n. 3. & de jure Regio Castella per l. 29. tit. 16. lib. 2. recopilat. tradit Paz in praxi annotat. 5. titul. de advocato n. 94. quanto specul. d. tit. de salarijs §. sequitur n. 2. valere promissionem advocato factam, nomine palmarij, seu victoriæ, securè probet, adeo, ut si plura sint causæ capitula, & in aliquibus vincat, in alijs succumbat, totũ quod palmarij nomine promissum fuit lucretur, ut ibidem per eũ nu. 15. ubi quatuor in hoc adductis sententijs, hanc ut veriore sequitur, Cyn. verò Bald. & alij in l. unic. C. de suffrag. tenet pro rata eius quod vicerit, eũ consequi debere, & ita est cõmunis sententia secundũ Salyc. ibi n. 8. Everard. in hoc legalib. loco à toto ad partem pag. 45. versic. Quinto facti, & valere pactum, seu stipulationem ratione palmarij, id est, victoriæ, pro certo tradit Gail. l. 1. observat. 44. n. 2.

Et circa transactionẽ à clientulo factã similis est quæstio de palmario in victoriæ eventum promissũ, de qua Salyc. n. 9. & alij in d. l. unic. ubi gloss. fin. quæstionẽ istã labbatinã dicit, & in i. la. putat, palmarij nomine promissum deberi, per l. final. ff. mandat. quia per advocatũ non steterit, quominus vicerit; quod probat Tholosan. Syntogm. iur. lib. 49. c. 8. n. 9. Sed d. l. fin. non loquitur in advocato, & longe diversum casum ponit; circa quem magis probo, ejusmodi promissiones non valere; ratio enim, qua cautũ est, ut nõ valeat pactũ de quota litis nec de re, aut



pecunia danda super qua lis est, æquè suadet non debere valere de re alia certa, aut pecunia in genere promissa, si victoria litis sequatur. ratio enim, est malignandi circa litem occasio ex talibus orta conventionibus, quia scilicet, per fas & nefas advocatus vincere contendet spe consequendi lucrum in eventum victoriæ promissum, ut dixit Fulgos. in l. si remunerandi §. final. in fin. ff. mandat. & in l. salarium proxime sequenti, in princip. ubi simpliciter probat, non valere pactum de aliqua pecuniæ quantitate, in eventum victoriæ advocato præstanda, licet fateatur, contrarium communiter teneri, quod dixit, esse contra mentem juris addens pro ratione, quia affectio pecuniæ certæ quantitatis facit etiam errare homines bonæ conscientiæ, & facilius putabunt justum, quod non est juxta illud, cujus meminit, *credula res amor est*. Quæ ratio negari non potest, quod tam in uno, quam in altero membro distinctionis prædictæ æque militet; & præterea, lex videretur magis imposita verbis, quam rebus, illique facile fraus fieret, si pactum in illo casu reprobatur, valeret in isto. Concludo, itaque, non valere pactum, de re certa, seu certa pecuniæ quantitate advocato præstanda, si obtineat in causa, si ve promissio fiat de re, aut pecunia, de qua lis est, si ve de alia.

4 Et hæc quidem sententia à lege nostra Regia non deviat, quæ illi potius consentanea est, *Ord. namque lib. 1. tit. 48. §. 11.* indistincte prohibet sub pœna de qua ibi, pactum inter procuratorem (quo nomine advocatum intelligit) & clientem de re certa illi præstanda in eventum victoriæ; appellatione aut rei, & pecunia continetur l. 1. in fin. & ibi gloss. ff. si cert. petat. nec lex distinguit inter rem super qua lis vertitur, & quæ litigiosa non est, idcirco generaliter, & prout loquitur, indistinctè est accipienda, quasi legislatoribus nostris placuerit magis opinio ista, quam tuemur.

5 Et forsan opinio hæc aliena non est à mente Bart. in d. l. sumptus, in fin. ff. de pact. ibi enim verè distinguit inter pactum de re, aut quantitate in litem deducta, & de re, aut quantitate simpliciter promissa, & ait non valere pactum in priori casu, sicut non valet de quota litis, quia eadem est utrobique ratio, dum sperat advocatus, partem se habere eius, quod in lite patrocinio suo vicerit; quæ ratio à Bartol. assignata ad calum, quo probat non valere pactum, innuit mentem ejus esse, ut nec valet quando aliquod ex victoriæ eventu emolumentum sperat advocatus, tametsi non ex re, aut pecunia in litem deducta, sed aliunde solvendum sit, juxta pacti conventionem; siquidem in hoc casu eadem illa militat ratio, quam

Bart. scripsit. Quo sensu Bart. sententia, & illorum qui eam sequuntur accepta, convenit cum sententia eorum, qui distinguunt inter conventionem salarii nomine factam in victoriæ eventum, & factam simpliciter, seu in utrumvis eventum. Atque ita, utraque sententia reducitur ad concordiam, ab ea tamen Angel. à parte dissentiente in d. l. sumptus, in fine ubi distinguit inter pactum de certa pecuniæ in litem deductæ quantitate advocato præstanda, & de re aut pecunia super qua lis non est, ut primum non valeat, secundum valeat, & in utroque proponit factam promissionem sub victoriæ eventu; quod placere nequaquam potest.

6 Duæ, itaque, in proposita questione conclusiones ex prædictis eliciuntur; prima, ut promissio advocato facta de re certa, aut certa pecuniæ quantitate, nunquam valeat, quotiescunque fit in eventum victoriæ, & hoc tam ubi promissio hujusmodi fit ante litem captam quam & multo magis ubi post eam captam, & suo patrocinio ipsius advocati agitaram, sicut non valet pactum de quota litis, cui illud per omnia adæquatur. Secunda, ut valeat promissio de re aliqua, aut pecunia advocato præstanda nomine salarii, simpliciter, seu in utrovis eventum concepta. Et in hac omnes conveniunt. Et pro certo posuit Decian. d. tit. de offic. consulantis num. 157. licet honestum non putarit pacisci consulentem de salario ante factum consilium: nam hoc, inquit est propriè venalem facere sacrosanctam civilem sapientiam & illam licitare.

7 Quod tamen limitandum erit, ut procedat, quando nondum pendente lite tale pactum inicitur; si enim post eam captam, & sub ipsius advocati patrocinio pendente celebretur, non valebit: quamvis enim tunc deficiat ratio de qua supra adest altera quæ nostros impulit ad improbandum pactum inter medicum, & agrorum, quorum sententiam, receptionem, & verriorem esse, dixit Pinel. in l. 2. 2. par. c. 2. num. 33. C. de rescind. vendit. eamque ibi comprehendit argumento advocati, inter quem, & clientem lite jam sub patrocinio illius mota non valet pactum, ut pro vero Pinel. supponit per testem quem notabilem vocat, in l. qui quis §. præterea C. de postuiand. ubi glossa verb. contractum, & in l. 1. §. si cui verb. suspensali eff. de var. & extraordin. cognit. in advocato, & medico idem æque tradit, & in advocato loquens Azeved. d. l. 8.

num. 4. versic. ideo. Atque his expedita manet quæstio de pacto inter advocatum, & clientem salarii nomine inito.



C A P. IX.

S V M M A R I A.

- D** E tempore quo salarium advocato solvendum sit, Regio, & communi jure attento. Salaria debita ex dispositione legis, in initio solvenda sunt d. num. 2.
- 1 Salarium advocatorum, qua iter taxandum iudicis arbitrio; S. de aurei valore apud Vlpian. in l. 1. §. si cui tantum versicul. licita autem ff. de var. & extraord. cognition.
- 2 De salario advocatorum secundum jus novissimum.
- 3 De eodem secundum ius Regium Lusitanum.
- 4 Humanæ leges etiam in foro animæ subditos obligant quando in veritate fundantur: non tamen semper sub culpæ mortalis reatu. Refertur quorundam sententia, secundum quos non licet advocato in animæ iudicio, salarii nomine recipere ultra quantitatem à lege taxatam d. n. 6. versicul. unde.
- 5 Fallit in advocatis episcoporum abbatum, secundum Bald. & alios, ibid. versicul. Bal. vero.
- 6 Aliorum sententia refertur, secundum quos, ad justam salarii receptionem terræ consuetudo attenditur.
- 7 Peccatum mortale non est, ultra legis taxationem recipere, si quod ultra recipitur, modicum est, d. num. 7. versicul. sciendum.
- 8 Adducuntur fundamenta ad probandum Ord. Regiam Lusitanam de taxatione salarium advocatorum, in animæ iudicio locum non habere, S. num. sequentib.
- 9 Lex lata à principe, quæ à populo non recipitur, non obligat, nec habet vim legis S. dicitur non recepta, quando à tota communitate, vel à maiori parte non recipitur.
- 10 Intelligitur Regia Ordin. de salariis advocatorum, lib. 1. titul. 91.

C A P. IX.

Quo tempore salarium advocato solvi debeat. Et an ultra summam à lege taxatam recipi aliquando, S. exigi possit conscientia illæsa.

**Q**uia legem Regiam habemus de taxatione salarium advocatorum, ac de tempore solutionis eorum, præiens quaestio in illam præsertim, ac si alicubi aliæ sint similes, dicitur: quo tunc oratis nostris gratum opus fore spero. Quaestio ergo est an tunc in conscientia foro possit advocatus huius salarium à cliente exigere, & recipere ultra quantitatem declaratam in Ord. Regia lib. 1. tit. 91. quæ tam in tempore quo solvendum est salarium, quam in taxatione illius à jure communi discrepat, nam quod ad tempus attinet, trina præstatione salarium solutionem æqualiter distributam, constituit in l. 91 §. 17. quarum prima ad liti exordium pertinet; secunda tempore publicatæ attestatæ locum sibi vendicat; tertiam in lata lenti tempore lex nostra differt. In curia verò Romana servatur, ut pars dimidia solvatur in initio litis, altera in fine, secundum specul. lib. 1. tit. de salarij §. sequitur de advocatorum salario

num. 14. ubi circa hoc, fori consuetudinem spectandam fore, asserit; qua non existente, juxta prædictam Romanæ curiæ consuetudinem solvendum censet.

2 Cæterum, totius causæ salarium in initio illius unica præstatione solvi debere, notavit glossa magna in versic. ex prædictis not. per text. ibi in l. 1. §. Divus ff. de var. & extraord. cognition. ubi Bart. n. 6. in fine generaliter hoc tradit in salariis debitis ex dispositione legis, in cujus locum succedit advocati salarium; & ita de iudicio salario, & aliorum qui ob conscientiam, vel dignitatem se exercent, tradit Cagnol. in l. diem sancto, num. 123. S. sequentib. ff. de offic. ass. ubi n. 130. magis commune dicit, & in advocato loquens alios citat Lusitanus Cardoz in praxi, verb. salariū n. 4. ubi hanc communiorem opinionem esse scripsit, & in numer. sequenti idem tradit in rectoribus civitatū, & potestatibus, in quibus, communiem resolutionem videri, ut in principio officij debeat salarium ratione dispensarum, dixit Caroc. de locat. 2. p. 117. de tempore



pro pensione num. fin. sed las. d. l. diem functo, num. 1. tenet, finita causa fore solvendum, & ita ait tenere Innoc. Ioan. And. Anan. & alios communiter inc. propter sterilitatem. extra de locat. Cyn. & Salyc. in l. unie. C. de suffrag. quibus addit, quod notat Bart. per tex. ibi in l. Archiarri C. de profess. & medic. lib. 10. quo tamen loco Bart. quaestionem istam non tangit, loquitur enim de promissione a clientulo facta advocato, quae diver- sò jure censetur, & lite pendente fieri nequit, juxta l. quisquis, quam allegat. C. de postuland. quae hoc probat in versicul. alias §. praeterea, de quo est iex. Reg. Castella 7. titul. 16. lib. 2. nova collectionis, & diximus sup. in calce capituli praecedent.

De salario autem debito ex dispositione legis non loquitur ibi Bart. cujus vicem subit advocati salarium, quod in initio fore praestandum, tenet Alex. d. l. diem functo col. 3. & repetentes ibi secus Bart. doctrinam d. §. divus nu. 16. ad fin. post gloss. ibi. hoc in advocati salario expresse tradentem, quod & notavit per tex. ibi in l. venditor §. final. verb. salarium ff. commun. praedior. idem tenet glossa in d. l. unie. C. de suffrag. verb. consequantur, & communiter teneri, asserit Jacob de Nigris d. l. diem functo numer. 7. ubi, & in numer. precedente differentiae rationem quoad hoc assignat inter Salaria ex contractu debita, ac debita ex legis dispositione, & conventionem, quae in illius locum succedit, & Cagnol. ibi numer. 126. Tulch. pract. tom. 7. conclus. decim. subtit. 5. numer. 2. Ubi inquit, quod ex quo lex magis mitis est, late debet interpretari.

3. Quod verò attinet ad quantitatem salarii, text. habemus in l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & extraordin. cognition. qui eam iudicis arbitrio relinquit pro modo litis (quod glossa ibi pro quantitate causae interpretatur) & pro advocati facundia, ac fori consuetudine aestimandam, ita tamen, ut ultra centum aureos pro singulis causis nunquam aestimet, ut postea subiungit in §. Si cui tantum, versicul. licita autem, iuncta gloss. ibi, tradit Reg. Tholosan. Syntagmat. jur. lib. 49. cap. 8. numer. 8. Menoc. 3. de arbitrar. casu §. 13. num. penult. & ultim. centur. 6. Stephan. Gratian. disceptation. forens. cap. 65. numer. 6. lov. 1. quae centum aureorum, quantitas, decem- tum ducatis non intelligitur, ut contra alios, Recentiores quidam sunt interpretati, quos sequitur Alc. lib. 3. dispunct. c. 9. ubi ex tranquil. in Orbone, iuncto Tacito de eodem lib. 17. docet, centum sestertios idem esse, quod aureus, quod etiam ex illis, & Plutarch. in eodem Orbone docuit Budaeus de

asse, & partibus eius libr. 2. circa initium, versic. Iam antea ostendimus, fol. mibi 32. ad fin. & sequenti, & illos refert, & sequitur Tiraquel. tractat. de nobilitate cap. 29. num. 29. Sestertius autem duos asses, & semissem valebat, id est, duas aëris libras, & dimidiam, quae erat quarta pars denarii argentei, qui decem libris aëris, id est, assibus decem valebat, ut constat ex Budaeo dict. fol. 32. part. 2. versicul. Denarius autem,

Sed Ulpiani temporibus alia aestimatione aureus censebatur, & pro temporum, locorumque diversitate apud scrib. & fortius est aestimationem, seu aestimationis suae interpretationem; Budaeus enim d. tract. de asse libr. 5. fol. 155. pag. 1. in initio. centum aureos, de quibus apud Ulpian. in d. versicul. licita autem pro duobus auri pondis intelligit, Alc. d. cap. 9. ad fin. singulos aureos, decem librarum patriae suae iurimae aestimat; Hieronym. Cagnol. d. l. diem functo n. fin. ff. de offic. assessor. scripsit, illos centum aureos apud Ulpian. duo auri pondus aquare, secundum declarationem Alc. & Budaei, inquit, quod hoc communiter Doctores nostri non intellexerunt, & ita etiam ex Alc. & Budaeo interpretatus est Perez lib. 1. ordin. titul. 19. 2. in gloss. magn. quest. 1. qui tamen, Alc. & Budaeus diverso modo declarant, ut videri est apud eos ubi supra.

4. Novissimo autem jure non posse advocatum, in quacunque causa nomine salarii recipere ultra viginti libras turonenses, si ultra receperit non transire in ejus dominium sed ad restitutionem teneri, tradit specul. d. tit. de salarijs §. sequitur, numer. 3. de qua per Doctorem in cap. quia plerique de immunit. Ecclesiar. latissime Guid. Pap. decis. 19. per tot. Tiraquel. de nobilitate cap. 29. num. 38. & 54. & d. jure Regio Castellae ad l. 21. titul. 16. lib. 2. nova collectionis, Gutierri. practicar. quest. libr. 1. quae 31. per quam legem, post citatos ab eo ibi numer. 2. & Sor. quem ante retulit libr. 5. de iust. & jur. quest. 8. artic. 4. versic. Quò circa, resolvit, nec a sponte offerente posse advocatum recipere ultra debitum salarium, debitum autem intelligit quod lege taxatum est, de qua Azeved. d. l. 11. n. 5.

5. Nostra verò lex Regia d. lib. 1. tit. 91. d. veritam aliam hujuscemodi salariosum taxationem imit, ut nempe, in civilibus causis quadragesima pars sit ejus, quod in lite vincitur, aut defenditur ab advocato, & aliquando minus, paulo plus in causis capitalibus, ita tamè, ut quadragesima illa civilium causarum septingentorum cum viginti denariorum, seu numerorum aëreæ monetae nostrae summam nunquam transcendat, quae salariosum taxatio lege nostra definitur a jure



à jure communi discrepat, multoque inferior est, ea, quam jure illo advocatus secundum iudicis arbitrium capere poterat. Quod ultra d. l. 1. versic. licita autem ff. de var. & extraordinar. cognit. juxta explicationem Alc. & Budæi, de qua supra colligitur ex § Divus statim sequenti, ubi proponuntur, de latam ad Imperatorem fuisse controversiam circa unius causæ salarium, & certè, si illud eo jure ita conangustatum esset, ut apud nos aut etiam non multū legis nostræ summam excederet, credibile non est, de re adeo minima aditū Imperatorē fuisse, qui magnis vix superesse posset negotijs.

6 Nunc igitur, his suppositis, intrat nostra quaestio, an scilicet, cōscientia tutus possit apud nos advocatus pro salario recipere ultra summam a lege nostra taxatam? & an possit anticipatam illius solutionem recipere, & postulare? Et quidem pro parte, negativa facit, quod leges si justæ sint, subditos obligant non exterius solum sed etiam interius, secundū receptissimā Theologorū, & juristarū sententiam, quam divinis, & humanis autoritatibus cōprobat Covar. in regul. peccatū 2. part. §. 5. n. 2. de reg. jur. lib. 6. de Azor moral. institution. lib. 5. c. 6. part. 1. novissime Suarez. de legib. lib. 3. c. 21. n. 5. quo in loco quaestionem in utramque partem late disputat & examinat, & hanc esse Catholicorū communē sententiam, asseruit quam aliud agens, antea probaverat tom. 2. de relig. n. tract. 5. lib. 2. c. 20. ubi à Theologis, & Iuris peritis cōmuniter recipi, testatur, & eam probat ex eo quia etiam leges civiles manant à lege æterna, & per potestatem à Deo datam feruntur, ut satis apertè docet Apostol. Paul. ad Rom. 13. Quæ certissima, & receptissima cōclusio intelligenda sic est, ut nō semper mortalem, sed veniale aliquando culpam tantū humanæ legis transgressor incurrat, ut per Covar. d. nu. 2. Villalob. summ. tract. 3. difficultat. 16. n. 2. latè Suar. d. lib. 3. c. 24. cū sequit. Azor. d. c. 6. versic. quinto inferitur, ubi explicat quādo è legis verbis inferri possit, illius transgressionē læthale esse: præterea, intelligenda est de lege humana in veritate fūdata; nā quæ in præsumptione fundatur non obligat in foro conscientie eū, qui de rei veritate in cōtrariū sibi conscientus est, ut tradit Abb. in c. Raynaldus n. 14. de testament. cōmuniter Doctores in c. 1. de cōstitutione ubi Dec. n. 18. versic. Quarta conclusio, & pluribus virtutibus foris citatis Suar. d. lib. 3. c. 23. n. 1. & in sequentibus communē hanc sententiā eleganter more suo explicat, & distinguit. Denique, intelligenda est prædicta cōclusio in lege humana in publicū commodum principaliter lata; quæ enim privatam utilitatem principaliter respicit, & minus principaliter publicum commodū, transgressore, in cujus utilitatem statuta est, non obligat in-

terius ad mortalem, aut veniale culpam, ut ex cap. cum contingat extra de jure jur. probat Covar. inc. quavis pactum 2. part. §. 2. nu. 7. de pact. in 6.

Unde, cum lex nostra super certo, ac vero, & non præsumptive disponat indicta Salarij taxatione, & in ea cōmunem litigantium utilitatem principaliter respiciat, ne ultra definitam ibi, taxatam quantitatem gravarentur, in inferiori iudicio videtur observanda, & quod ultra taxationem legis recipitur, injustè exigi, & recipi videtur; justum enim patrociniij pretium est, ut definit Card. Tolet. in summa lib. 5. c. 60. n. penult. quod per principes taxatum est, idem secure probat Petr. de Ledesm. in summ. 2. part. tract. 8. cap. 16. conclus. 8. quod adeo probat Medina Salmant. in instruct. confessor. lib. 1. c. 16 § 4. versic. El nono, ut teneat, neo approbatæ consuetudini contra leges, & constitutiones Regias hac in re standū fore, sed ultra eas posse advocatum aliquid pro patrociniio recipere, & quod ultra receperit restituere debere inanis exculationibus explosis; quod ad leg. Regiam Castellæ 21. tit. 6. lib. 2. nov. recipiat. Gutierrez. practic. lib. 1. quest. 31. ut nec à sponte offerente, atque replicante recipere possit advocatus salarium ultra legis taxationem, & ad leg. Regiā nostram idem secure probat Cald. in reiection. l. unuc. C. ex delict. defunctor. 5. part. n. 29. versicul. At in sponte dantibus, cum tamen alibi idem Author, nempe, in l. si curatorem, verb. vel adversarij dolo, n. 6. ad fin. C. de in integr. restitution. minor. scripserit advocatis honoraria tenuissima, & macillenta præstari ex Ord. Regia Bald. vero in l. 1. in fin. C. mandat. Centum aureorū pro singulis causis taxationem in jure scriptam, de qua in l. 1. §. si eius tantum, versic. licita ff. de var. & extraordinar. cognitionib. intelligit locum non habere in advocatis Episcoporū, & Abbatum, quia, inquit, pro statu dignitatis ipsorum, etiam maximū salarium recipere possunt, argum. l. si pater ff. de donat. per quam ait, quo hoc tenuit ibi Rayn de Foil. & sequitur Ias. in §. tripli nu. 53. instit. de action. & alijs citatis Tiraq. de nobilit. c. 29. num. 37. Azeved. l. 20. nu. 1. tit. 16. lib. 2. & sequenti nu. 6. versic. unum taxè, Avendan. de exequend. mandat. lib. 1. cap. 2. num. 12. versicul. nam licet qui consequenter subdit, advocatos, ultra taxam nomine salarij posse recipere, licet in alijs officialibus hoc locum non habeat, ut ibidè per eum.

7 Alij autem rationabilem terræ consuetudinem ad justū salarij taxationem attendunt, ut cum citatis ab eo tradit Paz in praxi annotat. 5. titul. de advocato num. 50. ultra quos ex sententia Victorie in scholijs super 2. 2. & juxta D. Thom. doctrinam d. 2. 2. quaest. 71. art. 4.



*idem tradit. Frat. Ludovic. Lop. in instruct. negotiant. lib. 1. cap. 27. versicul. in super quoniam ubi non tyrannicam consuetudinem, sed rationabilem debere attendi, ait, pensatis conditionibus personarum, & negotiorum, ac laborum; quæ omnia cum patriæ consuetudine attendi debere, docet D. Thom. loco citato, & Ludovicum secutus quem refert; terræ consuetudinem attendi debere, tradit Frat. Emmanuel Rod. in summa tom. 1. c. 4. conclus. 1. Quod Medina d. §. 4. intelligit, dummodo regni leges aut constitutiones in contrarium non sint. Idque potissimum apud nos servandum videtur; quia ultra legem antiquam de salarijs advocatorum, prædicta salariorum taxatio nova legum collectione nuper edita contenta est, ut idcirco, diuturna consuetudine in contrarium sublata esse, dicere non possumus. Sciendum autem est, quod stante hac opinione, & habito pro constanti, prædictam legis taxationem interius obligare. id quidem, ut ad peccatum mortale obliget de quantitate parva ultra legis summam, non est intelligendum, secundum Navar. in Manual. latin. cap. 25. num. 30. ubi inter alia advocatorum peccata, ponit. cum stipendium exigitur de eo, propter quod non debetur, vel notabiliter maius debito pro patrocínio; atque ita, quanvis illud tantum pro patrocínio debitum esse, dicamus quod lege Regia diffinitum extat, debet tamen notabiliter maius illo exigi ad lethalis culpæ reatum, secundum Navar. d. num. 30. juxta, quod accipienda est Medinæ sententia d. §. 4. Quini mo, si sponte offeratur à clientulo ultra legis taxationem conscientia illæsa ab advocato posse recipi ex Innoc. in cap. quia plerique de immunit. eccles. & alijs, quos refert, tradit Tiraq. de nobilit. d. c. 29. n. 38. quanvis alij in hac etiam specie contrarium teneant, quos sequitur noster Cald loco sup. citato, ubi pro hac sententia, quam verissimam dixit d. n. 29. in fin. expendit dictam leg. Regiam nostram.*

8 Pro parte verò affirmativa, nempe, quod advocatus citra ullius culpæ reatum, taxationem legis transgredi possit, probatur primò ex eadem lege nostra Regia d. tit. 91. in §. 16. quatenus ibi traditur, tunc demum advocatos restituere debere id, quod ultra prædictam legis taxationem à clientulis receperunt cum illi hoc sibi restitui coram calculare expensarum, cui hujus rei cura committitur, postulaverit: atque ita secundum legem ibi, cui in hoc similis est alia eodem lib. 1. titul. 48. §. 11. apparet interim advocatos ad restitutionem recepti ultra legis summam non teneri; certum verò est, quod quandiu ad restitutionem non tenentur, secundum legem justè retinēt & per consequens, quod secundum legem jul-

tè retinere possunt, secundum eam quoque percipere justè possunt.

Secundò, & principaliter probatur eadem sententia ex d. §. 16. quatenus ibidem, in calu restitutionis faciendæ ad partis requisitionem, dicitur nulla propterea advocatum pæna fore afficiendum: in quo lex insinuat, nullum eum maioris salarij receptione contraxisse crimen, cujus intuitu pæna aliqua multari deberet, quod si in exteriori foro, qui legislatoris ditioni, & potestati immediatè subest, nullum contraxit crimen, multò minus dicendum est in interiori contraxisse, qui legislatoris humanæ jurisdictioni non ita subest.

Tertio probatur, quia taxatio legis intra quantitatem ab ea diffinitam, regulatur secundum causæ victoriam, advocati patrocínio à cliente reportatam, juxta declarationem, quam posuit in §. 11. Secundum quam, non attenditur ad totum id, pro quo advocatus patrocínio præstat, & laborem suum, ac studium impendet, sed ad partem, quam judicis sententia obtinuit, & non raro eveniet, ut in ea, in qua succubuit, plus laboraverit, & studuerit propter dubia causæ merita, quæ justam suscipiendæ litis causam præbuerunt, & tamè respectu partis, in qua succubuit vel judicis errore, vel quia in casu dubio contraria illi magis placuit sententia, sine mercede erit justus patroni labor; quod certè iniquum apparet. Vnde dicendum videtur, quod saltem in animæ judicio, in quo æquitas, justitia, & veritas attenditur, non obliget lex; quasi in taxatione hac, non super verò, sed super præsumptio fundetur; nec enim verè advocatorum laborem, operam, & studia ad singulas causas examinare lex poterat, idcirco videtur, quod præsumptivè se habuit, normam calculatoribus præscribens ad expensarum computum advocatos, saltem in interiori judicio, obligare non intendens, & alioquin sæpe eveniret (quod ad eandem spectaret iniquitatem) ut maiora ferat emolumenta, minora ferens laboris nocumenta.

Quarto facit, quia, quanvis in expensarum computatione prædicta legis diffinitio, ac salariorum norma à calculatoribus servetur, illa tamen in advocatorum usu non est pro receptione salariorum ipsorum, quæ palam percipiuntur non attendita legis norma, sed causæ potius, ac personarum qualitate, & impendio in eam studio, ac labore; quod judicēs, & maiores etiam magistratus non puto ignorare, & cum ea sit optima legis interpretatio, quam usus, & consuetudo recipit. *l. si de interpretatiōe ff. de legib.* non temerè, nec incaute dicitur legem nostram in prædicta salariorum taxatione, secundum prædictum usum, & consuetudi-



ordinem debere intelligi saltem in interiori iudicio ad excusationem peccati. Illud verò quod de tacito iudicium, & magistratum cōsentu diximus, sententiam hanc non parvum ex eo etiam juvat, quia iudices, non obstante taxatione statuti, possunt longioris litis causa, & pro labore advocati maiora illi taxare salaria ex Afflict. decis. 70. num. 2. trad. Gratian. dispensation. forens. c. 56. num. 5 tom. 1.

9 Denique, lex quæ non recipitur à populo, non obligat, nec vim legis habet, c. in istis §. leges & distinc. ubi Dominicus notat, leges, à principe datas, intelligi ea conditione, & intentione, ut non aliter obligent, quam si fuerint à republica receptæ, quem sequitur Navarr. cons. 1. de constit. quæst. 5. num. 23. & alij, & ita communis opinio secundum Covar. lib. 2. var. c. 6. num. 6. versic. quinto sunt, quem sequitur Gutierr. Canonizat. quæst. lib. 1. c. 8. num. 2. Azor, qui communem opinionem esse dicit interpretum canonici, & civilis juris, & utriusque juri consentaneam, moral. institution. lib. 4. post institum, ubi versicul. tertio queritur, tradit, legem dici non receptam usu, quando à tota communitate, in quam lata est, vel majori parte illius non recipitur. Unde, cum lex nostra in taxatione salariorum advocatorum, quod ad eos attinet, in usu non sit, nec recepta, videtur dicendum, quod eos non obligat: maximè, cum legis dispositio sentu alio accipi possit, secundum quem est in usu, & practicatur, ut diximus, id est, ad expensarum litis computum à calculatoribus faciendum.

10 Pro qua interpretatione, & intellectu notari debet titulus, sub quo lex situata est, qui sic inscribitur, *De como se hão de constar os salarios aos procuradores*, juxta quem lex in dubio accipienda est, ut communiter notatur in l. Imperator. ff. de in diem addict. in præsentem autem, non solum in titulo legis, sed etiam in initio illius, ac plerisque ejus paragraphis verba de advocatorum salarijs loquentia ad computationem referuntur, ita, ut magis videatur præscripta calculatoribus norma pro computo faciendum, juxta quem victus victori solvere debeat expensas, quam advocatis pro honorario recipiendo, & quanquam aliquando verba ad ipsam salariorum receptionem dirigantur ad

effectum tamen computationis faciendæ, quam lex ibi principaliter intendit, verba de receptione intelligi debent, ita ut ea demum salaria à patrono secundum legem recepta censentur in expensarum computatione pro solutione eorum à victo victori faciendæ, quæ secundum legis præscriptum calculator æstima- verit.

Idem etiam intellectus loquatur ex eo, quia in lege illa, præsertim in d. §. 11. ubi cumque de salariorum civilium causarum taxatione, eorumque calculatione lex loquitur, semper ad honoraria patroni victoris verba dirigit; in quo plane insinuat, in taxatione, de qua ibi, legis finem, & mentem fuisse calculatores instruere ad expensarum computum; quia enim in illa salaria patroni lucumbentis non veniunt, sed solummodo victoris, ut juxta illorum computationem victus victori ea persolvat, ideo non illorum, sed istorum tantum æstimationem præscripto suo lex curavit. Ex quo manet intellectus iste ad legem Regiam planè confirmatus, & illo stante cessat difficultas de iniquitate sup. objecta; apparetque quæ in proposita quæstione pro utraque parte potissimum urgeant. Illius autem resolutiva assertione supercedere modò, in animum duxi, volens magis, eam timorati, & prudentis viri iudicio fidere: ita tamen ut qui posteriorem partem amplecti malint, æstimantes, non teneri advocatos honoraria patrocinij sui recipere ad legis Regiæ normam, ac præscriptum, sed conscientia illæsa, & absque ulla criminis labe maiora posse interdum capere, & à cliente petere, caute in hoc litis modum attendant, ac suam in illa operam laborem, ac facundiam servata semper loci, ac fori, in quo versantur, consuetudine, secundum quam inter eos, & clientulos de salario actum credetur: ut & in alijs conventionibus l. semper in stipulationibus ubi Dec. similia allegat ff. de regul. jur. Atque ita his absoluta est disputatio de  
advocato cum clientulo suo.

(:):



## CAP. X.

## SUMMARI A.



- 1 **A**dvocatus injustam causam defendens mortaliter peccat, & ad restitutionem damni tenetur. Et quantumvis ab initio iustam putet, si postea agnoscat injustam, deserere tenetur.
- 2 Traditur casus, in quo advocato qui injustam esse litem in ultimo eius termino cognoscit, in illa juris allegationes ad quas est assumptus proferre licet absque labe criminis.
- 3 Advocatus clientulum suum injustam causam sustentem ad transactionem cum adversario faciendam non potest inducere, nec id consulere, et licet, sed ut ab injusta lite discedat.
- 4 Advocatus transactionem consulere potest clientulo, quando causa in foro animæ justa est ex parte illius, tamen si secundum jus fori injusta sit.
- 5 Pro causa in exteriori iudicio injusta, tamen si secundum jus fori iusta appareat, non licet advocato, in iudicio postulare.
- 6 Consuetudo, quod advocati juret pro singulis causis sub patrocinio suo susceptis, si alicubi est, improbat.
- 7 De injusta litis occasione amputanda, salarij multa.
- 8 Advocatus postulans in causa contractus, in quo adversarius læsionem citra dimidiam passus est, non peccat. Idem postulans pro spoliato in causa spoliij, quantumvis res illius non sit, ibid. versic. & simile est.
- 9 Advocatus patrocinando causæ iustæ in foro exteriori propter inopiam probationum, qui tamen de veritate in contrarium conscius est, peccat.
- 10 Iudex secundum in actis deducta, & probata sententiam proferre debet, quantumvis illi, ut privato de veritate in contrarium constet.
- 11 Princeps supremus secundum propriam privatamque conscientiam judicare debet spreta actorum probatione, condemnare verò aliquem testimonio unius tamen si fædigno, non licet illi.
- 12 Iudex secundum allegata, & probata judicare debet: advocatos contra privatam suam conscientiam postulare non licet, & differentiæ ratio inter utrumque assignatur.
- 13 Quando licitum sit advocato, iuxta declinationem iudicij causa receptione uti in causa injusta.
- 14 Advocato iustam causam tuenti, moratorij exceptionibus, & cavillationibus adcludendum adversarium uti licet. Declaratur num. sequentibus.
- 15 Numquam licet advocato quantumvis iustam causam tueatur, mendacio uti ad victoriam illius.
- 16 Advocato cavillationibus uti licet in causa iusta, quando de iustitia illius certo constat, & dubia non est.
- 17 Dubia causa licitè, & conscientia illesa ab advocato defendi potest: in illa tamen calumnia exceptionibus uti non licet.
- 18 In causa de cuius iustitia certo constat, advocatus moratorij, & cavillosis exceptionibus uti potest, etiam si solum differendæ litis animo, & intuitu utatur, nec ad causæ victoriam illud ducunt, dummodo abstineat à mendacio, d. num. 17. versic. Alter casus.
- 19 Advocato non licet, mendacio uti ad impediendam delinquenti securitatis chartam.
- 20 Et an tale mendacium mortale semper peccatum secum ferat, an veniale solummodo aliquando traditur, & num. sequenti.
- 21 Carcer, non pænæ, sed custodiæ causa inventus est, & de definitione illius, etymologia & differentia inter ius civile, & pontificium.
- 22 Advocato nunquam licet, clientulum instruere in factis responsionibus contra veritatem.
- 23 An Absque peccato advocatus retineat processum ad legis usque terminum, quando nulla in causa utilitas sequatur, & adversarius in id damnum aliquod extrinsecum patiat.
- 24 Peccat contra iustitiam advocatus, legis terminum sibi duplicari postulans in causa mendacii restitutionis ope, quando eo non indiget.
- 25 Graviter peccat, & cum restitutionis onere, qui ultra legis terminum, acta processus sine legitima causa retinet.
- 26 Quæstio de advocato qui multitudine clientulorum & 27. impeditus actu processus retinet ultra statutos à lege terminos an, & quando peccet cum restitutionis onere, bimembri distinctione resolvitur.



## C A P. X.

## De advocato erga clientuli sui adversarium.



Ræfens disputatio, quæ est de causidico cum clientuli sui adversario, tota ferè de jure poli est; ex quo aliena videbatur à professione mea, quæ de jure fori est, vereriq; idcirco possem veteris proverbij in ne convitium, *ne furor ultra crepidam*: illa tamè super sedendum mihi non fore duxi, tum, quia si à professione mea, quæ in foro versatur, alienum sit, disputare de ijs, quæ ad animæ judicium spectant, alienum tamen à muneris mei professione non est. imo per quam maxime illi contentaneum, abstinere ab ijs quæ animæ salutem adversantur; tum etiam quia ad directorium advocatorum (quod est præsentis tractatus nomen, & institutum) proprie pertinent investigatio eorum, quorum, qui hoc munere funguntur, præcipua debet esse observatio, ne alias, qui justitiæ ministros se profitentur, in ipso muneris ministerio injuste agant, in quo quidem exhibere se ita unusquisque notum debet, ut non dominetur ejus omnis injustitia, sed per semitam justitiæ dirigatur gressus illius.

Primo, ergo, & ante omnia præcavere quæ maxime debet advocatus, ne injustam suscipiat causam sub patrocinio suo agendam, aut defendendam, eo enim admissio lethale peccatum committit, à quo, quandiu in prosecutione injustæ causæ scilicet perseverat, absolvi non potest, & ad restitutionem damni patrocinio suo illati tenetur. Hæc est certissima, & absque ulla controversia ab omnibus recepta conclusio, de qua *D. Thom. 2. 2. quest. 71 art. 2.* ubi adducit illud *2. Paralipomen. cap. 16* *Impio præbes auxilium, & idcirco iram Domini merebatur.* Et ne dum injustam causam ab initio cognitam suscipere non licet, sed & susceptam quia justam credidit advocatus, si postea de injustitia ejus illi constet, deserere omnino debet de quo est *tex. in l. rem non novam §. patroni auctorem C. de judic.* ita tamen ut partem adversam non juvet, nec commissâ sibi secreta illi revelet, & ita docet idem Angelicus Doctor *d. art. 3. ad 2. & conveniunt omnes.*

2. Juxta quod, si advocatus causam, pro qua ad publicatas usque attestaciones bona fide patrocinatus est, quando actorum copia illi exhibetur, ut secundum allegata, & probata pro parte sua, de jure illius ad litis victoriam

doceat, qui est postremus ejus terminus injustam censeat, & desperatam, sive quia pars in probatione eorum, quæ in articulis sunt deducta defecisset, sive quia causidicus ipse in consilio suo, quo litem ab initio prosecutus est defecisset, sive quacunque alia de causa id contingat, ab illa tamen ad ultimum illum litis terminum jam perducta abstinere se debet. Similiter item facere debet curiæ advocatus in causa appellationis ad quam pro juris allegationibus ab alterutro litigatorum novè assumitur, ut si nisi & perpenis actis; & juribus, justiore adversæ partis causam sentiat, suam deserat. Et sanè, non dubito de facili quemquam, & ex promptu ita respondurum, qui receptissimas, probatissimasque Theologorum, ac juristarum sententias de injusta causa deserenda in quocunque litis termino amplectetur. Dico tamen, quod si absolute ita est servandû in prædictis speciebus, non expedit homini advocacy munus publice agere, præsertim in curiâ; multa enim sunt advocatorum pericula de quibus Alberic. *in l. unic. num. 7. C. de juffrag.* ubi duodecim adducit quæ communiter contingunt in hujus muneris expeditione, & repetit Caccialup. *tract. de advocat. quest. 7. per tot.* Sed certe hoc unum plus quam alia deterret, si absolute in illo, ut dixi, tenendum est, quia animam timoratam continuo, quotidieque contristabit, atque vexabit; & corpus fame necabit, si aliunde non habeat homo unde vivat assiduaque controversias, & jurgia patietur advocatus ab ijs, à quibus pro patrocinio est electus post tempus consumptum, impensumque laborem in lectura processus, & causæ examine. Denique, non raro etiam damnum inde pars adversa patietur, dum partem, quæ ab eo quem eligit, passa est repullam, citare necesse habebit, ut alterum constituat; qui de jure suo doceat, quod apud nos servatur, quia advocatus in procuratorem simul constituitur, qui si commissum sibi negotium acceptare ex causa recusat, id ita in actis declarat, & is qui eum sibi constituerat, ut alterum constituat, expectatur, nec legis terminus illi currit, quandiu ad hoc jussu judicis non citatur; quod interdum non parvam moram cum sumptu secum trahit, præsertim, si is qui requirendus est, longe abest à loco judicij; ex quo non raro eveniet, ut melius secum agi, ducat adversarius, si assumptus patronus pro illo in causa dicat, quan-



vis injustam illam sentiat, quando jam ad ultimum res agitur, quam si illa non acceptata, novæ citationis onere, cum sumptu, ac mora prægravetur.

Maturè ergo, ac diligenter omnibus pensatis & ruminatis, fortè apparebit, licere advocato absque ulla criminis labe, in casu proposito commissam patrocinio suo causam pro finali expeditione illius, juris allegationibus quas ad rem magis facere in animum duxerit, instruere, quanvis ea iudicio suo victoriam non promittant; à falsis verò allegationibus, tam juris, quam facti abstinendum semper est. Nec quidem culpandus est quasi injustè faciat, injustæ causæ coram iudice patrocinando, qui in propositis terminis legis terminos servat, litemque ipsam, & injustitiam ejus citius terminat, dum se non abstinet; quod cum & adversario magis expediat, læpeque in hoc illi melius consultum esse, appareat, saltem in casu isto, in quo & tota adversarii voluntas pro hac parte non temere conjicitur, quandiu de contraria non constat, non est, cui injustitiam illatam dicamus, cum volenti, & consentienti fraus non committatur, neque injuria.

3 Transactionem autem in casu prædicto sicut nec in alio in quo competit, patrono sit de causæ injustitia, injustæ parti consulere, non licet ei, qui potius injustam litem dissuadere debet & ut à cæpta discedatur, consulens enim transactionem parti quam scit injustam causam fovere, ut alienum accipiat, consulit, & ad restitutionem tenetur, ut dicit Aiber. *in d. l. unic. C. de suffrag. num. 7.* ubi inter duodecim advocatorum pericula adducta per eum ibi, tertio loco hoc ponit, & repetit Caccialup. *tract. de advocat. q. 4. num. 5.* ubi hoc periculum, quo sæpe implicari advocatum; ait, tertio item loco scripsit, tradit Burgos *de pace in proam. l. g. Taurum num. 255.* Didaci Perez *lib. 2. ordin. titul. 19. l. 1. gloss. 1. versic. quarto, & rursus in l. sequenti, col. final. versicul. cavere præterea, & ex alijs Frat. Emman. Rod. in sum. 1. part. cap. 2. conclus. 4. & tenet D. Thom. 2. 2. quest. 71. art. 3. ad secund.* ubi ait, quod advocatus, qui in litis progressu cognovit, causam clientuli sui injustam esse, debet eam celeriter vel eum cujus causam agit ad cedendum inducere, sive ad componendum sine adversarii damno; idque ita planè docet, quod ad transactionem non est induendus cum adversarii damno; quod evenit quando ab eo in viro aliquid extorquetur, ut ab injusta lite discedatur; quando verò, sine adversarii damno transactio fieri dicatur, ut clientulo injustam causam agenti, ab advocato conscientia tuta suaderi possit juxta *D. Thom. doctrinam loco citato, quem alij sequuntur relati à Burg. de pace d. proam. nu. 256.*

*explicat ipse ibid. num. sequenti, dicens, id fieri posse, si creditoris libera voluntate fiat omni fraude, dolo. Vi, metu calliditateque, & mendacio seclusis, & cum illo transit, Gutierr. lib. 1. pract. quest. 28.* dummodo adversario hoc aperiatur, & ipse de rei veritate justitiaque bene conscius adhuc velit transactionis causa aliquid dare, aut remittere evitandæ litis causa: subdit tamen, quod hoc raro fit, & quod ipse nec in casu isto voluit. Unquam conciliare concordiam, secus si res esset dubia, sicutus Azeved. *ab eo citatum l. 2. num. 7. tit. 16. lib. 2. nov. recopilat.* Ego sanè multum dubito, an *D. Thom.* mens, dum docet, possit clientulum ad componendum iudici absque adversarii damno, ea sit, quam Burg. declarat quippe qui, in casu prædicto, negari non potest, cum adversarii damno concordiam fieri quando quod dat, aut remittit tamen si scienter prudenterque faciat, tamen non spontanea voluntate facit, sed ex acta, propter redimendam scilicet injustæ litis vexationem. Quare, sine adversarii damno computationem fieri, dicam ad Angelici Doctoris sententiam, quando inter partes res ita componitur, ut etsi ex parte unius injustè ageretur, alter de suo nihil præstat verbi gratia, discedam à lite, si in prelium redeamus amicitiam, si litis offensam remittas, si loquaris pro me Regi, & sic de alijs in quibus nec rei familiaris, nec honorum damnum vertitur; tunc enim sine adversarii damno concordia fieri, vere dicitur, quo casu partibus semper eam suadere, non solum licitum, sed & laudabile est, & Deo valde acceptum: qui per contrarium, jurgia & discordias excitantem valde detestatur, juxta illud proverb. 6. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus, oculos sublimes linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, & machinās cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, offerentem mēdacia, testem falsitatem, & eum qui seminat inter fratres discordiam.* Notandum est hoc ultimum septimo loco positum ut præ cæteris odibilis Domino, & coram eo detestabilis; ut ita injustas suadere consulere vel lites, unde jurgia mala pullulant & discordiæ inter fratres seminantur, maxime abhorreat, qui Domino odibilis esse non valet & detestabilis.

4 Rursus, quod dictum est circa transactionem in causa injusta declaratur, ut locum non habeat quando etsi causa secundum justitiam injusta sit & desperata, tamen attentò jure potius injusta est, videlicet, quia pars læsionem in contractu passa est talem quæ secum contrahentem in animæ iudicio obliget, quanvis in exteriori non obliget quia dimidiam justitiam præter partem læsio non transcendit: vel etiam, quia mutuam



mutuum pro quo convenitur, solvit, & tamen solutionem probare non potuit, cum de mutuo legitime constet: His enim, & similibus casibus istius partis patronus injuste non aget transactionem illi consulens: nam etsi cum damno adversarij ea sit, qui secundum in actis deducta, & probata justam causam fovet, ita a toto veniat absolvendus, tamen in animæ iudicio totum debet: atque ideo, injuriolè non torquetur pars ab illo qui totum reddere tenetur, adeo, ut & compensationis ope tantum capi possit à damnum passio, illo invito: nam ergo pars ipsa non peccet in acceptione partis ex causa transactionis in casu isto, nec inque peccabit advocatus ejusdem transactionis consultor, & fautor.

5 Dubitari verò potest, an in prædictis casibus postulare possit in iudicio: vera scilicet, etsi sibi constet de causæ justitia animæ iudicio, constat etiam, secundum ea que à parte ipsa sibi proponuntur, vel aliàs ei obiciuntur, de injustitia illius in exteriori iudicio. Et sane videtur, quod in casu isto à munus sui ministerio abstinere debeat causidicus, quia munus ejus in exteriori iudicio versatur, & circa quia secundum leges illius, quas procuratore suo, executioneque illius attendere debet, desperata est causa, abstinere debet ab ea, & alioquin peccat in iudicium in quo versatur, & ad quod pro patrocinio assumptus est. Id quod multo magis obtinebit, ubi consuetudo fuerit, quod patroni causarum jurent, secundum Iustiniani constitutionem, de qua in l. rem non novam §. patroni autem C. de iudic. ubi cavetur, quod pro singulis causis jurent, & inter alia juramento contenta est, quod non solum causam sibi ab adversario cognitam pro improba, vel penitus desperata non suscipiant, sed etiam, ut susceptam, & pro tali postea certamine procedente cognitam omnino deferant: & notandus est textus, qui loquitur alternativè in causa improba, vel penitus desperata, quasi desperata esse potest, quanvis re vera improba non sit, ut accedit in casu proposito, in quo ex parte illius qui contententia tutus est, causa improba dici nequit, quia tamen ob probationum inopiam desperata penitus sit: atque ita juramentum de quo loquitur, hunc etiam calum comprehendit: cuius tamen conventit legis mens, & iudicis in delatione juramenti secundum quam advocatus juramentum tenetur, ut iuste & lege jubente à iudice detestetur juramentum; in cujus delatione, ea esse debet legis, & iudicis mens, ut advocatus juret de causâ sibi creditæ meritis, & justitiâ, secundum leges iudicij, in quo illa agitanda, & decidenda est, ut si secundum has injusta appareat, abstinat ab illa: quod certe facere tenetur, & aliàs reus est perjurij, quanvis secun-

dum jus poli justam esse causam, sibi certò constet.

6 Quod tamen de juramento diximus ex Iustiniani constitutione in d. §. patroni, consuetudine abrogatum est, ut tradit gloss. ibi verb. tamen, ex Bulgar. quem refert, specul. ubi 1. tit. de advocato §. final incipit utriusque partis advocatum num. 15. Didacum Perez lib. 2. ordin. titul 19. l. 1. in glossa super verb. fugando juramento, ubi ait, quod consuetudine non servatur, saltem in tribunalibus inferiorum iudicum, quod advocati jurent; & creditur Doctori de consuetudine testanti, etiam uni soli donec aliud probetur ut in proprijs terminis tradit Caccialup. tract. de advocatis quæst. 4. nu. 2. ubi ad hoc citat Bart. in repetit. l. de quibus col. 12. quæst. 3. principal. ff. de legib. cujus ad hoc verba refert, & ut singularia commendat specul. tamen loco citato scripsit, quod hodie etiam jurare tenetur advocatus ex constitutione Greg. decidi que incipit prope-randum, titul. de postuland. & quod alibi jurat, sed constitutionem illam relaxatam esse, quia non est in 6. dicit Additionator ejus Ioan. And. ibid. Paul. vero d. l. rem non novam num. 2. alterius circa hoc consuetudinis ut oculatus testis meminit, secundum quam advocatus de calumnia jurat publicatis attestationibus altera parte requirente, & ait, quod si conscientia tua comprehendat, partem suam injustam causam fovere, de relinquere eam debet: subdit verò quod multi absorbent sibi juramentum informantes conscientias suas admodum corum; Sed Deus est deluper, inquit, qui novit abscondita cordis. Apud nos quidem talis consuetudo in ulu non est, nec in civitate ista, quæ caput est Regni, nec in toto Regno, nec unquam advocati super creditas patrocinio suo causas proprio nomine jurant; & quod hodie advocati non jurant, attenda consuetudine; secundum communem quam tradit lit. in d. §. patroni, nu. 3. testatur Gratian. disceptation forens. cap. 56. num. 19. versicul. Hodie tamen. tom. 1. solumque curiales, seu consistoriales nostri tum ad munus assumuntur, antequam illi se accingant, ex Regis præscripto jurant pro recta administratione illius. Nec quidem consuetudinem illam jurandi publicatis attestationibus de qua Paul. loco citato, laudo, quin potius, si ea alicubi adhuc viget, ablegandam prorsus censeo: quia utilitatis ex ea pullulans, incerta est, & parva, quando jam lis super qua juratur, in calce versatur; damna verò, & incommoda inde obventura, multa sunt, & magna, tam propter perjurij periculum, cujus meminit Paul. quam propter damnum clientuli in causâ desertione quando advocatus delatum sibi juramentum subire recuset: quo casu non tam derelicta, quam prodita causa videbitur, quæ



quæ ut desperata, à proprio patrono derelinquitur: ex quo etiam scandalum non raro inde suborietur, si alius animosiùs juret, & tueatur.

7 Quare, prædictam consuetudinem, seu legem municipalem, si alicubi extat, non approbo. Legem verò ego approbatam qua in litis exordio, injustæ litis occasio quoquo modo amputaretur: quod aliquando cogitabam, præcauti modo aliquo posse, si postulandi facultas absque delictum causarum, metu pænæ constringeretur, sic nempe, ut consilio, quòd advocatus causæ injustæ scienter patrocinatus est, in ipsa finali causæ sententiâ, quando de hoc iudici constare potuit, patronum ipsum multet in duplo salarij: post namque iudex, advocatum, & notarium, qui in actis processibus deliquit, in processu eodem absque alio juris ordine punire, ut tradit Bovadilla in polnic. lib. 3. cap. 1. num. 48 tom. 2. scienter autem injustæ causæ patrocinari quoad hoc existimandus erit etiam ille, qui noti, seu clari juris errore ductus patrocinatus est, ita ut à lata saltem culpa non excusetur: fortassis hujus pænæ metu, quæ non bonorum solum dispendium. Sed & honoris etiam notam secum involuit, advocatus non ita indeliberatè ad patrocinium impèdendum lucri aviditate proficiet, quin prius sibi consulens, causæ merita expendat secundum ea quæ sibi à consulente se proponitur.

8 Ulterius, prosequendo intentum, quia casum effinximus de causa justa in interiori animæ iudicio, cum tamen injusta sit, & desperata secundum jus fori, in quo agitari debet: nunc per contrarium fingo casum causæ injustæ animæ iudicio spectaculo, quæ tamen secundum jus fori justa est, cujus frequens exemplum evenit in læsione contractus, quæ & si talis sit quæ ejus, à quo patrocinij causa advocatus convenitur, conscientiam liget, dimidiam tamen justij pretij non transcendit; ex quo jure fori attento, certa est pro illo causæ victoria, quæ tamen cum jure poli non excusat a restitutione ejus in quo alter læsus reperitur, tamen læsio citra dimidiam consistat, secundum receptissimam omnium Theologorum, & Iuristarum sententiam: quæritur modò, an nihilominus advocatus conscientia illæta postulare possit adversus eum, qui læsionem patitur quam leges sæculi tolerant. In qua quæstione, pro parte negativa facit, quod pars in hoc ipso peccat, quod contractum cum læsione alterius celebravit, & læsionem inde secutam refarcire non vult: atque ideo advocatus qui patrocinio suo in id ipsum illi cooperatur, non videtur immunis peccato. Contrarium tamen resolutivè tenendum est in casu isto, quia in eo advocatus causæ patrocinatur justæ

quidem secundum leges, quas & Pontificius jus approbat *c. cum dilecti, c. cum causa, de emptione. & vendit.* quavis enim lex permittit mali sit, qualis est hæc, quæ læsionem citra dimidiam impune permittit, mala tamen ipsa non est, neque injusta, ut ad hanc eadem legem applicavimus in nuper edito tractatu nostro de jur. privileg. honestat. in init. num. 12. atque ita, iustè non agit advocatus dum causæ justæ læsionem fulcitur patrocinium suum accomodat; nec hoc alterius peccato cooperari center dicitur pars enim cui patrocinatur, non peccat in hoc quod contractum in quo alter citra dimidiam læsus fuit, secundum leges valere atque rescindi non debere, contendit, in quo advocatus officium, & patrocinium versatur; sed in ipse celebratione contractus, & retentione eius, quo læsit, stat peccatum illius: hæc ergo, consulat advocatus ejusdem peccati reus est patrocinium verò præstans pro validitate contractus, qui secundum leges, quas allegat, iustus valet, non peccat.

Et simile est, quod in spoliati causa tradit Innocentius in cap. pastoralis num. 6. de caus. posses. & proprietat. quem refert Bald. in singul. verb. advocatus, & Burg. de pace in proam. leg. Taur. nu. 27. nempe, advocatum patrocinium ferentem in causa spoliij pro spoliato conscientiam læsionem non habere, tamen non probet, rem suam esse, & quavis Innocentius d. num. 6. pro ratione scripserit, quia potest esse, quod verè sua sit licet eam non probet suam; quæ ratio non excludit ad casum quo advocato constet, rem spoliato detractam, illius non esse, sed spoliatoris: tamen, & in casu isto dicendum idem erit, quia in eo justa est spoliati causa secundum leges ac jus pontificium in possessorio iudicio in quo ministerium suum pro illo exhibet advocatus, qui magis conscientiam legis, quam suam sequi debet, ut ex Bald. verb. advocatus ad causam propositum probat Burgens. d. num. 259. inquit, quod cum lex spoliatis favore aliud ut lanam advocatus habeat conscientiam expendere non oportet.

9 Exemplum aliud causæ justæ secundum jus fori, sed jure poli injustæ, erit, cum de debito legitime constat, de solutione vero, quæ verè præcessit, documenta nulla, nec probationes adstant, cujus tamen conscius est advocatus vel per confessionem ipsius qui debitum in iudicio petit legitimis documentis, vel alio modo certioratus: sive è contrario, cum pecunia vel re mutuo data est, vel res commedata, cujus nulla probatio extat, & pro ea conventus negat: his enim casibus, si jus fori spectamus certata est victoria, in primo pro agente, in secundo pro convento, cum secundum allegata, & probata sententia iuste ferenda sit: & tamen iuste



poli contrarium obtinet, quod jus in his casibus attendere debet advocatus, ne dum in causa initio, & ante susceptionem illius, ut ab ea absteat, sed ut & susceptam deserat constituto sibi de veritate, tamen si inopia probationis adversarium laborare pro comperto habeat, ita ut desperata pro ea causae victoria sit, etenim hi, & similes alij his casus, multum distant à precedentibus, in quibus qui agit, praesideo legis munitus agit in his vero sine lege contendit nulla enim est lex quae permittat, debitum rite ex solutum repetere, deficiente solutionis probatione imò secundum leges solutione ejus quod debetur, tollitur omnes obligatio, princip. *quib. mod. tollit obligat.* nulla item lex, quae permittat, pecuniae mutuatae, aut rei commo- datae, propter probationum inopiam actionem non dari, cum potius secundum leges, rerum ipsarum intervenit contrahitur obligatio, unde oritur actio: atque ita, in his, & similibus casibus verè non deficit jus in adversario, sed probatio, & ideo, qui de rei veritate conscius contendit, tam clientulus, quam patronus de hoc non ignarus, injustam fovet causam, à qua debeat omnino se abstinere: & in his speciebus probat Burgens. *d. pro em. n. 265. versicut praeterea*, ubi per eum de conscientia legis, & hominis, quam magis debeat sequi advocatus.

Et non obstat, quod secundum in actis deducta sententia juste ferri debeat, adeo ut etiam iudici de veritate in contrarium aliunde contet in propositis speciebus, debeat nihilominus secundum allegata, & probata causam decernere pro eo qui petit, quod sibi non debetur, aut, qui quod vere debet, reddere renuit: ex quo videtur, in advocato idem fore probandum, ut secundum in actis deducta, & probata pro parte tua pro- mulare ei liceat, quanvis aliunde de veritate in contrarium conscius sibi sit, sicut potest, & debet iudex, secundum allegata, & probata judicare, quanvis veritas in contrarium illi aliunde innotescat ut privato, & non ut iudici, *juxta l. illicitas §. de iur. iud. ff. de offic. praesid. ubi tradunt gloss. & scribet.*

*l. i. §. C. ut quae desunt advocat. part. jud. sup. ord. lib. 2. tit. 66. in princip. Canonistae m. c. 1. de offic. ordin. & in c. pastoralis §. quia vero de offic. delegat. Clar. in practis. criminal. quest. 8. n. final. versic. de p. ne. & quest. 66. n. 2. Card. Tusch. practis. crim. iur. tom. 4. conclus. 398 iter. 1. & multis cō- Covar. lib. 1. varior. resol. c. 1. ex n. 4. ubi pluribus pro hac sententia citatis frequen- tiam, ait ex alijs quos refert. & ultra citatos eandem tenet *specul. tit. de sententia §. qua- num. 1.* ubi ponit casum de quodam, quē testas Bononiens. stans ad fenestram vidit occidere: & quia ille homicidium à*

le commissum negabat, nec aderant probatio- nes quaestioni eum subicere voluit ad eruendam veritatem, & ait *specul. Azor. Hostiens. & Accurs. consulti responderunt*, quod hoc facere non poterat, *per d. §. veritas ejusdem casus meminit Paul. consil. 299.* Vila inquisitione num. 8. vol. 2. ubi inquit, quod per Dector. Bononiens. consultum fuit, quod ille, quem potestas vidit alterum occidere, deberet absolvi, si coram eo tanquam coram iudice homicidium confessus non est, nec per testes legitimè probatur; idem probant alij quos refert, & sequitur Covar. *d. c. 1. nu. 8. in princip. Clar. locis supra citatis, Tusch. d. conclus. 398. num. 11. de quo idem Paul. in l. 2. ff. de in litem jurand. & las. ibi num. 8.* casum aliū magis dubitabilem ponit, videlicet, si iudex vidit, quod Seius occidit Caium, & in actis probatur contra sempronium, ita ut tormentis sub jici debeat, qui tormentorum metu se occidisse confitetur, & ratificat, & posse eum iudicē absque peccato condemnare, est communis sententia, *ut ex Imol. Clem. pastoralis §. quia verb. num. 49. de offic. delegat. & in c. 1. num. 13. versic. autem timeret, de offic. ordin. refert. clar. d. quest. 66. nu. 2. versicul. sic etiam, si iudex, & illo citato Tusch. d. conclus. 398. num. 12. In hoc tamen casu ait las. d. num. 8.* quod Theologi & Canonistae discordant, & ipse in illo saniorē dicit videri illam sententiam, quod iudex faciat se ab officio removeri, & alio subrogato iudice in testem interrogari: Qua tamen sententia in casu proposito non satis consultum videtur, si nulla alia contra eum, qui homicidium commisit probatio extet, quam singulare, unius hominis testimonium: id enim ad absolutionem illius, qui de crimine in actis convictus legitime est, sufficiens non erit: & ad condemnationem alterius qui verè deliquit, multo minus valebit: quia unius testimonio non statuitur in iudicio etiam si praclaræ curiae honore praefulgeat *l. iurisjurand. C. de testib. cap. licet universis, extra eodem titul.* Alij vero dicunt, quod potest iudex hoc casu intare apud Principem, aut superiorem, ut ipse exoneretur ab hujusmodi iudicio, & causa alteri delegatur, vel ipse deleget, & ita esse communem sententiam *ex Imol. d. §. quia vero num. 49. in fin. tradit Clar. d. question. 66. n. 2. ad fin. Tusch. dict. conclus. 398. num. 13.* Sed multo minus sic innocenti provideretur.

11 Quare, si talis occurrat casus, ne pereat scilicet innocens falso convictus consulto, a gis iudicem facere, reor, si principē adeat, qui secundum quod iudici, pro probitate atque exitimatione illius, credendum, in animum suum duxerit, causam terminari, jubeat, circa eum quae acta damnant, iuxta probationem illorum: hoc



hoc enim Supremo Principi licere debet, qui propter personæ, dignitasque suæ eminentiam actis non est astrictus, sed secundum propriam privatamque suam conscientiam judicare ei licet, limitata in eo cōmuni sententia, & conclusione *tex. d. l. illicitas §. veritas, ut tradit Cyn. in l. unic. col. 2. versic. pro hac quæstione C. ut quæ desunt advocat. & Bart. ibi in fin. ubi, ait quod Papa, vel Imperator, vel alius dominus cujus dictum pro lege habetur in territorio suo, secundum conscientiam suam judicare debet, & alias peccaret, & subdit, quod ita dicunt Theologi las. in d. l. 2. in fin. ff. de m. lit. jur. ubi scripsit, quod Papa, & Imperator, cum sint supra legem, debent judicare, secundum quod Deus judicaturus esset allegat Bald. in l. final. in princip. C. de jure deliberand. ubi num. penult. hoc dixit de Theologis in foropænitentiis, Covar. d. lib. 1. c. 1. num. 7. ad fin. Menoch. respō. 2. causæ Finariens. art. 2. num. 7. & alijs citatis Mastill. de magistratib. 1. part. lib. 3. c. 4. num. 40. cum sequentib. idque lege nostra expressum habemus in ord. d. tit. 66. in princip. cum itaque Princeps secundum propriam conscientiam judicare possit, ac debeat, propter personæ suæ excellentiam cui hoc credi debuit, & quia supra legem est ut inquit Doctor. & ord. nostra loco citato, non abs re erit, in casu proposito absolvere cum, tametsi acta illum condēnent, quem pro innocente habet habita fide judici viro bono, quasi sic Princeps ipse judicare vilis sit secundum propriam conscientiam, viri probi conscientia sibi patefacta informatam quantum ad id latis. Et hoc quidem, ut innocens absolvatur; ad condemnationem vero illius, quem judex de crimine commisso defert, se tanquam privato vidente, non satis erit apud Principem ejusmodi notio; esset enim testimonio unius, hominem damnare jure divino repugnante quod supra Principem est. Quinimō nec debere principem condemnare reum, quæ privatim ipse verè scit deliquisse; acta tamen nocentem non probant, tenet Covar. d. c. 1. num. 7. in fin. subdens tamen, nisi delictum ita atrox ac perniciosum esset, ut maxime conveniret reipublicæ, ejus authorem publicè puniri, sequitur Matienz. in Dialog. relator. 3. part. 1. cap. 42. numer. 3. Morl. in empor. jur. 1. p. titul. 2. quæst. 2. numer. final. Mastrill d. cap. 4. num. 46.*

12 Non inquam, obstat quod in india traditum extat, quominus abstinere se debeat advocatus conscius de veritate secundum propriam conscientiam: est enim inter judicem, & advocatum manifesta differentia ratio; quia judicis officium autoritate, & utilitate publicum est; & ideo in illo judex agere debet, secundum quod exigit publicum ipsum jus: exigit

vero jus publicum, ut non exemplis sed legibus judicetur, l. nemo judex C. de sententi & interlocut. omn. indic. Porro, si legibus est judicandum, secundum allegata & probata tenenda est sententia, id namq̄ leges proclamant, at vero advocati officium, autoritate quidem publicum est, utilitate vero privatam, ut supra tradimus cap. 5. nimium ergo, si quando mutatur quod utilitate privatam est, secundum privatam sui ipsius dictamen conscientia agere in illa se debeat. Deinde judicis officium necessarium est à quo absq̄ legitima reculationis causa abstinere se non debet, & ideo, cum judicare necesse habeat, secundum allegata, & probata causam decidere debet, & non secundum quod ut privatus novit, cui ut privato judicandi mutatur princeps non credidit, at vero advocatus tunc tenetur injustæ causæ patrocinium suum impedire, sed ab ea omnino debet abstinere quod facile potest, ut pro ratione differentia in proposito considerat Burgens. in proam. leg. Titul. n. 269. inter judicem, & advocatū, injusta autem apud eum est, non solum quam legibus sed etiam quam propria conscientia non ignara facti, injustam esse, agnoscit: ab illa ergo abstinere debet qui injustæ patrocinari non vult.

13 Sequens quæstio est de illo qui judicio convenitur, quia vere debet quod ab eo in judicio exigitur, sed quia fori privilegium habet illo uti vult objecta declinatoria exceptione. In qua quæstione resolutive dicendum est, quod si conventus damnum aliquod patiat in iudicio suo, non declinato iudice, verbi gratia quia clericus est, & coram iudice laico convenitur, vel forte iudex suspectus est, & si consentiat in illa quavis non ad aliud, quam ut debitum pro quo convenitur, coram eo confiteatur, non potest postea in causis eundem ex pristina suspitione causa recusare, in casu isto, aut alio simili si exceptionem objicere poterit advocatus nonne illius, si vero nullū juris sui detrimentum conventus patiat, excipere non poterit: quia enim exceptio ipsa in se justa sit, tamē quæ non aliud illa prænditur, quam justam de exactione differre, ad finē injustum exceptio objicitur, & medio justo non excusatur, quia sine illi malum, & injustum illo utitur, ut in proposito tradit Caietan. in summ. verb. advocatus circa imr. Medina Salmanticens. in tractator. confessor. cap. 16. §. 4. circa mutacionem quo eo citato transit Guier. practica lib. 1. quæst. 29. numer. 1.

14 Per contrariū quæritur, an liceat in trono justam causam defendenti, moratorij justique exceptionibus, & cavillationibus differendæ litis causa, atque ad cludendas



versarij cavillationes, & technas *Gloss. in c. en-*  
*pentes verb. malignantium, de elect. lib. 6. affirma-*  
*tive tenet; ait enim, quod qui habet jus in prin-*  
*cipali, cavillationes, & malitias adversarij po-*  
*test per alias repellere, nec videtur fraudem fa-*  
*cere, qui fraudem excludit, l. cum pater §. Titio,*  
*in fin. ff. delegat. 2. idem tenet gloss. in c. Dominus,*  
*verb. ex insidijs 23. q. 2. ubi ait, quod si advoca-*  
*tus habet justam causam licite decipere adver-*  
*sarium suum tradit Sylvest. in summa verb. ad-*  
*vocatus m. 6. Tiraquel. de utroque retract. in præ-*  
*fat. nu. 70. ubi alios citat, & pluribus citatis Co-*  
*var. lib. 1. variar. c. 2. nu. 1. ubi late prosequitur,*  
*Perez p. 2. tit. 19. lib. 2. ordin. in gloss. magna col.*  
*1. versic. sed dubitatur Burg. de Pace, d. proæm.*  
*leg. Taur. num. 271. Alphons. de Azeved. l. 2.*  
*num. 7. titul. 16. libr. novæ recopilat. post eos*  
*Bovadill. in politic. libr. 3. cap. 14. num. 64.*  
*in fin. tom. 2. & est communis Theologorum asser-*  
*io.*

15 Quam tamen sic accipiunt omnes, ut  
 oblique mendacio & falsitate liceat advocato  
 justam causam tuenti cavillationibus uti, de  
 quo D. Thom. 2. 2. quest. 71. art. 3. in fin. Ad-  
 vocato, inquit, justam causam defendenti licet pru-  
 denter occultare ea quibus impedire posset processus  
 justus, non autem licet ei aliqua falsitate uti. Et in  
 luce belli idem docet quest. 40. art. 3. & pro-  
 bant omnes, quia mentiri nunquam licet, nec pro  
 salute hominis nec pro totius reipublicæ utili-  
 tate, cum sit intrinsicè malum, c. nequis & c. faciat  
 in 2. 2. quest. 2. atq. ita, nec pars nec advoca-  
 tus quantumvis justæ causæ defensor sit, poterit  
 mendacio uti ad victoriam illius absq. peccato;  
 tamen in casu isto mendaciū etiam in judi-  
 cio prolatū, non plusquam veniale peccatū, dū  
 modo sine juramento proferatur; si enim cum  
 juramento sit, mortale semper erit, à quo nec jus  
 in causa, nec parvitas materiæ excusat propter  
 juramenti religionē, & ita post alios tenet Covar.  
 d. c. 2. n. 2. in fin. Emman. Rodr. in summ. c. 2. cō-  
 clus. 5. part. 1. Cavendum itaque à mendacio  
 semper est, etiam si illo uti, necesse esset ad jus-  
 tæ causæ defensionē, & multo magis abstinere  
 quique ab illo debet in articulis ad testiū in-  
 terrogationē formatis quo casu mortalis pecca-  
 ti reus erit advocatus quantumvis justæ causæ  
 patronus sit & non juret ipse; quid enim aliud  
 est, mendacem astruere articulum super quo  
 testes præstito juramento sint interrogandi,  
 quam perjurij, aut perjuratorum multorum præ-  
 bere scandalum? *Vae autem homini illi per quem*  
*scandalum venit, Matth. 18.*

16 Precedentem autem cōmunem senten-  
 tiam, quæ advocato justam causam tuenti, ca-  
 villationibus, & calumniosis exceptionibus,  
 oblique mendacio tamen & falsitate, uti permit-  
 tit, restringit Covar. d. c. 2. num. 1. versic. quo-

rum pauci, ut procedat casu, quo advocatus his  
 uti necessarium esse duxerit, ad alterius cavil-  
 lationes tute effugiendas, vel victoriam in lite  
 consequendam. Ego quidem primo, commu-  
 nem sententiam non ita large accipio, ut ex illi-  
 mē, licere advocato, cavillationibus, morato-  
 rijque exceptionibus uti in quacunque causa,  
 quā justam arbitratus patrocinio suo tueatur; si  
 enim hoc diceremus, latam calumniarū, atque  
 procrastinandarū litium aniam præberemus,  
 quod absit, cū ergo cum cōmuni dicimus, lice-  
 re advocato justā causā defendenti, talibus uti,  
 de causa ita justa intelligimus, ut justitia illius  
 dubia non sit, sed certa, & constans doctorum  
 judicio.

17 Sunt enim in proposito duo justæ causæ  
 casus, seu gradus cōsiderandi; unus quando cau-  
 sa ita ex parte una justa est, ut absque contro-  
 versia non sit propter varias doctorū sententias  
 & peritorū judicio contraria quoque pars pro-  
 babiliter teneri possit; quo casu utriusque par-  
 tis advocati juste patrocinantur; potest enim  
 causa dubia licite ac conscientia tuta defendi  
 secundum Theologos ut tradit Burg. de Pace  
 in proæm. leg. Taur. num. 399 cum sequentib. ubi  
 late prosequitur, & ait, quod nullum adversaræ  
 sententiæ in scriptis ad stipulari adinvenerit, &  
 si studiose, instanterq. quæsierit, & ex Innoc. a-  
 lijs in c. ne in iustis de constitution. & in cap. per tuas  
 de simon. & alijs tradit Dec. in Apolog. pro juris pru-  
 dent. c. 22. de offic. consulentis n. 15. qui numer. se-  
 quenti subdit hoc casu sequendam fore magis  
 receptam opinionē & si non apareat cōmunior  
 putat eam sequi debere consulentem, in quā  
 magis inclinatur ejus cōscientia, & pro qua ipse ju-  
 dicaret, & n. 17. ait, quod in suscipiendis causis  
 etiam justis neque debet esse nimium facilis, ut  
 M. Antonius, neq. morosior, & durior, ut Craf-  
 tus; si enim in utroq. peccabāt, ut monet Tull.  
 in Oratore. & relato Burg. loco citato, atque etiam  
 Ioan. Gutierr. qui illum retulit, practic. quest. tom.  
 1. lib. 1. quest. 26. num. 2. causam dubiam posse  
 licite defendi, ex Theologorum sententia tra-  
 didit Bovadill. politic. lib. 3. cap. 14. nu. 71. ad fin.  
 tom. 2. & esse communem ac certam conclusio-  
 nem dixit Villalob. in summ. tract. 1. difficult. 14.  
 conc. 2. & ex unanimi Thomistarū placito Petr. de Le-  
 delm. in sum. 2. p. tract. 8 c. 16. cōc. 6. dubitat. 1. qui  
 dubitat sequenti post Emman. Rodr. in sum. 1 part. c.  
 2. cōclus. 2. & alios idē probat etiā ad minus pro-  
 babilē causā dū modo clientulum de hoc admo-  
 neat patronus; præterquā si causa gravis sit, &  
 multo magis si criminalis, in qua docet, actorē  
 minus probabilē causam sectantē adversus reū  
 probabiliori inhaerentē, non posse ab advocato  
 sine peccato juvari; de quo Emman. d. c. 2. cōclus.  
 3. Villalob. loco citato conclus. 4. Ledesm. loco  
 citato dubitat. 3. ubi ex communi Thomis-



harum hoc tradit & cum Sot. de justit. & jure lib. 5. quæst. 7. art. 5. ita distinguente tradunt Burg. loco citato, num. 421. Gutierr. d. lib. 1. quæst. 27 num. 1. qui tamen cum Sot. ipso fatentur, periculolum esse, causam minus probabilem tutari. In prædicto, itaque, causæ justæ casu, seu gradu ita advocato patrocinium suum impendere licet, ut à calumniosis se abstinat exceptionibus nam cū in casu isto adversa quoq̄ par justè litiget, calumniosis exceptionibus jus quod habet ad causæ prosecutionē interverte re, aut etiam judicialē illius terminationē differre, ultra quā leges sinunt, non licet adversario, nec patrono illius.

Alter casus, seu justæ causæ gradus est, quādo de justitia illius certo constat, ita ut pars adversa nec ratione, nec autoritate munita litem instauret, & in isto casu communis sententia de qua supra est accipienda, ut nempe, in illo conscientia tuta possit advocatus cavillositas & moratorias objicere exceptiones absque mendacio tamen & falsitate, ut traditū est supra; idque non tantum, quando sic expedit ad evitandas adversarij cavillationes, aut ad victoriam in lite consequendam. ut aoespit Covar. d. lib. 1. c. 2. nu. 1. sed etiam si ad causæ victoriā ejusmodi exceptiones nullatenus conducant, nec quicquam aliud, quā lite, seu litis decisionem retardare, & impedire, illis intendat advocatus illis ut poterit, & quanvis eo animo utatur, ut adversarius diuturnæ litis tædio vexatus causam deferat, etenim, quanvis causæ victoria certa sit attenda juris dispositione, expedit tamen, eam litis eventui non exponere, qui dubius est etiam in bona causa. *quod debetur ff. de peculio.* Unde advocatum me nec *specul. titul. de advocato §. nunc tractemus num. 9. versicul. caveat autem,* ut causæ victoriam clientulo non re promittat, sicut faciunt, inquit, medici super bē salutem pollicitantes *cap. quoniam, versicul. & licent 88 distinct.* & quia de duce belli ad advocatū argumentatur Covar. loco citat. nos quoque pro hoc quod dicimus de exceptione opposita in causa justa solius differendæ litis animo, & intuitu argumentari possumus de illo Romani exercitus duce Q. Fabio Maximo, qui Ennij carnine laudatur, non quia præliando, sed quia cunctando restituit rem, atq̄ enim relatus à Tullio in *lib. de senectute.*

*Hic homo in nobis cunctando restituit rem.  
Non ponebat enim rumores ante salutem.*

18 Quia verò non semel diximus in quæstione præcedente, advocato nunquam licere, mendacio, aut falsitate uti, & si ad justæ causæ victoriam uti velit, ex hoc resolvitur quæstio de casu apud nos frequen-

tissimo, qui est de mendacio asserto ad impetrandam securitatis chartam, quæ expeditur, ut is, qui summario præmisso examine & absque citatione illius, de crimine culpatur, ex quo secundum leges patrias capiendus statim sit, & in carcerem mittendus ad finalem utque, ac plenariam causæ cognitionem non capiatur, sed è carceribus liber innocentem se plenario judicio ducere possit, non tamen ejusmodi decreta ab his, quibus ejus rei potestas est, expediuntur, nisi impetrans aut crimen sibi impositum neget, & propria defensionis causa commississe affirmet: sæpius me vero contingit, ut qui hujus rei causa advocatum convenit, proprio ore se de delicti aggressorem fuisse, profiteatur, quo cognito non posse advocatum mendacio uti ad impetrandum decretum, ex prædictis constat: nam ad impetrandam victoriam in causa justa, illi uti nequit, multo minus uti poterit ad impetrandam carceris exemptionem delinquenti quam lex, atque judex minister illius, aggressori delicti negat. Additur, quod etsi advocatus in causa principali pro delincente patrocinium ferre possit, non tamen cum mendacio ferre, illi licet; ut ad homicidæ causam, in qua de vita hominis agitur probat Burgens. in *prohem. leg. Taur. n. 270. quod conducit ad casum nostrum.*

19 Tota verò dubitatio in casu isto erit de qualitate peccati, an scilicet, veniale solummodo sit, an mortale; nam & in judicio aliquando simplex mendacium non plusquam veniale peccatū efficit propter materiæ parvitatē & ad præcedentis quæstionis casum cum aliis tradidimus sup. pendet ergo præsentis casus solutio à parvitate delicti, aut gravitate, super quo pars, à carceribus securum interim recondendit, & quanvis videatur, materiæ parvitatē considerari non posse in crimine, quæ lex statim delinquentem capi, & in carcerem detrudi, præcipit, solo summario examine præmisso antequā super eo pars audiat, ut mendaciū ad eludendam justæ legis sanctiōem tanquam in re gravi dictum, mortale peccatum secum semper involvat, contrarium tamen ostendū est, quia quod delinquens ab initio capit, & in carcerem detrudatur, non pœnæ stabilita à lege stabilitum esse, credere debemus, enim pœnæ causa stabilitū id esset, sequeretur quod ante sententiam, & ante partem auditam reus pro delicto puniretur, & ab executione pœnæ contra eū inciperetur, antequā condempnaretur, & etiam antequā defensionis facultas illi daretur: quod nullum jus patitur.

20 Dicendū est ergo, carceris detractione casu isto, non pœnæ, sed custodiæ causa à lege inductā fuisse, juxta ipsius carceris pri-



originem, qui non ad puniendos, sed ad custodiendos homines inventus est, si Vipiano credimus in l. aut damnatum §. solent ff. de pæn. Carcer. ait, ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet, bonus text. in l. 1. C. de custod. ror. ibi, *Ut excruciatio desit, & permaneat sub fide custodia*, ubi glossa notat, & constat ex definitione illius, quam tradit Bald. tract. de carcerib. l. 1. num. 2. ubi desinit, & ex eo Sebastian. Me. tractat. de definitionib. 2. part. definition. 30. num. 2. dicens quod carcer est locus securus, horribilis, repertus non ad pænam, sed ad delinquentium, vel debitorum custodiam: & hoc secundum jus civile, Pontificio namque jure etiam ad pænam deputatus est carcer, ut tradit Bald. d. nu. 2. per tex. in c. quavis de pæn. lib. 6. quam differentiam inter utrumq̄ probat idem Bald. & tradit Hieronym. Zanetini de different. jur. civil. & canon. different. 62. quam posuit sub n. 160. Simanch. de cathol. institut. tit. 16. num. 14. sequenti, ubi rationem assignat, Conrad. Brun. lib. 5. c. 12. nu. 2. & 4. cum itaque carcer non pænæ delicti, sed custodiæ delinquentis causa sit institutus, quod & ipsius verbi etymologia indicat, carcer enim, secundum Varron. lib. 4. de lingua latina, à coercendo dicitur, quia reum conjecti exire prohibentur, si pæna delicti talis sit, quæ reum de illo acculatum, & convictum de fuga suspectum non efficiat hominis executio in eo fieri possit secundum iudicis sententiam, materia ad casum de quo agitur, quæ est de solo salvo conducto obtinenti, quo securus à carcere reus audiatur circa delictum sibi impositum, levis erit æstimanda, si ita simplex in illa mendacium materiæ partitas à lethali crimine excuset, manens sub venialis reatu, alioquin, si pæna delicti ejusmodi, quæ illi obnoxium, si ante sententiam non capiatur, de fuga suspectum reddat, mendaciū, quam ex re gravi scienter dictum à lethali non excusabit, ultra restitutionis onus, si damnatum quodvis pars offensa inde sustinetur.

21 Prædictis, itaque, manet expeditum advocatum ab omni mendacio in munere sui ministerio abstinere debere. Nec unquam ei licet clientulum suum instruere in facti responsionibus contra veritatem, ut tradit Alberic. in c. 1. Codicis num. 17. gloss. in cap. 1. de confess. l. 6. quam singularem & à Doctorib. ibi secutam videt Perez lib. 2. ordin. tit. 19. libr. 1. in gloss. l. 3. in fin. Azeved. l. 2. num. 7. tit. 16. l. b. recep. & alijs citat. Barbof. ad ord. Reg. libr. 1. tit. 48. §. 15. & alias incidit in senatus Consultum libonianum, de quo mentio fit in rubr. ad leg. Cornet. de fals. & de senat. consult. lib. 1. tit. 1. secundum specul. tit. de advocato §. utriusque partis num. 6. & qui clientulo consulit, ut

instrumenta falsa producat, aut testes falsos, falsi pæna tenetur, l. falsi pænæ ff. ad leg. Cornet. de fals. tradit Azeved. d. tit. 16. l. 3. num. 4. & l. 2. num. 6. Unde Caccialup. tract. de advocat. quest. 4. num. 13. Veh illis, dicit, qui clientulo suadent, qualiter respondeant articulis, positionibus, seu interrogationibus adversæ partis, contra veritatem, ut obtineant in causa; subditque quod bonus, & prudens advocatus debet dicere clientulo suo, *si sic respondebis, perdes causam, si aliter, & contra veritatem, perdes animam*; sanè sermo hic sanctus est, sed cautè practicandus ita ut non omni clientulo, & absque delectu manifestandus semper sit; quid enim si talis est, qui de lucro eorum, quæ mundi sunt, magis sollicitus appareat, quam de animæ suæ salute? Huic certè non expedit dicere, quod si contra veritatem respondeant causam lucrabitur cum animæ suæ detrimento, bonus ergo & prudens advocatus timorato dicat, *Si sic respondebis perdes causam, si contra veritatem, perdes animam*; alijs verò, quos noverit, querere quæ mundi sunt animæ suæ oblitus, absolute & animose dicat, mentiri judici, fas nunquam esse, nec pro maioris causæ victoria, & commodo, quando illa inde pendeat, quid enim prodest homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Matth. c. 16

22 Dubitari rursus potest an liceat advocato, processum ante legis terminum à se expeditum, ad præfinitum usque terminum apud se retinere, cum nullum inde clientulo suo commodum sequatur, & adversarius in eo damnatum aliquod extrinsecum patiatur, videlicet, quia in loco judicij, maiores sumptus facit in alio domicilio habens. In qua quæstione resolutivè dico, quod contra justitiam non peccat advocatus in casu proposito; quia adversarius justè non exigit, exhiberi processum ante legis terminum; atque ita advocatus interim non exhibens, injustè non facit; peccat vero contra charitatem, quæ exigit, ut faciamus quod nobis non nocet, & prodest alteri Sed & a peccato isto excusandus erit, si clientulus illius residuo termini spatio frui velit post expeditum processum: non poterit enim advocatus invitum jure suo fraudare, quod ad totum legis terminum illi competit.

23 Diversa ratio est terminorum, qui minoribus in judicio restitutionis auxilio duplicantur: his enim, quia restitutionis beneficium minoribus non competit, nisi cum læsi reperiuntur l. nam & poster. §. si minor ff. de iure iurand. cum adductis per Cald. in l. si curatorem verb. sua facilitate C. de integ. restitut. minor. advocato uti non licebit, expedito processu in termino ordinario quantum res exigit, & si aliud deinceps terminum restitutionis auxilio impleat, injustè postulat



postulat, quia restitutionis auxilium implorat ad actum, in quo minor læsus non reperitur; contra justitiam ergo in casu isto peccatum illius erit; quod restitutionis obligationem damni, si quod inde adversarius patiatur secum involvit.

24 Ultimo peccat advocatus cum restitutionis gravamine acta processus ultra terminos à lege statutos retardando absque legitima causa: & si id ita agat tam suo clientulo, quàm adversario invito, in utrumque peccat, & utriusque ad damnum inde passio tenetur, sicut quando sine causa, retardandæ litis causa calumniosas objicit exceptiones; quod malum magnum est, & perniciosum valde, quod non solum diuturnioris litis damnum secum portat (grave utique damnum) sed & ipsius causæ damnum afferre, aptum natum sit, dum pars adversaria, quæ justam forte sustinet causam, eam nequit ad finem ulque sustinere, vel diuturnioris litis tædio, vel vexatione calumniarum, ac sumptuum dispendio attritus. Ex quo litium ambages, moras, & circuitus utriusque jus detestatur; quod per contrarium terminandis breviter litibus, & procuratis earum dilationibus ac technis prorsus exterminandis maxime invigilat, bonique iudices, atque advocati boni legem sequente in inidipsum invigilare debent; qua de re latè post alios Bovadill. *politicor. lib. 3. c. 4. num. 77. tom. 2.* Steph. Gratian. *disceptation. forens. c. 186. à numer. 57. tom. 1.* Barbol. *ad Ordinat. Reg. libr. 1. titul. 48. in init. num. 7.*

25 Et hoc supposito intrat quæstio de advocato, qui multis implicatus processibus propter clientulorum multitudinem ad eum concurrentium omnibus superesse ita non potest, quanvis excubias multas obleret, & oleum multum intumat, ut statutis à lege terminis acta expedire, atque exhibere in iudicio possit, an scilicet, legitimum id præstet impedimentum, quo à peccato, atque à restitutione damni, si quod sequatur ex retardatione processus ultra legis terminum, excusetur. In qua quæstione cum distinctione respondendum fore cenleo; aut enim in foro alij versantur advocati idonei ad litium expeditionem, quantum res exigat, quanvis tota die, vel magna illius parte sint otiosi, quia non est qui conducatur eos, vel in loco iudicij advocati alij idonei non sunt; primo casu non excuso illum qui multitudine processuum, ac clientulorum, oppressus omnibus superesse nequit intra leges terminum: nam etsi diligens sit in muneris sui ministerio, & præ negotiorum copia implere omnia statuto tempore non valuisset, unde videbatur excusandus, quasi per eum non stetit, tamen verius dicitur, impedimentum

ex clientulorum turba proficiscens, non esse legitimum utpote, non necessario, sed voluntarie proprii lucri causa assumptum, atque ut per eum stare, quominus legis termino satisficeret, qui plura suscipit negotia, quam quibus debito tempore superesse ipse possit.

Vnde, non est ferendus qui cum alterius damno locupletare se ipsum contendit, nam in natura æquum non est, *l. nam hoc natura ff. de condict. indebit.* Nec item excusandus erit, si dicat, posse compelli à iudice ad suscipienda negotia ad quem pertinet, litigatoribus de advocato providere *l. 1. §. initium versic. An præter ff. de postuland. l. providendum versicul. si quis vero C. eodem titul.* refellitur enim excusatio ista, primo; quia quæstio non procedit in illo qui à iudice compulsus est, sed qui voluntarie plura sub patrocínio suo negotia suscepit quam quæ intra legis terminos expedire valeat, si id ita eveniat propter bonam de illo in populari opinionem, sive quod deterius est, quodque nullam habet excusationem) clientulorum turba eum non quærat, sed ipse certo quocumque negotiationis genere, seu artis industria, illos potius quærat, atque ad se sic conquisitos trahat. Respondetur deinde iudicem non posse advocatum cogere ad plura suscipienda negotia, quam quibus superesse possit debito tempore cum alij in civitate sint inter quos, quæ alijs superabundant, commode distribui possunt, & si iudex advocatum cogeret in casu isto, justam excusationis causam causidicus ipse haberet quam dū tacet, volens, ac propriam causam suscipere, credendus erit: quod ei non licet cum detrimento alterius, qui iuste postulat in legis termino exhiberi processum: ex quo patet, peccatum in casu isto contra justitiam esse, quod restitutionis onus secum trahit.

Denique, pro parte ista nova Benedicti constitutio, *qua incip. Decens, & necessarium est, m. cuius meminit Ioan. Andr. in addit. ad speculat. titul. de advocato §. 1. num. 11. luer.* quæ inter alia de officio advocatorum præcipit, ut curiæ advocati abstineant à multitudine causarum, ratio constitutionis ea esse videtur, quod pluribus intentus minor sit ad singula sensus, quod proprii clientuli damnum concernit: sive etiam ne ultra legis terminum acta processus retardentur, quo adversarij, ac proprii etiam clientuli detrimentum secum fert aliquando, & nūcupatim, quod advocatus, qui plura suscipit negotia tam etsi iusta sint, sicut medicus qui plures in firmos curandos suscipit, peccat mortaliter contra justitiam, tradit Petr. de Ledelm. *in summ. 2. part. tract. 8. c. 26. c. 26. ubi ait, eum qui ita suscipere paratus sit, in statu peccati mortalis manere, & quod h.*



alij docent Authores. Quod sic in casu isto tenendum cenſeo ex una, aut altera ratione pro-  
prie adductis, aut etiam quia non raro con-  
current, ex utraque ſimul.

26 In altero vero casu, quando ſcilicet, in  
loco iudicij advocatorum penuria eſt, ita ut  
non ſint, qui caſas quæ alij expedire non pol-  
ſunt intra legis terminum propter multitudi-  
nem earum, agere idoneè poſſint, dicendum  
erit licere advocato, ſulcipere omnes patrocini-  
o ſuo oblatas, tametiſi ad expeditionem eo-  
rum, legis terminum transgredi neceſſe habeat  
quia in casu isto legitimè impeditus apparet

multitudine caſarum, nec quidem impedi-  
mentum voluntariè aſſumptum reputabitur,  
quod ſubire, neceſſe habet, & à iudice compelli  
potest, cum non ſint alij, quorum miniſterio  
committi poſſint, quæ ſuum ſuperant. Cum  
autem caſus hanc evenerit, eas caſas in expe-  
ditione præponere, atque alijs præferre debet  
advocatus, quarum moram maiores ſumptus,  
& incommoda litigatoribus ferre, perſpexerit.  
Hæc de advocato erga clientuli ſui adverſariū.  
Conſequenter nunc ſequenti capit dicendum  
erit de advocato erga adverſarij advocatum.

C A P. XI.

S V M M A R I A.



Advocati invicem legibus, non  
probris certare debent.

2. & 3. An advocatus u-  
nius partis, ab altera rogatus  
de patrono cui cauſam ſuam  
committat, conſulere ei poſſit  
quem adeat patrociniſi cauſa.

Advocatus in cauſa criminali pro accuſatore, pæ-  
na ſanguinis ſecta irregularis efficitur.

Proteſtatio advocati, quod pænam ſanguinis non

ſentendit, ipſum non excuſat, quonvis talis pro-  
teſtatio excuſet accuſatorem, & differentiæ ratio  
aſſignatur, ibid.

Irregularitas non contrahitur ex cauſa remota, qua-  
lem præſtat qui edocet de perito advocato ad ac-  
cuſandum in cauſa criminali unde pena ſanguinis  
ſecta eſt; item prælatus qui ſeculares iudices cõ-  
ſtituit ad decernendas cauſas criminales in terris  
ſuæ iuriſdictionis, d. numer. 4. verſicul. Ni-  
hilominus.

C A P. XI.

De advocato erga adverſarij advocatum.



Atronus caſarum, pro ſua  
unumquemque parte ſtre-  
nue legibus, ac legum argu-  
mentis ad invicem decerta-  
re, honorificum eſt, & è  
munere eorum alienum ve-  
ro ab illo eſt, acerbum val-

talia non proponit injuriandi animo, ſed juris  
ſui conſervandi cauſa.

2 Aliquando, nec id raro, evenit, ut utra-  
que pars eundem adeat advocatum patrociniſi  
cauſa: quæritur modò an poſt priorem admit-  
ſum, poſtერიorem eam ob cauſam irrejectum a-  
mico ſuo commendare, ei liceat? In qua quæ-  
ſtione, ut certa à dubijs ſeparemus dico pri-  
mo, quod ſi amicus ad patrociniſium in cauſa ſe-  
rendum idoneus non eſt, vel parum idoneus,  
non licet advocato, ad eum patrociniſi cauſa  
mittere adverſarium clientuli ſui illius rei igna-  
rum: & qui contrarium fecerit peccat, & ad  
reſtitutionem damni tenetur, ſi quod inde ſu-  
beat adverſarius quem in re gravi feſellit ami-  
cigratia, & propter lucrem illius; quod ei non  
licuit cum jactura alterius. Certum item eſt,  
non peccare advocatum, qui ab adverſario ro-  
gatus de ijs qui in foro laudabiliter operam na-  
vant, aliquos ſpecialiter nominat ut alijs præſi-  
tatio-

atque literarum profeſſione proſus indig-  
num, à legibus ad probra venire, atque aliquã-  
do etiam interacta proceſſus injurioſis ſcriptis  
literarum convitiari. Quid dicam de hoc?  
Non aliud, quam inde injuriarum naſci occa-  
ſionem, unde jura naſci oportuerat, contra id  
quod habetur in l. memnerit C. unde vi, tradit  
verſicul. titul. de advocato. §. Iam nunc videndum,  
num. 2. ubi advocatos monet, ut non probris,  
ſed legibus content, & quod unus alteri, nec  
parti illius contumeliã dicat, & ſi aliquando  
robata objicere neceſſe fit, ſubdit in num. ſe-  
quenti, quod objiciat facta proteſtatione, quod



tantiores qui vere ita sint è quibus ille præli-  
gat, cui causam suam defendendam commit-  
tat: nam in hac specie nec adversarium fal-  
lit, nec susceptum clientulum jure suo modo a  
hquo fraudat: atque ita in neutrum peccat in  
casu isto.

3 Tota ergo dubitatio versatur in casu,  
quo ab adversario rogatus, aut etiam non ro-  
gatus, ille certum aliquem nominat è numero  
nobilissimorum ad cujus patrocinium rogan-  
tem se remittit. Et videtur, quod id non liceat,  
quia evenire potest, ut ex eo deterior reddatur  
clientuli sui conditio ad causæ victoriam, ad  
quam magis expedit, sagittas parvulorum ex-  
periri, quam tela gigantum. Rursus, quod per  
se facere non potest adversus eum, quem sub  
patrocinio suo suscepit, nec per alium potest:  
at vero, qui adversarium illius instruit de solet-  
te ac valde perito patrono, quem ad causæ de-  
fensionem sibi eligat, facit, ut per hunc ipsum  
lis ex parte illius melius ordinetur ad causæ vi-  
ctoriam, quam si adversarius litigaret sub pa-  
trono non ita erudito igitur: quemadmodum  
ille non potest adversario loca juris manifestare  
ad causæ suæ instructionem, ita etiam non po-  
test eum remittere ad alium, qui hoc æquè  
bene faciat. Pro parte vero affirmativa facit  
quia advocatus, in eo quod adversarium clien-  
tuli sui de patrono decet, quem concepta de  
eo opinio, ac meritum in foro commendat, nec  
commissa sibi causæ secreta revelat, nec per se  
aut per alium juvat adversarium in ijs quæ ad  
causæ victoriam natura sua subordinata sunt;  
nec denique, clientuli sui conditionem dete-  
riorem facit, quæ non pendet ab eo, quod  
adversarius præstantissimum habeat causæ pa-  
tronum, sed quod justitiam ipse habeat in illa,  
habeatque prosequi judicem de illa edocere  
bene erit. Atque ita pars ista tenenda erit,  
praesertim quia ferpulosior nimis contraria ap-  
paret. Et ad fundamenta pro illa adductum  
respondetur, ad primum, commissæ sibi causa  
conditio deterior non efficitur, ut diximus, at-  
tenta rei natura, secundum quam causæ vic-  
toria pendet a justitia ipsius. Ad secundum  
respondetur, quod advocatus nec per se, nec  
per alium juvat adversarium, quia nec per se  
eum instruit de jure, aut facto quod ad causæ  
illius defensionem conducit, nec per alium,  
quia loca juris, aut facti merita quibus causa  
illius instrui convenit, alij non aperit, qui pro  
eo alleget; at verò mittere ad peritum qui loca  
ipsa non ignoret, non est allegare per alterum  
in causa adversarij, & remotum illud est à præ-  
statione auxiliij & consilij ad causæ victoriam  
idcirco culpandus de hoc non erit, quod ad in-  
dagandam rei veritatem magis pertinet, & ut  
illa partium assertione patefacta, jus suum

cuique tribuatur.

4 Pulchra autem quaestio erit, an is qui  
alium accusare volentem in causa criminali, re-  
rogatus, ab eo de avvocato ad id idoneo, edoce-  
peritum quendam, ac in praxi criminalium ca-  
suum bene expertum, irregularis efficiatur  
si ex accusatione, patrocinante illo quem ac-  
cusatori notum fecit, pena sanguinis secuta  
est. In qua quaestione pro parte affirmativa  
facit, quia advocatum ipsum in isto casu irre-  
gularitatis censuram incurere, non ambigitur,  
adeo ut, & præmissa protestatione pena  
sanguinis detrectante, nihilominus irregularitas  
maneat pena sanguinis secuta; quod non  
contentu receptum esse, tradit Covar. idem  
casus in clement. Si furiosus, de homicia. 2. par. 1.  
5. num. 5. Emman. Rod. in sum. m. cap. 10.  
conclus. 12. tom. 1. quanvis talis protestatione  
cusatorem ipsum excuset à pena irregularita-  
tis, ut omnes agnoscent, & differentia ratio  
est, quia advocatus alienum negotium gerit  
idcirco protestatione non excusatur, quæ tu-  
demum prodest accusatori, quando suam, litem  
rumve causam prosequitur: cum itaque in ca-  
su prædicto irregularitatis censura afficiatur  
detur, quod eam non evadat, qui accusare vo-  
lenti, de avvocato providit consilio suo, de-  
f. quem ut ad accusandum idoneiorem eligeret  
debisset: videtur enim in hoc illum juvasse  
penam sanguinis quam accusatione intendit  
atque secuta est.

Nihilominus tamen contraria sententia tenenda  
omnino est, quia irregularitas contrahitur  
ex causa ad condemnationem propinquam  
qualis reperitur in iudice quia accusatum ultimum  
supplicio damnat, & in avvocato, procuratore,  
teste, & notario quorum munus ac ministerium  
ad ipsum immediatè tendit & subordinatur:  
at vero, qui accusare volenti dicitur, non  
sit in foro peritus advocatus quem sibi ad accu-  
sandum elligat ille, accusatori non cooperatur  
nec avvocato in accusatione ipsa, quam nec  
filio, auxilio ve suo juvat & si in eo quod ad-  
vocatum apud accusatorem laudavit demerit  
peritia, & experientia, causam quam liberè  
titit, remota illa valde est ad penam  
accusatione secutam: idcirco qui tale  
præstitit, irregularitatis penam non incurrit  
sicut non incurrit qui consultus de peccatis  
minis ab alio peccatis; penam non oris, aut  
tulationis membri esse, respondet, secundum  
leges, quod omnes fatentur: quod  
item non incurrit prælatus, qui seculari  
judices constituit ad criminales causas  
cernendas in oppido suæ jurisdictionis  
quanvis si ipse per se eadem utens jurisdic-  
tione sit.



tionem sententiam diceret in causam languis, efficeretur irregularis, juxta text. in cap. final. ne cleric. vel monach. secular. negot. se im-

nusc. tradit. Abb. in cap. penult. numer. 10. extra eodem.

C A P. XII.

S V M M A R I A.



**T**raditur, qualem se vultu, gestu, & lingua exhibere debeat advocatus, & quod iudicibus humano, & divino jure debitus est honor.

Debitus iudici honor non offenditur per recusationem, aut appellationem a sententia illius, quantumvis interposita appellatio manifeste sit frivola, & frustratoria.

3 Appellans, & advocatus illius ab injuriosis verbis in appellatione debet abstinere, & non reputatur injuria, si dicatur, sententiam iudicis iniquam esse & injustam.

4. 5 & 6. De jure Regio Lusitaniae in convittatoris iudicium tam circa rem ad munus earum pertinentem, quam illud non attingentem, ad intellectum ord. lib. 5. tit. 50.

C A P. XII.

De advocato erga iudicem.



**Q**ualiter advocatus habere se debeat cum iudice, docet specul. tit. de advocato §. Hic dicendum, ubi late prosequitur, monet vero ibidem numer. 6. quod præcipue circa tria maturum se exhibeat, in vultu scilicet, in gestu, & in voce,

debet enim vultu affabilem, benignum, & jucundum præbere se iudici, & assistantibus, absque indilcreto tamen risu, gestu gravem, beneque compositum lingua moderatum, ita ut loquacitatis notam omnino estugiat, nec vocem plus debito deprimat, aut exaltet. De his eleganter Lancellor polit. de officio advocat. §. de eloquentia, versicul. Nunc advocatum, ubi sic ait, nunc advocatum sobriè dicentem requiro in affectato sermone, neque composita facie de industria ut gratior appareat, sed ut naturaliter se habuerit loquentem desidero. Non tamen illud excusaverim, si pravo more confirmatur, gestu ac motu corporis in gratioso, atque immodesto fastidium creare, si forsitan nimis faedeora detorqueat, si nimis temere manus efferat, ac digitos importunè erigat, si totum corpus in decore jactitet, ac se aliter moveat, ut potius gesticulantem præsentem irredeant quam audiant patrocinantem. Hic ille iudici verò ante omnia debitus honor servandus est semper, tum ad benevolentiam ejus promerendam, tum & maxime quia honor, & reverentia omni jure iudicibus debetur l. final. C. quando provocat. non est necesse, & ut debi-

tus honor, ubi gloss. & Scribb. de appellat. & Abb. ibid. notab. 1. ad idem dicit enim a Domino potestas eis, & virtus ab Altissimo, ut habetur Sapient. 6. & Princeps Apostolorum Epistol. c. 2. Subiecti igitur, inquit, estote omni humane creature propter Dominum, sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò honorum; cui concinit coapostolus ejus Paul. ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim Potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Secundum quæ apparet, quod humano, & divino jure honor iudicibus debetur.

2 Meminisse vero oportet, quod debitus illis honor, per appellationem non læditur, nec per recusationem sunt enim hæc remedia juris, quibus uti licet parti, & advocato illius; & qui jure suo utitur nemini facit injuriam, ut dicit juris regula; nec qui jure publico utitur, videtur injuriæ faciendæ, causa hoc facere l. injuriarum actio §. 15. qui ff. de injur. & in appellatione loquens est tex. optimus in l. & in maioribus C. de appellation. Nec enim, inquit, indrem oportet, injuriam sibi fieri, existimare, eo quod litigator ad provocationis auxilium convolavit. Hoc tamen in supervacua appellatione non ita se habet, illa, namque, injuriari iudicem, probat tex. in l. final. in fm. C. quando provocat. non est necesse, quam sic concordat cum d. l. & in maioribus gloss. utrobique & injuriarum actione iudici teneri, temere ab eo appellantem, ex Dec.



Et alijs in c. inter cætera, de appellatione tradit Ruginel. de appellat. §. 2. c. 4. n. 9. quod tamen Dec. d. c. inter cætera num. 1. versicul. & ad supradicta, in appellatione manifestè frustratoria, & frivola admittit, quia in illa, inquit, videtur appellans habere animum injuriandi, ex quo sibi talis appellatio non prodest, *argum. tex. in l. si quis de libertate, & l. penult. ff. de injur.* Ego quidem ex frustratoria appellatione, quantum vis frivola manifestè & notoriè illa sit, actionem injuriarum oriri, nullo modo probare possum; cum & in casu isto, non tam animo injuriæ judici inferendæ, quam differendæ litis causa, appellationem interponi, probabilior conjectura sit, quæ & experientia constat; Unde injuriarum actio non nascitur, ex quo de injuriandi animo non constat, *ut cum Menoch. conf. 109. nu. 1. tradit Lusitanus Noster Emman. Barbosa ad leg. Regni in remission. ad ord. lib. 5. tit. 50. §. 2.*

3 Debet autem ab injurijs verbis appellans, ejusque patronus abstinere, tamen si appellatio iusta sit, quia non licet provocanti, convitiari ei à quo appellat, & alioquin plectendus erit *l. illud ff. de appellation. ubi Paul. l. i. ff. de injur.* quemadmodum nec judici, appellantem ab eo injuriare, licet, *ut tradit gloss. in d. l. illud, ubi Paul. tradit, quod in isto casu arbitrio ipsius judicis plectendus erit appellans, & sine processu, cum injuria sit, sequitur Rugin. d. c. 4. n. 9. de quo Farinac. in praxi criminal. 1. part. quæst. 17 num. 45. Cardin. Tusch. practico. conclus. tom. 4. conclus. 402. liter. f. & alij citati à Barbo in remission. ad ord. lib. 5. tit. 50. in princip.* Sciendum verò est, injuriarum in casu isto non censeri, ex eo quod appellans ejusve patronus dicat, sententiam judicis iniquam esse, & injustam: sed si dicatur dolose judicem ita judicasse, per sordes scilicet aut alias corruptum, vel amicitia notum, aut corruptum, *ita Paul. d. l. illud in fin.*

4 Quod est observandum ad leg. nostras patrias quæ convitatores judicum puniunt, diversimode statuètes inter eum qui convitiatur judici super re ad munus illius pertinente, & qui super alijs, quæ ad munus illius non pertinent tanquam privato cuilibet convitiatur, quod in dubio præsumitur, *ut ex Bernard. Gravæ. ad practico. camer. Imp. lib. 1. conclus. 39. num. 5. tradit Barbof. ad ord. Reg. lib. 5. tit. 50. in princip. n. 4* in primo enim casu statuit ord. d. tit. 50. in princip. ut judex ipse offensus arbitraria pæna pro personarum, atque convitij qualitate conviciatorem puniat, quod convenit cum Pauli traditione *in d. l. illud.* quod tamen non procedit, quando in loco convitij adest judex alius superior: tunc enim punitio pertinet ad eum, *ut in ord. d. tit. 50. §. 1.* Nunquam tamen injuriæ causa reputabitur, dixisse quempiam iniquam esse judicis sententiã, nisi dolose ita judicasse

asseveret, *iuxta Paul. sententiam in d. l. illud, ubi venit ord. nostra d. tit. 50. §. final. ibi, on que se, maliciosamente algum erro em seu officio.*

5 In altero vero casu de quo loquitur eadem ord. in §. 3. non committit lex judici offensam injuriæ sibi illatæ punitioem; permittit verò injuriantem, quando ita gravis injuria sit, incipere detrudere, alias re ad principem delatum coram illo cõparere, præcipit delinquentem. Videtur autem lex, in casu isto durius præcipere delinquentem dum judici permittit, à captura incipere, cujus non meminit ad præcedentem casum, in quo ex natura maius committitur delictum, strictiori idcirco censura animadvertendum, propter honorificum officij ministerium, in quo judex offensus fuit. Quare, cum iudicio pensanda est lex, quæ in §§. præcedentibus in quibus loquitur de injuria muneris ministerium respiciente alternativè loquitur in injuria facta, aut verbis illata, sicut & in princip. ubi *in d. §. 1. & 2.* eundem semper dispositionis tenorem observat; at vero in d. §. 3. ubi agit de injuria, judicis officium non attingente, titolo utitur lex non enim alternative loquitur de injuria facta simpliciter loquitur, quasi ita, in casu de quo ibi non verbalè, sed realem solè modo offensam attendi velit, id est, non quæ in verbo, sed quæ facto iudicè lædit, ut si gravis sit, judex ipse offensus offendentem se capere, in carceribus mancipare possit, sin minus, ad principem remittat, pro rei qualitate punituram.

6 Ex quo ad priorem legis casum observandum est, quòd & in illo eadem capturæ facultate judex uti poterit, quãdo injuria illi irrogata, facti injuria sit, & gravis: quanvis enim in casu illo capturæ lex non meminisset, videtur tamen quòd à mente illius aliena non sit, quãdo facti offensæ gravitas id expostulet, ut in posterius legis casu, qui datis paribus terminis delinquentem non ita onerat, per contrarium vero, nec priori, nec in posteriori legis casu, propter injuriosa verba judici dicta, quanvis illum graviter lædant, à personæ captura incipere poterit, judex, quia verba legis de personæ captura, non ad dictam judici injuriam diriguntur *in d. §. facta autè injuria ibi illa intelligitur, quæ in injurioso facto irrogatur, & non quæ cõtumeliosè dütaxat verbis profertur; hæc namque, in lege nostra injuria dicta appellatur, ut alterna va oratio sæpe repetita in princip. & duob. sequentibus. & illud.* Quibus ultimo additur injuriã advocato illatam sui muneris causa non pertinere ad casum leg. Regiæ d. tit. 50. §. 4. *in capta dec. 214. n. 5. 1. part. tradit Barbof. ad ord. Reg. ibi, erit tamen ejusmodi injuria, ut tantum atrox æstimanda, ratione officij. & personæ, & gradus, ut dixit Cabed. d. n. 5. in fin.*



C A P. XIII.

S V M M A R I A.



Advocati militibus comparantur in jure, non tamen arma portant.

Filius famil. advocatus in ijs que ad vocationis ministerio acquirit, quasi castrensis peculij privilegij fruitur.

Advocatus pro debito ex civili causa contracto non tenetur ultra quam facere potest, sicut nec miles, nec clericus.

Multum privilegia que illis competunt propter præsumptam juris ignorantiam non competunt advocatis, alia vero competunt, versicul. Hoc tamen; num. 3.

Advocatus pro civili debito non est incarcerandus, sicut nec cælestis, nec armatæ militiæ milites incarcerantur, nec tali privilegio renuntiare potest advocatus. Quod & alia advocatorum privilegia malè moratis non competere, traditur.

In libris advocatorum non est facienda executio pro are alieno, etiam bonis alijs non extantibus, sicut nec in militum armis, quibus advocatorum libri comparantur.

& 7. Movetur difficultas de jure Regio, & solvitur, intellecta ord. 3. titul. 86. §. 23 seq.

8 Arma militum, communi juræ capi non possunt pro executione rei judicatæ, etiam si non adsint bona alia: idem in libris advocatorum, etiam stante jure nostro Regio.

9 Advocatis competunt privilegia nobilibus indulta.

Testimonij ferendi causa non compelluntur venire ad iudicium, sed mittitur ad eos tamquam ad egregias personas, versic. Rursus, d. n. 9.

10. & 11. Advocatus an testimonij causa super juris articulis, mercedem laboris in studio impensi recipere possit. Resolutio d. numer. 11. & 12.

Testi ministrandæ sunt expensæ quas facit testimonij ferendi causa, & lucrum cessans præstari ille debet, & quid de labore mercede d. n. 10. versic. sed est advertendum.

12 Testi spoliato à latronibus in itinere, quod testimonij ferendi causa agebat, damnum latrocinij non debetur.

13 Advocatus pro clientulo suo in testem produci nequit nisi in casu in quo ab adversario productus a quo cogi potest ad ferendum testimonium.

14 Advocatus pro delicto alijs commissso, in auditorio non est capiendus, nec scholaris in scholis.

15 Privilegia doctorum, an advocatis competant.

C A P. XIII.

De Privilegijs Advocatorum.



Advocati militibus comparantur ab Imperatoribus in l. advocati C. de advocat. diversor. judicior. ubi tradit communiter recepta secundum Palat. in rubr. §. 37. nu. 16. de donation. inter jur. & u-

gloss. in l. 1. §. est & alius, verb. cæperet ff. si à parent. qui manumiss. fueri. quam notabilem vocat las d. t. miles num. 9. tradit Iodoc. in Eucharid. pariam, verb. Advocatus, & miles, Perlador. lib. 2. ver. quoriatan. c. final §. part. §. 3. num. 23. ubi scripsit per tex. illum in d. l. advocati, advocatorum privilegia, non minora esse, quam militum, proindeque olim causidicorum statuas, non secus ac militum, equestres esse solere, Juvenalis, & Martialis testimonio comprobatur

ibid. post alios Bova<sup>d</sup> ill. politicor. lib. 1. c. 12 num. 81. non tamen advocati arma portant, ut ibid. tradit, sunt enim doctorum arma codices, & leges, ut dicit Menoch. de arbitr. centur. 4. cap. 394 num. 74. citato Puteo de re milit. verb. ar. impotens, in fin. quos & Decian. tom. 2. tract. crimin. lib. 8. c. 3. num. 40. ad idem retulit Bovadillo loco citato.

2 Hinc primo inferitur, filio famil. casarum patrono, in his que officij sui ministerio, & intuitu lucratur, quasi castrensis peculij privilegium competere, inlat castrensis, quod militibus competit in ijs que militiæ intuitu acquirit, ut cum alijs quos refert, probat Gratian. disceptation. forens. cap. 56 num. 34. tom. 1. quod privilegium consistit in libera peculij administratione cū dominio illius iam quoad proprietatem,



tatem, quam quoad usufructum *l. fori C. de advocat. diversor. judicior. cui convenit ord. nostra lib. 4. tit. 97. §. 18.* & in activa testamenti fac-tione *l. final. versic. de alijs autem C. de inofficis. testament. ord. lib. 4. tit. 81. §. 3.* de quo egimus in *commentar. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. 1. part. §. 7. num. 3. & 4. & num. 17.* & generale est, ut tenet *gloss. in l. 2. ff. ad senat. Consult. Macedon.* & nuncupatim loquens in quasi castrensi peculio ad- vocati *gloss. in l. miles qui ff. de re judicat. & in d. l. fori, verb. castrense, quam gloss. notab. dicit Cor- nel. Reninc id ipsum post alios tradens tract. de paupert. & eius privileg. quæst. 7. specialis 1. in iu- dicijs, num. 7. & 8. Cald. in l. si curatorem, verb. læsis C. de in integr. restit. minor. n. 98. & 99. ubi communem tradit.*

3 Secundo infertur, non teneri advocatū pro debito ex civili causa contracto ultra quā facere possit, & hoc enim militum privilegiū est, scriptum in *d. l. miles qui, & in l. item miles eod. titul. quod in causæ patrono æque probat gloss. d. l. miles qui, quia & ipse, inquit, miles est, similiter ac multo magis in cælestis militiæ mi- litibus, quia per eos inquit, divini numinis ve- niam speramus, & est communis traditio Bart. & Scribb. in *d. l. miles qui, ubi las. num. 8. & 9.* in *advocato loquens glossam sequitur, & communiter approbatam dicit, & in clerico tradunt Abb. & Doctor. in cap. Odoardus, de solution. las. in illo quoque communem dicens d. l. miles, numer. 11. & scripsi in commentarijs l. 1. 2. p. §. 4. num. 17. C. de sacrosanct. eccles. & in utroque miiste argumento ar- mati tradit Parlador. lib. 2. rer. quotidianar. cap. fin. 5. part. §. 6. n. 23.**

Hoc tamen privilegium in *advocato de fa- cto non servari, testatur Alberic. in d. l. miles, & Paul. ibi, Galpar Baet. tract. de inope debitor cap. 16. num. 151. versic. Notandum tamen, & num. 153. in fin. nec quidem verum putat Alber. ibid. & in d. advocati C. de advocat. diversor. judicior. in fin. ubi plus voluit, generaliter credens, quod privilegij militum in testamentis, & alijs non gaudeant advocati, quod in ijs probandum est, quæ armatæ militiæ militibus conceduntur propter præsumptam juris ignorantiam, quæ non cadit in advocatum, & ita tradit Paul. in *d. l. miles, Alex. ibi in princip. las. num. 9. Baet. d. num. 151. versic. Item advocatus, in alijs vero procedit gloss. sententia in d. l. miles, & communiter recipitur, secundum Alex. & las. ibi, & cum illa Ultramontanos tenere, fatetur Alber. ibid. quem solum contrarium tenere, scripsit las. d. n. 9. & nuncupatim loquens in privilegio ad- vocatorum, ne teneantur ultra quam facere possunt, gloss. illam in *d. l. miles, singulare vocat, & mente tenendam monet Suar. titul. de los govi-ernos, q. 5. num. 12. ubi, & duobus numer. sequen- tib. alio in propositum adducit, & communiter ap-***

*probatam dicit, & sequitur Azeved. in l. 1. num. titul. 16. lib. 2. novæ recopilat. subditque, non consuetudinem unquam in contrarium vici- se, nec jus Regium hoc corrigere.*

4 Tertio infertur, pro civili debito adre- catum non debere incarcerari, sicut nec ca- lestis, nec armatæ militiæ milites, & ita in *advocato tradit Angel. d. l. miles, num. 2. ubi in- quit, quod huic opinioni inhæreas tanquam æquæ, & quia facit pro nobis las. ibi num. 11. Roder. Suar. titul. de los goviernos quæst. 5. num. 13. Baet. d. c. 16. num. 150. Parlador. d. §. 6. 23. Azeved. d. l. 1. num. 4. novissime Phæbus decision. Lusit. 48. num. fin. Idque generale est in omnibus, quibus privilegio datum est, non conveniantur ultra quam facere possint, ut non habeant unde solvant, in carcerem de- trudi non debeant pro civili debito, ut tradit Baet. d. tract. de inope debitor. c. 3. num. 2. Barbo- post alios quos refert in *l. maritum num. 2. ff. de matrimon. idcirco talibus celsionis bonorum remedio ad evadendos carceres opus non est, ut ibid. per eos. An vero advocatus ejulceme- di privilegio renuntiare possit tradit Baet. d. 16. num. 153. affirmativam sententiam pro- bans, qui tamen fatetur, quod cum hoc al- quando in Regio Hispano tenatu controver- sum maxime esset negativa obtinuit, ut nec- pe, renuntiatio non valeret, cui sententiæ a- sentit noster Phæbus decis. 48. in fin. & illa quæ- dem non displicet, quia tale privilegium ad- vocato propter privatam concessum non est se- propter literarum, literariaque professionis ho- norem, qui carceris mancipatione laederetur, quando advocatus dolose non agit, sed verè lo- vando non est talisque ipse est, qui munere suo indignus non appareat: indigno enim præ mo- ribus suis, advocatorum privilegia non com- petunt, secundum Baet. d. c. 16. n. 147. & n. 151. versic. Eamque.**

5 Quarto infertur, advocatorum libri pro are alieno capi non posse, etiam bonis alijs non extantibus in quibus executio fiat quæ admodum, nec militum arma capiuntur quibus advocatorum libri æquiparantur, quibus advocatorum libri æquiparantur; sunt enim libri, literatorum arma sine quibus literaria militia exercere non possunt, & ita hoc argu- mento in libris advocatorum tradit, & moribus esse receptum, testatur Baet. d. c. 16. num. 151. Parlador. lib. 2. rer. quotidianar. c. fin. 5. part. §. 22. & 23. novissime Barbol. noster Vimarit ad ord. Reg. lib. 3. tit. 86. §. 23. num. 4. de quæ- gloss. in *l. nepos Proculo, verb. dignitate ff. de verbor. significat. quæ scholarium libros armis militum æquiparat, quam glossam singularem dicit Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 19. num. 1. ubi tradit, scholarium libros pro domus com- dicitur*



dicta pensione tacite non obligari, secutus Angel. & lat. ab eo citatos in §. item serviana, inf. de action. & quanvis ratio per eos assignata præsumptam scholarium in libros affectionem respiciat, ob quam tacite obligari non censentur sicut generali obligatione non veniunt ea in quibus specialis debitorum consideratur affectio, obligatione generaliff. de pignorib. l. 1. C. quæres pignor. obligat. poss. tamen præsens privilegium non pendet à præsumpta voluntate, & affectione in libros, sed à favore publico, cuius intuitu in libris advocati facienda executio non est, quanvis bona alia desiderentur, sed requirendi illi semper sunt, sicut arma militibus relinquuntur.

Hoc tamen difficultatem apud nos patitur propter ord. lib. 3. tit. 86. §. 23. qua in Regijs armatoribus provitum specialiter extat ut in libris eorum executio non fiat: ex quo, id alijs negare, videtur. juxta regulam, l. cum prætor ff. de iudic. l. maritus in fin. C. de procurator. cum assuetudine. Et augetur difficultas ex §. secunda d. leg. Regiæ in illis verbis, mostrando as suas contendas neste paragrafo outros seus bês móveis ou de raiz, desembarcados em que se possa fazer obra, & execução, quæ plane ostendunt, privilegium indultum personis de quibus ibi ne armis executio fiat, non habere locum deficientibus bonis alijs ad executionem idoneis, que ita videtur, quod in eisdem terminis ad libris advocati deveniendum multo magis sit pro executione rei judicatæ ita ut, idoneis alijs pignoribus non datis, in libris executio fiat.

Sed contrarium est dicendum etiam stante lege nostro, quod nec militum privilegium quo arma communi Doctorum calculo probatum vocat, restringit ve, nec communem librorum cum militaribus armis æquiparationem. Et primam difficultatem ortâ ex d. §. 23. respondendum est, senatorum Regionum librorum executioni rei judicatæ non subditos, ibi declarati, dignitatis causa ipsorum tenentium, quo respectu advocatorum libri eadem immunitate non cadunt, sed diverso alio respectu, nempe, quia advocati militare dicuntur in d. l. advocati C. de advocat. diversor. judicior. & literariam illam militiam suam, reipublicæ non minus necessariam, quam armatam, ut ibidem probatur, si libris exercere non valent, atque ita non dignitatis causa ex propria persona privilegium sibi vendicant, sed quasi milites, armati militari argumento, quod in senatoribus Regijs diverso alio respectu lex providit, qui non continent patronis causarum, convenit autem militare privilegium, à quo lex illos non excludit.

Ad secundum respondetur, non omnes, qui arma portant, æquale in illis privilegium habent, quod lex ipsa Regia manifeste ostendit

in d. §. 23. iuncto 24. immediate sequenti; nam in §. 23. privilegium armorum ad evitandam executionem absolute datur personis de quibus sibi, quæ scilicet, equestres sunt ordinis, vulgo, fidalgos, & cavaleiros; at verò in §. 24. de personis inferioris ordinis lex loquitur; quarum privilegium ad impediendam armorum executionem perpetuum non est, & generale, sed restrictum ad casum quo bona alia executioni dentur, & sic quidem privilegium de quo ibi in eo solo consistit quod & si executio à mobilibus incipere debeat etiam debitore invito secundum præscriptum ordinem lege ipsa Regia d. tit. 86. §. 7. & l. a Divo Pio. §. in venditione ff. de re judicat. tamen si immobilia pignori dantur, capienda erunt omisso in armis pignore. Quod item privilegio in aratoribus bobus, ac terre semine fruuntur agricolæ ex d. §. 24. quod tamen ex lege Castellæ largius illis competit, ut explicat Matienz. in l. 5. tit. 17. lib. 5. novæ recopilat. gloss. 2. nu. 2. Atque ita apparet armorum privilegium, de quo in dicto §. 23. quo ab executionis gravamine libera semper manet, ut patet ibi, posto que outros bês não tenhão, largius esse quam quod dicitur in dicto §. 24. Et armata quidem militum, illo comprehendendi dicendum est, si ve verbum cum alteros, de quo ibi, comprehendat milites, ut idem verbum, ad similem Castellæ legem, quæ est l. 6. tit. 17. lib. 5. novæ recopilat. interpretatur Matienz. ibi Gloss. 2. num. 1. si ve, ne alias juris communis correctio inducatur, illo, namque, jure militum arma pignori capi non debere pro executione rei judicatæ, ex eo plane probatur, quia milites ultraquæ facere possunt non tenentur, ut est expressum in l. miles qui, & in l. item miles ff. de re judic. & sine armis militiam exercere non possunt, & ideo ad arma eorum pro executione rei judicatæ deveniri nunquam potest; nec enim possunt, quod salva dignitate non possunt, salva autem dignitate, sine armis manere non possunt, ut dicit gloss. in l. nepos Proculo, verbor. dignitate ff. de verbor. significat.

8 Constat, itaque, jure communi attentato arma militum nunquam pignori capi posse etiam bonis alijs deficientibus; unde, si dicatur, quod legis nostræ dispositio in dict. tit. 86. §. 23. verborum tenore milites armatos non comprehendit, utique, nec in §. 24. de illis est verbum, atque ita juris communis correctio per dicto §. 24. temere non est inducenda sed magis, quod ad arma militum attinet, tanquam casus in lege omissus, sub juris communis dispositione manere debet, & in libris advocatorum, in quibus lex nostra loquuta non est, idem æque dicendum erat factò argumento de milite armato ad literarum, juxta supradicta,



Hoc tamen argumento de uno milite ad alterum non procedit data inter utrumque rationis disparitate, ut ad casum donationis concubinæ factæ, & eorū quæ illi in testamento ab advocato relicta essent, nuper considerabam *in tract. de jur. & priv. bon. art. 8. n. 25. & 28.*

9 Nobilitatis etiam causâ, & intuitu advocati privilegij fruuntur quæ nobilibus personis competunt: advocacionis enim officium nobile est, ut tradidimus supra c. 1. & ideo à muneribus personalibus excusantur, sicut nobiles, *l. jancimus 1. C. de advocat. diversor. judicior. ubi notat Bart. & Bald. quod advocato non debet injūgi personale munus præterquam necessitas judicandi, arbitrâdi, & cōsulendi, ad quæ cogi potest, Baet. de inope debitor. c. 16. n. 152. Peregr. de jure fisci lib. 7. tit. 2. n. 15. Ioan. Grac. de nobi. Hispan. gloss. 35. n. 13. Matienz. in dialog. relator. & advocat. 1 part. c. 9. nu. 4. ubi alia adducit. Et à tributorū præstatione, immunes esse, tradit Rip. lib. 2. respons. c. 20. n. 9. Tiraq. de nobilit. cap. 29. n. 15. Gail. Azev. in l. 8. nu. 2. tit. 7. lib. 1. recopilat. & l. 1. num. 2. tit. 16. libr. 2. Garr. d. Gloss. 35. n. 15. & alijs citatis Bovadill. politicor. lib. 5. c. 5. n. 31. tom. 2. quod tamen apud Hispan. consuetudo non admittit teste Baet. d. n. 152. versic. sed consuetudo.*

Rursum, testimonium laturo non veniunt ad iudicium, sed mittitur ad ipsos, tanquam ad egregias personas, ut tradit Tiraq. de nobilit. d. c. 29. n. 10. Suar. tit. de los govieros §. fin. nu. 12. alias quæst. 5. num. 13. quos & alios refert, & sequitur Azaved. d. l. 1. n. 3. tit. 16. lib. 2. nov. recopilat. Garc. d. Gloss. 35. n. 16. & sequenti, quod apud nos usus observat, & iudicatum in senatu tuit, ut testatur Lusitan Melchior. Phæb. arest. 56. ubi, & duobus sequentibus alia in propositum adducit pro nobilitate muneris advocatorū, inter quæ illud est, quod publicis carceribus tradendi non sunt, sed homagij privilegio fruuntur in casibus, quibus lege nobilibus indultū illud est, sicque pluries iudicatum fuisse, & inviolabiliter observari testatur arest. 58. idē tradit, sapissime dicisam sic fuisse, testatur Mendes à Castr. in pract. Lusitan. lib. 1. c. 3. num. 27. qui loquitur in curiæ advocato, post eos Emmanuel Barbof. ad oram. Reg. lib. 1. tit. 48. §. 1. post eos Martins à Cost. tract. Domus supplicat. annor. 17. num. 14.

10 An vero, quando super articulis juris advocati testimonij causa interrogantur, mercedem laboris à producete recipere juste possint, dubitari potest, quia & si iustum patrociniū, aut rectum consilium vendere, liceat advocato, ac juris consulto, *cap. non licet 11. quæst. 3. c. non sane 14. quæst. 5.* verum tamen testimonium vendere, non licet, secundū D. Augustin *d. c. non sane, versic. sed non ideo, quemadmodum*

nec iudex debet vendere iustū iudiciū, ut ibi ubi differentia ratio assignatur, quia iudex, & testis inter utrumque partem ad examen adhibentur, advocatus vero, & juris peritus ex una parte constituunt: accedit quia ad ferendū testimonium iustū iudicis compelli quilibet potest, imò & non requisitus, saltem charitatis lege reddere tenetur ad liberandum proximum à iniquo damno, ut tradit Sylvest. *in jur. testis num. 8. & ex alijs Covar. in regul. peccatorum part. §. 3. num. 2. de regul. jur. lib. 6. inde inferitur quod testimonium gratis præstari, & exhiberi debet: subdit tamen, quod pro labore, & expensis factis inferendo testimonio potest testis partam mercedem exigere, & recipere. *Matienz. §. proferendo, de rescript. lib. 6. ultim. §. veniens quæst. 3. l. quoniam liberi C. de testib. & na. a. probat Covar. d. n. 2. secundo quam relationem dicendum videtur, quod licet advocato mercedem recipere pro labore testimonij ferendi causa in studio impensio.**

Sed est advertendum, quod præcitata iudex de mercede ob impensum inferendo testimonio laborem non loquuntur, sed de sumptibus & expensis, ut patet *in d. c. statusum §. proferendo, in fin. ibi, competentes vocato pro testimonio, stando, & redeundo factas ministrari expensas, & in d. l. quoniam liberi, ibi, ut his veniens iudicium, per accusatorem, ab his per quos fuerint periculati, sumptus competentes dari præcipiat, & similiter legitur *in d. c. final. §. veniens 4. quæst. 3.* aliud est autem itineris sumptus, & expensarum ministrare, aliud, laborem inferendo testimonio impensum pecuniario lucro remunerari, ut ita, quod in uno scriptum legimus, ad aliter temere protrahendum non sit, præsertim cum inter utrumque dispar ratio sit, maiorque viget in illo, ne testis expensarum damnum sustinet testimonij ferendi causa in negotio alieno, quod in isto, in quo nullum damnum patitur, nec iudicium amittit, sed tantum agitur de labore, & que ullo rei familiaris dispendio, qui quidem labor non videtur venalis; alioquin diceremus quod omnes testes pro testimonio ferendo mercedem aliqualem capere possent; omnes enim qualem laborem sustinent in eo, & tamen pro hoc merces illis non debetur *d. cap. non sane 14. quæst. 5.* & sane sententia ista securior est, & tenenda, quam secure probat Bald. *in l. fin. pro fin. C. de fruct. & liti expens.* ubi scripsit, quod testibus debent expensæ refundi, sed non damnum temporis, quia litigantibus esset nimis onerosum, & allegat *dict. l. quoniam liberi, & quando §. sed cum oportet, eodem in. idem in d. c. Bald. in cap. 1. num. 2. de testib.* ubi loquitur de expensis qua facit testis in eundo, & redeundo, & stando causa testificandi quod potest recipere Felin. & omnes secundum*



*id. num. 2. & subdit Bald. si testes ultra prae-*  
*sentas expensas aliquid recipiunt non valet tes-*  
*timonium eorū juxta text. ibi, nisi forte recipiāt*  
*in cōpensationem operarū quas perdunt, quia*  
*non debent facturā pro alieno cōmodo sentire,*  
*& Bald. refert, & sequitur Felin. d. n. 2. & in expē-*  
*dit & lucro cessante operarū idem tradit Sylvest.*  
*in m. verbo. vestes n. 8. versicul. Quintum; apud*  
*Regia ord. lib. 1. tit. 90. §. 29.*

11 Sitamen contraria ad casum de quo lo-  
 quimur, magis placeat, temperanda utique sic  
 erit, ut non semper mercedem pro testimonio  
 ferendo super juris articulo recipiat advocatus  
 sed tunc demum, quando testimonij ejusdem  
 causa studuit, laboremque subijt in perlegen-  
 dis libris; alioquin, si sine labore de præsenti, de  
 re quod jam noverat, testificatur testimonij  
 premium recipere non debet, quod nec dam-  
 num aliquod, aut lucri amissio, nec labor testi-  
 monij causa impensus cōmendat, nec quidem  
 præteritus studiorum labor cohonestat, cujus  
 intuitu potest advocatus salarium recipere cō-  
 muni absque labore in revolutione chartarum  
 præstiti, ut tradidimus *sup. cap. 6.* nunquā vero  
 dabitur ei, præteriti studiorum laboris intuitu a-  
 liam ob causam assumpti, lucrum pro testimo-  
 nio ferendo recipere; testimonij namque actus  
 natura sua venalis non est, sed gratuitus, d. cap.  
 non lane, testum autem consilium vendere,  
 advocato licet & jurisperito, *ut ibi & d. cap. non*  
*11. quest. 3.* Et denique præteritus studi-  
 orum labor ad exercendum advocacionis offi-  
 cium præordinatur, & suscipitur ab advocato,  
 quod pertinet, consilium dare in litis cau-  
 sa; at vero ad ferendum testimonium studio-  
 rum labor non ordinatur, & ideo receptum il-  
 lus intuitu lucrum, absque ulla causa, & titulo  
 receptum apparet, ita ut, non laboris merces,  
 sed magis pretium testimonij, quod  
 naturale non est.

12 Accedit in confirmationem, quod tradit  
 Bald. *in c. 1. n. 2. in fin. de testib. relatus & secutus*  
 Felin. *ibi num. 2.* nempe, quod spoliato à la-  
 tronibus in itinere, quod faciebat testimonij fe-  
 rendi causa, damnum latrocinio illatum nō de-  
 betur ab illo cujus gratia veniebat testimoniū  
 ferendus, quod est de rigore justitiæ, dicit Bald.  
 de decurialitate. (subdit ille) bene posset pro-  
 pter accidens emendare damnum, nec infringetur  
 testimonium, *l. inter causas §. non omnia ff. man-*  
*dat. cujus sententiæ nulla alia ratio est, quam*  
*quia tale damnum nihil commune habet cum*  
*testimonio, quod latrocinij, damnique ex eo*  
*ferendi, causa efficiens non est, nec proxima, nec*  
*aliquo modo considerabilis inspecta natura a-*  
*ccidens. idcirco tale damnum quod præter actus*  
*ferendam, & per accidens extrinsecū venit for-*  
*maliter casui est imputandū d. l. inter causas §. non*

*omnia, & refarcire non tenetur qui illum in tes-*  
*tem nominaverat. Quæ sententia, ejusque ra-*  
*tio idem, ac multo magis in casu nostro probat,*  
*in quo de dāno non agitur, sed de labore qui in*  
*cogitari testimonij causa susceptus non est, &*  
*ideo testimonij labor dici nequit; conte-*  
*quenterque præmium laboris non est quod*  
*in casu isto juris perito datur, sed testimonij*  
*pretium; quod à viro probo longe abesse de-*  
*bet.*

13 Quia vero de advocato in testem produ-  
 cto sermo incidit, sciendū est, à proprio clien-  
 tulo produci cū non possit *l. fin. ff. de testib. & ibi*  
*communiter omnes, c. ult. §. Patroni 4. q. 3. c. Roma-*  
*na, de testib. lib. 6. tradit Perez in l. 2. tit. 19. lib. 2.*  
*ordin. q. 9. ubi ad hoc dixit esse bonū tex. in c. in super,*  
*de testib. & ibi gloss. Mascard. de probation. volum.*  
*1. concl. 66. n. 1. ubi alios refert & late prosequi-*  
*tur ampliat, & limitat, & post eum innumeris*  
*citatis Farinac. in praxi de testib. q. 60. illat. 4. n.*  
*155. cum sequent. & obiter Card. Tusch. practic.*  
*conclusion. jur. tom. 1. conclus. 230. sub liter. A.*  
 Ab adversario vero produci, & cogi potest, ut  
 tenet gloss. magna in d. l. fin. versic. *item quid,* quæ  
 sequuntur omnes ut tradit Mascard. *d. conclus.*  
*66. n. 9. Farinac. d. q. 60. n. 180. ubi plurimos*  
 refert, & tandem in fine ait, quod non solum à  
 Doctoribus opinio hæc communiter est recep-  
 ta, sed etiam quod contradictorem illius non in-  
 venerit. Uterque autem Mascard. *scilicet, & Fa-*  
 rinac. hoc tradiderūt pro limitatione prima ad  
 regulam, seu conclusionem ab eis propositam,  
 ac varie ampliatam, quod advocatus testis esse  
 non potest pro clientulo suo in causa in qua ei  
 patrocinatur, propter præsumptam affectionē,  
 propriumque cōmodum saltem in causæ vic-  
 toria consistens, atq̄ ita, dum propositam regu-  
 lam limitant cū relatis ab illis, ut non proce-  
 dat, quando advocatus producit ab adver-  
 sario, plane sentiunt, in casu isto, à proprio  
 quoque clientulo in eadem causa produci eum  
 posse; quod nuncupatim in casu isto tradidit  
 Hispan. Bovad. *politicor. lib. 2. c. 5. numer. 25.*  
*tom. 1.*

14 Ultimo, advocatum in auditorio pro de-  
 licto alias cōmisso capi non debere, tradit Bo-  
 vadill. *d. lib. 2. c. 14. n. 104.* ubi idem tradit de  
 scholari in scholis, ex Rebuff. *de privileg. scholar*  
*privileg. 102.* qui hoc de consuetudine servari  
 testatur, & Clar. *in pract. §. final. q. 30. versic. in*  
*hoc autem proposito, & Tiber. Decian. 2. com. cri-*  
*min. lib. 6. c. 20 n. 11. quos retulit Bovadill. qui*  
*idē tradit de milite in exercitu, & de Doctore*  
*in cathedra.*


15 An autē privilegia Doctorum, advocatis  
 cōpetant, quasi illis etiam indulta censeantur,  
 tractat Didac. Perez *lib. 2. ord. tit. 19. l. 1. gloss.*  
*magna q. 3.* ubi contrarias in hoc opiniones



adducit, & ibid. in versicul. Dicendum tamen est, distinguit inter privilegia concessa doctoribus, quia doctores, & concessa illis, quia sunt in prælio literarū, ut illis non gaudeant, cum & ipsi militare dicantur, qua de re fuse agit Stephan. Gratian. *disceptation. forens. c. 186. num. 3. cum sequentib. tom. 1.* ubi pro affirmativa sententia plura adducit, quam, & communem refert ex Nat. *conf. 65.* quod in nostris supremæ curiæ consistorialibus advocatis, ut doctorum privilegio fruantur scripsit Martines à Costa *in annotationib. ad tractat. libellor. annotat. 54.* & illo citato Emman. Barbof. *ad ordin. Reg. lib. 1. tit. 48. §. 1.* & rursus idem Cost. *tractat. Domus*

*supplication. anno 17. num. 10.* & denique ex cœmuni doctorum sententia *in l. 1. ff. solut. matrim. tradit Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 237. num. 4. 5. & 6.* doctori legenti in scholis concessa, etiam advocato concessa intelligi ubi te agit de fabro malleo obstrepente prope de muni professoris, an & quando ab eo expectari possit, similiter, & à scholastico, de quo Barbof. *l. 1. prope fin. & alij ibidem, Vbi Petr. Barbof. 7. part. illius leg. num. 54. versicul.* Amplius tunc, cum sequentibus quod & advocato quæ commune esse, tradit Menoch. *loco præme citato.*


## C A P. XIV. S V M M A R I A.

- 1  *Dvocatvs in muneris sui exercitio, periculis multis est obnoxius, & non solum ab adversario, sed etiam à proprio clientulo periculum patitur in eo.*
- 2 *Advocatorum officium periculosum est, & plurima in illo specialiter occurrentia pericula enumerantur.*

- 3 *Potentium causæ periculiosiores advocato committuntur.*
- 4 *Honoris periculum patitur advocatus, victoriam causa, cuius victoriam clientulo promittebat, præsertim si plurimorum iudicum voto vincitur.*
- 5 *Rei familiaris periculum patitur advocatus.*
- 6 *Periculum aliud frequens, & damnum in susceptione, ac defensione injustæ causæ ignoranter.*

## C A P. XIV.

### *De periculis Advocatorum.*

1  *Mnes homines quandiu in hoc mundo vivimus vasa lutea portantes, periculis multis obnoxij sumus, secundum Apostol. 2. ad Corinth. cap. 11. Periculis, inquit, fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus; his inquam omnibus subiecti sumus omnes. Sed præterea quæ omnibus hominibus cõmunia sunt, specialibus alijs periclitamur, qui advocationis officium gerimus, tã circa corpus, & honorem, quam circa animã, quod magis pertimescendum est. In primis namq̃ periculum patitur causidicus ab ijs contra quos patrocinator, propter inimicitiam eorum inde non raro ortam, præsertim si causa talis est, quæ pro merito sui exigat aliqua promere, atq̃ in mediũ scriptis proferre, quæ ad versarij opinionem ledant; sunt enim promenda licet ille ægre id ferat, cũ ad ad cautæ victoriã expediunt, non quidẽ malevolo animo, nec verbis contumeliosis, sed honestis quatenus fieri possit, ita ut dicenda nõ præmittantur, quia teste Plinio, *lib. 1. epistolar. epistol. ad Cornel. Ta-**

*citum, prævaricatio est transire dicenda prævaricatio etiã, cursim, & breviter attingere, quæ sint inculcanda infingenda, & repetenda.*

Periculũ item non raro in proprio clientulo subit patronus, præsertim si ille potens in terra sit & è numero eorũ quibus veritas odium patitur si enim veritas dicitur ei quæ repugnat voci illius, odio patronum gratis habet, & efficitur inimicus illius, qui officium amici verè gessit, concinit elegans illud Euripidæon in tragædia Phæniarum.

*Quincunq̃ vaticinandi utitur arte,  
Stultus est; si enim adversa significaverit,  
Acerbus est illis, quibus vaticinatur;  
Falsa verò præ misericordia dicens illis qui inter-*

*gant;  
Violat divina. Phæbum hominibus solum,  
Oportuit, prædicere futura, qui neminem metuit.*

2 *Peculiariora, itaque, quædam causarum patronis pericula imminenti, quod esse officium periculosum, dixit Bald. per tex. ibi in l. fin. ff. de inofficios. testament. Caietan. in summ. de advocatus, octo scribit pericula, quæ vocat, advocati, & procuratoris iniquitates, & Alberic in l. unic. numer. 7. C. de suffrag. tamquam*



quam locupletissimus defacto proprio testis, cui muneri advocacionis egregiam navavit operam, undecim, duodecim vero pericula possunt, quæ cõmuniter contingunt in ejusdẽ officio, exercitio, & à quibus quantũ fieri potest, cavendũ est, quæ transcripta sũ matim hic sequẽntia sunt; primũ est, inquit, non subvenire in dilectabilibus personis quibus ex lege divina tenentur. Secundũ versatur in susceptione injustæ, & desperatæ causæ, tertiũ, cum advocatus partem, quam agnoscit, injustam causam fovet, ad transactionem inducit; quo periculo sæpe advocatũ implicati, scripsit Caccialup. tract. de advocat. 9. 4. n. 5. & de isto diximus supra Quartũ quando clientulus justam causam amittit patroni sui dolo, negligentia; vel imperitia. Quintũ quando obtinet injusta propter advocati cavillationes, & fallaces subtilitates. Sextum periculũ est in exactione immoderati salarii, aut susceptione illius. Septimũ, qua odium illius cõtra quem patrocinator injuste, merito incurrit. Octavũ est circa modum procedendi in causa, ut quia falsis intrumẽtis aut falsis testibus sciẽntur, vel falsas profert allegationes, aut motorias, frustratoriasque objicit exceptiones. Nonum est, periculũ inanis gloriæ, & ambitionis. Decimũ, ait Alberic est, quia vix invenitur aliquis advocatus, qui injuste per advocacione acquisita restituat. Undecimũ ponit, pro periculo reputatũ, vel saltem in advocato reprehensibile, in superfluo vestiũ ornatu. Ultimũ, quod periculolum, & detestabile vocat, est in semita justitiæ scienter deviare in decisionibus causarum, quæ illis cõmittuntur, cũ in eis advocati non sunt idq̃ timore, aut amore, precibus, aut precibus quod, inquit, cæteris horribilibus est. Hæc Alber. d. l. unic. n. 7. Caccialup. id. 9. 4. per tot. eundem periculorũ numerũ. posuit Alberic. per omnia locutus, præterquam in periculo undecimo, cujus loco posuit advocati precipitationem clientulo suadentis qualiter respondeat articulis positionibus, seu interrogationibus adversæ partis, contra veritatẽ, ut obtineat in causa. Ego addo periculolum aliud magnam, nec illud quidem infrequens, quod evenit cum advocatus qui justæ causæ patrocinator ad coadjuvandam eam articulos proponit, quos à vero deviare, cognoscit; periculolum, nãque est quod testes super eis interrogati, præcipitanter falso intentent, quod est grave peccatũ, & advocato quidẽ imputandum, qui ejus scienter præbuit materiam.

3 Et ultra prædicta, alia quidẽ nec parva, nec rara circũdant pericula advocatũ, quæ fortius instant, & urgẽt, cum causam agit alicujus potentis in terra magis quã de cælo solliciti; cæteriũ quia obedire oportet. Deo magis, quã hominibus, act. 5. cælũ magis quam terram attendant

advocatus in ipsa muneris sui exercitatione, ita ut nec metu potentis, aut amicitia ejus allectus à tramite justitiæ declinet, ut de Alipio familiari amico suo ait D. Augustin. *confession. lib. 6. cap. 10. sequentibus verbis, Erat, inquit, eotempore quidam potentissimus senator, cujus & beneficij obstricti multi, & terrori subditi erant: voluit sibi licere, nescio, quid ex more potentia suæ, quod esset per leges illicitum; restitit Alipius, promissũ est præmissũ, irrisit animo, præsentia minas calcavit, miratibus omnibus in usitatam animã, quæ hominem tantũ, & innumerabilibus præstandi, nocendique modis ingenti fama celebratũ, v. i. amicum non operaret, vel non formidaret inimicum.*

4 Honoris etiã, ac rei familiaris subditus est advocatus, honoris periculũ subit, cum in causa succumbit, quam justam arbitratus clientulo suavit, & profecutus est: qui enim causa cadit, præsertim cujus victoriam animose, ac nimis confidenter promittebat clientulo, honoris sui periculo cadit; & multo magis, si non unius duntaxat judicis, sed plurium voto vincitur, quia judicium quod plurimorum sententijs confirmatur, integrum est, ut dicitur in *cap. prudentiam, ad fin. de offic. & potest. jud. deleg. & Proverb. 11. Salus autem, ubi multa consilia, & iuris 24. & est salus ubi multa consilia sunt, & pro pluribus præsumptio est, gloss. in c. 1. verb. racionabiliter, de his quæ sũt a maior. part. capitul. tradit Afflict. decis. 1. n. 4 & 5.*

5 Ad rei familiaris autem periculum, seu dånnum pertinet decisio *tex. in l. post legatum §. sunt qui putant, junctã gloss. ibi ff. de his quibus ut in dign. ubi advocatus qui acculatore testamenti patrocino suo juvat, relicta sibi in illo perdit. licet decisio *tex. in l. fin. in princ. ff. de inoffic. testam. ubi per contrarium, filius postulans pro legato alteri relicto in testamento paterno in quo ipse exhæredatus reperitur, eo ipso querelæ jus amittit; per quem *tex. dixi ibi Bald. quod officium advocati est officium periculolum & quod est mirũ quomodo processus cum alicui. Simile est, quod in causa retractus tradit Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. gl. ff. 9. n. 263. cum duobus sequentibus. & periculolum esse dicunt alij citati à Burg. de Pace in proem. leg. Taur. n. 385. versiculo prætereo, qui n. 390. hoc inde evenire, ait, quia circa maiora veriamur, c. quiescamus, 42. dist. quod ad laudem muneris cõfert. Quarit vero idem Author d. proem. n. 217. an advocatorũ officium, animæ periculolum magis sit quã officium judicium, aut & contra, qua in re diversas se vidisse sententias, ait propriam ediffere omittens, scripsit tamẽ ex judicium defidia, aut imperitiã graviera litigatoribus damna obvenire quam ex patronorum imperitiã, aut inertia; quod libens fateor, nõ tamen inde sequitur, periculops esse animæ judicium officium,***



quam advocatorum, iudicem enim qui utriq̄ constitutus litigatori est, non ita facile alter ex eis prece, aut pretio tentare audet, ut à recto deviet tramite, rursus salarii muneris sui recipit à publico, quibus non fraudatur per semitam iustitiæ incedens; quod & illud in advocatis longe aliter se habet; idcirco si fas est dicere, pluribus, eorum officium, peccatorum tentamentis, periculisque obnoxium esse, reor.

Cæterum, non in illis tantum quæ rarò accidunt, rei familiaris damnum consistit, sed in alijs crebro paupertatis periculum, & incòmoda patitur advocatus, quod multi experiuntur, & etiam qui in literaria disciplina plurimum profecerunt, præsertim quibus veritas magis amica est quam Plato; ut ita ad rem, quam experientia novimus, probatione alia opus non habeamus: de qua jam diu, Hippolyt. ut expertus ipse, vir apprimè doctus conquestus valde est incalce repetitionis *rubr. de fidejussor.* ubi inter alia scripsit, doctor. & jurium professores deterioris esse conditionis omnibus alijs artificibus, nam Cerdones, barbitonfores, araminatores, & similes ex labore & artificio suo communiter vitam ducunt, & ex sudore suo vescuntur pane suo, ut experientia rerum magistra docet: doctores autem, subdit, & jurium professores fame pereunt, & ad nullum pretium jam iam reducti sunt, & post aliqua, *Vere*, inquit, *patienter hæc, & maiora tolerabimus, si ante oculos sententiam illam D. Hieronymi habuerimus, quæ dicit, quod facile contemnit omnia, qui cogitat se moriturum, &c.* Ego addo, quod qui pauperem vitam agit in numero isto propter iustitiã, calumniosis, s. injustis que litibus patrocinium suum justè denegans, non solum patienter vitam pauperem, ejusq̄ incommoda tolerabit, sed hilari etiam animo gaudens, & exultans, quia merces ejus copiosa est in cælo, & quia melius est modicum iusto super divitias peccatorum multas. *Ps. 36.*

6 Ultimo inter alia advocatorum non contemnenda pericula, unum est, quod etiam nolentes atque inviti hominum calumnias viriliter læpe defendunt, multumq̄ temporis, & studij in patrocinium earum impendunt, falsa facti narratione sibi proposita, aut etiam (quod non rarò evenit hoc & illud) juris ignorantia decepti; quo calu etsi non peccent, propter iustitiæ ignorantiam causam, tempus tamen, & studium suum male impendunt, quia in calumnijs hominum impendunt, quæ undiq̄ nos circūdant; unde illud, quod quotidie ad nonam canit Ecclesia, *Redime me a calumnijs hominum, ut custodias mandata tua,* quotidie atq̄ etiã septies in die in ore nostro tanquã frequens ac peculiaris nostra Dñi deprecatio reperiri debuisset, simul cū illo præcedentis immediate versicul *Et nõ denominetur mei omnis injustitia. Psalm. 118.*

## CAP. XV.

## SUMMARI A.

- 1 **V**irgo Maria advocata apud Filium, Filium apud patrem, Virginis patrocinio advocati maxime egent.
- 2 Impij advocati loquendi facultatem amittunt & in eo qui punitur, in quo deliquit. d. num.
- 3 Iudicium particulare de advocato in mortuoculo, Virgine Mariæ patrocinante contra diabolum accusantem.

## CAPUT XV.

## De Advocato advocatorum.



Advocatū habemus apud Patrem Dominum Iesum filium eius Benedictū, Advocatū apud Filium V. M. Matremque Clemenissimam, de primo testis Discipulus que diligebat

Advocatus ipse Dñs Iesus *epistol. 1. c. 2.* & tenet quia verū est testimoniū ejus. Secundum prædicat sancta Ecclesia Advocatæ ipsius titulus nosque necessariū patrocinium excitat clientulus ejus bonus & fidelis, cultorq̄ insignis D. Bernardus *in serm. de Nativ. ejusdem Virginis col. 3.* loquentibus verbis, *Ad Patrem verebaris accedere, sed auctu territus ad foeta fugiebas; Iesus tibi dedit mediatorē Quid nõ apud talē Patrem Filius talis obremittitur? Exaudietur utiq̄ pro reverentia sua Pater enim dicitur Filium. An vero tripudias & ad ipsū. Frater tuus est, & caro tua, tentatus per omnia absq̄ peccato, misericors heret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsam & in ipso maiestatem vereare divinã, quæ licet factus sit homo, manserit tamē Deus. Advocatus habere vis, & ad ipsū? ad Mariã recurre, pura siquidem humanitas in Maria, nõ modo pura ab omni contaminatione, sed & pura singularitate natura. Nondubius dixerim, exaudietur, & ipsa pro reverentia patris exaudiet utiq̄ Matrem Filium, & exaudiet Filium Patrem Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? potest non audiri, aut repellere, aut sustinere repulsam, non audiri aut non audiri filius potest? Neutrū plane. Hæc meo filius Abbas loco suprascripto, qui alio in loco nempe, de modo bene vivendi ad Sororē Iulianam de iudicio loquens *serm. 71. ex D. Isidoro, Nihilus, inquit; homo est sine peccato, nec quisquam secutus esse potest de Dei iudicio, cū etiã de otrosis verbis redanda sit ratio, & post aliqua, si in iudicio omnino**



quis dicit, justus securus non erit, quid de nobis peccatoribus erit? Si ad examen districti judicis nec justus in die illa qui quotidie multiplicamus peccata nos? Si in die judicij vix salvabitur justus, nos qui mirabilia peccata fecimus, in die illa ubi apparebit? Hæc sanctus idē Abbas Tantæ ergo Advocatæ patrociniò multum egemus omnes, & præsertim qui officium advocacionis gerimus, quod multis periculis obnoxium est, ut dictum est sup.

2. Et est notandum aut etiã contremiscendum, quod scripsit glossa nostra in §. *item surdus verb. mittunt, inst. quibus nõ est permiss. facer. testamēt.* ubi dicit, quod impij advocati loquendi facultate amittunt, ut in eo puniantur in quo deliquerunt, c. *litteras de temp. ord. c. pastor. de jur. Patron. de immunit. Eccl. cū similibus: quia per quæ quis peccat, per hæc torquetur: quod Azeved. l. 2. n. 7. tit. 16. lib. 2. recop de mortis tempore intelligit: ait enim, quod solent advocati causas injustas defendentes, tēpore mortis, Deo permittente, linguã & vocē amittere, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, secundū *glos. d. verb. mittunt*; atq̃ ita eveniet, ut qui pro alijs faciēdo multiloq. postulaver. in judic. quandiu vixerunt, pro se eloqui non valeāt corã justo iudice apud quē adversarius noster diabolus de multis nos instāter accusat. tanquam multorum criminū reos. Et quidē de unoquoq̃ secundū opera illius particulare judiciū fit, cujus iudex est justus. Acculator astutus, dirus & inflexibilis, nõs infirmi, præsertim in artic. mortis constituti, levitiam in se considerata, ut est amarissima pænitentia, & omisio vitæ animalis humanæ, est naturaliter formidabilis & horrenda: sed formidabilior multo & horribilior memoria eorum quæ post eam sequuntur, & *si ceciderit lignū ad Austrū, aut ad aquilonē in quocunque loco ceciderit ibi erit Ecclesiastes 11.* Nec esse est ergo, ad salutem Advocatæ patrociniū recurrere, quam iudex bene audit, & nos illa clementer exaudit, & Adversario nostro qui nos accusat, terribilis est ut castrorū acies ordinata.*

3. Incipit, itaq̃ judiciū astat Accusator sollicitus, & iracūdis, sciens quia modicū tempus habet, juxta illud *Apocalypf. 12. Væ terræ, & mari quia descēdit Diabolus ad vos habens triã magnam, sciens quod modicū tēpus habet.* Iustitiã sibi a justo iudice ministrari instanter & instantissimè petit, quia in multis deliquimus, de quib. accusat. nos Advocata nos excusat humana imbecillitate proposita, quæ iudicē ipsum nõ latet, quoniã ipse cognovit figmentū nostrū. Replicat diabolus de malitia peccatorū nostro ū & malitij, ait non fore indulgendū secundū leges, quas sibi contentiose postulat, servari à justo iplo iudice, per quem legū latores iusta decernūt. Et

cū de advocato judiciū agitur, magis instar, exculationē à peccatis suis non habere, asseverās, eū qui literas didicit, quibus dum alijs palā vitæ suæ tempore consulere profitebatur, sibi ipsi consulere non studuit, sed vitā ipsam lucris inhians perdebat, si inquit. servus ille qui creditū sibi talentū abscondidit, & cū illo negotiatus non est, ut servus nequam justē damnatus est, quanto magis eadem damnatione dignus est, qui ne dum talentis sibi creditis negotiatus haud quaquam est, sed sciens, prudensque male negotiatus est? Præsertim, qui quæ male injusteque lucratus est, non restituit unquam; at secundum juris regulam; peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.

Versuti criminationes Advocata advocatorum repellit, excipiens, non licere ei, qui maligne semper agit plenus malitiã, alterius malitiam incusare cum secundum leges nemo possit, mores quos in se approbat, alteri improbare: præsertim, cum omnis malitiæ caput, & author, versutus ipse sit, per quem illa intravit in orbem terrarum, quæque ille hominum genus infecit; ex quo sceleris sui redemptor habere non meruit, nec veniam, quia nemine intelligente, sed malitia sua propria deliquit quod longe aliter in homine reperitur, qui & fragilis naturæ est, & Maligno ipso instigante lapsus est; atque idcirco, quasi minor reputatus propter naturæ imbecillitatem, fragileque consilium adversarij dolo deceptum, Domino miserente, in pristinum salutis statum restituitur in quacunque hora ingemuerit. Et quanvis humanarum literarum peritia, donum Dei fit ad illuminationem intellectus, quo qui accepit, prospicere sibi in melius deberet, natura tamen eadem temper est, lutea vasa portans. Idcirco, concludit prudentissima Advocata, despertandum non esse clientuli sui ingeniscentis ad Dominum salutem, propter objectum ab adversario peccatorum antea vitæ malitiam, qui potius, quia malignus ipse ab antiquo est, & malitiæ dux, & doctor, edoctam ab eo malitiam accusans, audiri non debeat.

Quod vero objicit de male lucratis cum adversaræ partis detrimento, at sive etiam propriæ aliquando propter injustam causam scienter susceptam, aut calumniose dilatatam, aut propter maiora, quam tas esse, exacta salaria, mundi Patrona eludit, ego, inquiens, patrociniò meo præstosum omnibus invocantibus me in veritate, advocata sum enim humani generis, atque officium hoc meum gravissimum quidem mihi pro ho-







lantur : & quidem gaudio magno gaudent, quia gaudium in cælo super uno peccatore poenitentiam agente, plusquam super nonaginta novem justis qui non indigent poenitentia, Luc. 15. Qui vero paulo ante mille insidiatoris tentamentis agonizabatur, mille pericula passus Diabolo instigante, mox in tuto est, societati civium supernorum adjudicatus sub Virginis patrocinio. Tuum ergo, nos patrocinium imploramus, ò clementissima Advocata nostra, peccatorum Advocata, Advocata advocatorum, nos qui eo ege-

mus. Et quidem advocationis tuæ erga nos officio, officioso valde nobis, multum egemus, qui nostrum erga alios cum periculis multis agimus, atque utinam cum multis criminibus non ageremus; veruntamen adjuvatu nos, Virgo potentissima, & liberati erimus: suscipe nos sub patrocinio tuo, & salvi erimus. Sub tuum præsidium contugimus sancta Dei-Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa, & Benedicta.

FINIS LAVS DEO,  
AC BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ,  
*Advocate Advocatorum.*







# I N D E X

## ONNIUM QUÆ IN HOC VOLUMINE continentur.

### A



Ctio quæ contra judicem cõ-  
petit propter culpam illius ad  
hæredes non transit illo præ-  
mortuo antequam cum eo lis  
cæpta sit; secus in actione cõ-  
tra advocatorum cap. 5. num.  
46. vers. hinc etiam venit.

Advocatorum necessarium in republica cap. 1.  
num. 1.

Advocatorum officium nobile cap. 1. num. 2.

Advocatorum officium meritorium valde est  
apud Deum, cap. 1. num. 4.

Advocatus esse non potest qui literarum peri-  
tiam non habet, cap. 2. n. 2.

Advocatus duorum annuatim salariatus alte-  
rum contra alterum juvare non potest cap.  
3. num. 6.

Advocatus accusans testamentum relictum si-  
bi in illo amittit tanquam indignus cap. 3.  
num. 7.

Advocatus inimicitia causa repelli potest à  
postulando contra advertarium, cujus est  
inimicus cap. 3. n. 8.

Advocatus unius partis pro altera in eadem  
causa postulare nequit, & contra faciens gra-  
viter punitur cap. 3. num. 9.

Advocatus unius in prima instantia non potest  
contra eum esse in causa appellationis cap.  
num. 10.

Advocatus in causa principali pro uno impune  
contra eum patrocinari poterit in causa li-  
quidationis finito principali cap. 3. nu. 11.

Advocatus qui in possessorio alteri patrocina-  
tes est potest contra eum in petitorio patro-  
cinari de honestate tamen debet se abstinere  
cap. 3. n. 11.

Advocato licet iudice jubente priore derelicto  
clientulo alteri contra eum postulare cap. 3.  
num. 12.

Advocatus in causa nõ potest postea in eadem  
esse iudex cap. 3. n. 15.

Advocatus qui moralem profiteretur disciplinã  
bene moratus esse debet cap. 4. n. 1.

Advocatus juris peritus esse debet quantum

exequendo muneris possit, & alias peccat  
& clientulo ad interesse tenetur, cap. 4. n. 2.

Advocatum docet vox gloriosa & declaratur  
quæ intelligatur gloriosa vocis appellatione  
cap. 4. n. 4.

Advocatus in scriptis suis à convicijs se abstinere  
debet, & proferenda non debet tacere nec  
ita brevis locus esse debet ut prætermittat  
dicenda cap. 4. n. 4.

Advocatus in causa non potest postea in eadem  
iudex esse cap. 3. num. 15.

Advocatus etiam post susceptum à se, & cap-  
tum negotium potest legitima intervenien-  
te causa ab eo discedere clientulo innito sed  
nec tunc partem adversam juvare, & licet  
cap. 5. num. 9.

Advocato mortuo intra annum pro quo sala-  
riatus erat residui temporis salarium non cõ-  
solutum hæredibus illius non debetur cap. 7.  
num. 4. quod Bartol. sententiam DD. cõ-  
muniter sequuntur refertur d. cap. 7. nu. 5.  
aliquorum rationes referuntur ad commu-  
nem sententiam secundum quam mortuo  
advocato aut alias in j. edito totius litis sala-  
rium debetur, num. 6. Confutantur ratio-  
nes specialitatis ad lacrandum salarium mor-  
tuo advocato ab alijs assignatæ n. 7. & 8.

Advocato nunquam licet quantumvis iustam  
causam tueatur mendacio uti ad victoriam  
illius cap. 10. n. 15.

Advocatus contra privatam suam conscientiam  
postulare non licet Iudex tamen secundum  
probata in actis iudicare tenetur, differen-  
tia ratio inter utrumque assignatur, cap. 10.  
num. 12.

Advocati impij loquendi facultatem amittunt  
& in eo quis punitur in quo delinquit cap.  
15. num. 2.

Advocatus officium suum roganti impertire  
debet, & cogitur invitus cap. 5. num. 1.

Advocatus officium aliquando simpliciter, &  
absolute autoritate publicum est Et le-  
gitimam excusationis causam præstat mul-  
titudine negotiorum, & in capone hospiti-  
um multitudo, cap. 5. n. 8.

Advocato non licet derelictæ à se partis in  
causibus



## R E R N M.

- casibus permisis secreta adversario revelare, cap. 5. n. 10.
- Advocatus pro testimonio requisitus commissis sibi secreta manifestare non potest; sed potest, & debet, judici interroganti amphibologicè respondere, ibidem.
- Advocatus factus pupilli tutor postulare potest pro eo in causa, in qua alteri contra pupilli patrem patrocinebatur, cap. 5. n. 11.
- Advocatus postulare pro se potest adversus clientulum suum, si adversario illius successit, & intelligitur in utroque casu, quando iusta est postulatio, ibidem.
- Advocatus in casu quo pupillo suo contra pristinum clientulum patrocinari potest, secreta sibi à priore commissis revelare nequit, & duob. numer. sequentib. Et intelligitur l. final. ff. de postuland. d. n. 12.
- Advocatus qui causam perdidit propter juris ignorantiam quod alij ejusdem muneris professores communiter icicunt, ut de lata culpa clientulo tenetur, cap. 5. n. 21.
- Advocatus de levi etiam culpa clientulo tenetur. c. 5. num. 22.
- Advocatus non tenetur de culpa levissima, & quæ sit levissima traditur, & ex communi oridictorum resolutione qui lata, qui levem, qui levissimam præstare teneantur.
- Advocatus qui gratis patrocinebatur solius clientuli gratiæ susceptio negotio, de lata solummodo culpa tenetur. Et quid in depositario, & commodatario, cap. 5. n. 27.
- Advocatus omne damnum culpa sua illarum, cum de illa tenetur, resarcire debet, iudex non sit, sed ad Magistratus arbitrium satisfacit, & differentia, ratio assignatur, cap. 5. num. 36.
- Advocatus omne damnum culpa sua illatum, in anima iudicio resarcire non tenetur, quâdiu illi de contraria clientuli voluntate non constat, cap. 5. n. 37.
- Advocato, errorem suum corrigere, quando liceat, cap. 5. num. 41.
- Advocato salarium patrociniij sui justè debetur, & à clientulo exigere potest, cap. 6. n. 1.
- Advocato cum stipendium debeatur pro consilio præstito absque præsentis studij labore, traditur; & contrariæ opiniones bimembri distinctione concordantur, cap. 6. n. 2.
- Advocati quæ actione, & remedio juris salaria sibi debita petere possint, cap. 6. n. 3.
- Advocatus gratis pauperi patrocinari tenetur, cap. 6. n. 4. idem in iudice, notario procuratore, & medico traditur, quod gratis pauperibus sua ministeria exhibere teneantur, & num. 7.
- An advocato in causa pauperis de publico salario dandum sit, cap. 6. n. 5.
- Quando advocatus sub reatu mortalis culpæ gratis pauperi patrocinari debeat & de copiosa apud Deum mercede patrocinantis pauperi absque pecuniario quæstu, c. 6. n. 7.
- Si advocatum dives, & pauper simul conveniât patrociniij ferendi causa præferendus est pauper, cap. 6. n. 8.
- Advocatus causam suam per se in iudicio defendens an patrociniij salarium ab adversario in litis expensis condemnato habere debeat c. 6. num. 10.
- Advocato an totius litis salarium debeat illa finita per amicabilem partium transactionem cap. 6. num. 13.
- Advocatus morte præventus, ante captum negotium & præstitum consilium ad illud non lucratur salarium tamen si fidem præferendo patrociniio clientulo astrinxisset cap. 7. n. 15.
- Advocatus annuo stipendio conductus ante finitum annum moriens residui temporis non lucratur & contra communem, & intelligitur l. post duos C. de advocat. divers. iudicior. cap. 7. n. 16.
- Advocato, aut procuratori non licet pacisci cum clientulo de cora litis pro salario, & talis pactio non valet, & advocato eam ob causam munus interdicitur, cap. 8. n. 1.
- Advocatus injustam causam defendens mortaliter peccat & ad restitutionem damni tenetur & quanvis ab initio justam putet, si postea agnoscat injustam deserere tenetur, cap. 10. num. 1.
- Traditur casus, in quo advocato, qui injustam esse litem in ultimo ejus termino cognovit in illa juris allegationes ad quas est assumptus proferre licet absque labe criminis, cap. 10. num. 2.
- Advocatus clientulum suum injustam causam sustinentem ad transactionem cum adversario faciendam non potest inducere, nec id contulere ei licet, sed ut ab injusta lite discedat, cap. 10. n. 3.
- Advocatus transactionem consilium potest clientulo quando causa in foro animæ justa est ex parte illius tamen secundum jus fori injusta sit, cap. 10. num. 4.
- Advocatus postulans in causa contractus in quo adversarius lationem ultra dimidiam passus est non peccat idem postulans pro spoliato in causa spoliij quanvis res illius non sit ibid. ver. & simile est, cap. 10. n. 8.
- Advocatus patrocinando causæ justæ in foro exteriori propter incipiam probationum, qui tamen de veritate in contrarium concilius est peccat, cap. 10. n. 9.
- Quando licitum sit advocato iusta declinandi iudicij causa exceptione uti in causa injusta, cap. 10. n. 13.



## I N D E X

- Advocatus justā causam tuenti moratorijs exceptionibus, & cavilationibus ad eludendū adversariū non licet d. cap. 10. n. 15. & vide n. sequentib.
- Advocato cavilationibus uti licet, in causa justa quādo de justitia illius certo cōstat, c. 10. n. 16
- Advocato non licet mendatio uti ad impetrādam delinquenti securitatis cartā, c. 10. n. 19
- Et an tale mendacium mortale temper peccatum secum terat, cap. 10. n. 20. & 21.
- Advocato nunquam licet clientulum instruere in facti responsionibus contra veritatem, cap. 1. num. 22.
- Quæstio de avvocato qui multitudine cliētorum impeditus actu processus retinet ultra statutos à lege terminos an & quando peccat cum restitutionis onere bimembri distinctione resolvitur, cap. 10. n. 26.
- Advocati invicem legibus non probis certare debent, cap. 11. num. 1.
- An advocatus unius partis ab altera rogatus de patrono cui causam suam committat cōsultere ei possit quem adeat patrociniij causa, c. 11. n. 2. & 3.
- Advocatus in causa criminali pro accusatore pæna sanguinis secuta irregularis efficitur, cap. 11. num. 4.
- Traditur qualem se vultu gestu & lingua exhibere debeat advocatus, & quod iudicibus divino, & humano jure debitus est honor, cap. 12. n. 5.
- Advocati militibus comparantur in jure non tamen arma portant, cap. 13. n. 1.
- Advocatus pro debito ex civili causa contracto non tenetur ultra quam facere potest sicut nec miles nec clericus, cap. 13. num. 3.
- Advocatus pro civili debito non est incarcerāndus sicut nec cælestis nec armatæ militiæ milites incarcerantur nec tali privilegio renūtiare potest advocatus quod & alia advocatorū privilegia male moratis non competere traditur ex cap. 13. n. 4.
- Advocatis competunt privilegia nobilibus indulta, cap. 11. n. 9.
- Advocatus an testimonij causa super juris articulis mercedē laboris in studio impensū recipere possit, cap. 13. n. 10. & 11.
- Advocatus pro clientulo sui in testē, produci nequit nisi in casu in quo ab adversarij producitur à quo cogi potest ad ferendū testimonium, cap. 13. num. 13.
- Advocatus pro dilecto alias cōmissō in auditorio nō est captandus nec scolaris in scolis, cap. 13. n. 14.
- Advocatus in muneris sui exercitio periculis multis est obnoxius & non solū ab adversario sed etiā à proprio clientulo periculum patitur in eo, cap. 14. n. 1.
- Advocatorum officium periculosum est, & plurima in illo specialiter occurrente pericula enumerantur, cap. 14. num. 2.
- Traditur casus ex Bart. doctrina in quo advocati, & medici officiiū gratis impendentes de levissima tenentur, c. 5. n. 29. & seq.
- Agrimensor etiam si mercede recepta operam præstet de lata solummodo culpa tenetur, cap. 5. n. 28.
- Contra amicum postulare licet avvocato sed non decet, cap. 3. num. 16.
- Contra amicum vel pro inimico postulare advocatus cogi nequit, cap. 3. n. 16.
- Appellans, & advocatus illius ab injurijs rebus in appellatione abstinere debet, & nō reputatur injuria si dicatur sententiam iusticiam iniquam esse & injustam, cap. 12. num. 2.
- Argumentū de feudo ad emphyteusim, & cōtra non valet data disparitate, c. 3. n. 4.
- Arma militū cōmuni jure capi nō possunt pro executione rei judicatæ etiam si non adfuerint bona alia c. 13. n. 8. idē dicendū in libris advocatorum etiā stante jure nostro reg. s.

### C

- Carcer non pæna sed custodiæ causa inventus est & de definitione illius, &c. Etymologiae, & differentia inter jus civile & pontificium, cap. 10. num. 21.
- Caupo seu stabularius tenetur hospites recipere, c. 5. n. 5.
- Cauponē multitudo hospitū excusat, c. 5. n. 8.
- Causa dubia licitè & cōscientia illæsa ab avvocato defendi potest in illa tamē calumnie exceptionibus uti non licet, cap. 10. n. 17.
- In causa de cujus justitia certo constat advocatus moratorijs & cavillosis exceptionibus uti potest etiam si solū differendæ litis animo, & intuitu utatur nec ad causæ victoriā illæ conducant dūmodo abstineat à mendatio c. 10. n. 17. vers. alter casus num. 18.
- Quod Christus Dominus advocatus dicatur erga patrem, vide litera D.
- Clericus an possit advocare, c. 2. n. 5. in fine.
- Clericus contra ecclesiam à qua beneficiū obtinuit vel in qua est beneficiatus advocare nō potest, & alias beneficio privatur, c. 3. n. 2. limita in propria vel parentis causa.
- Clientulus cui advocatus gratis impendit an præstiti sibi patrociniij salariū ab adversario in causa victo exigere queat, cap. 6. n. 9.
- An clientulus qui salario debito advocatū suū fraudavit exigere illud possit in calculo expendarum, cap. 6. num. 12.
- Convitatores iudicum tam circa rem ad mōnus eorum pertinentem quam illud non attingentem puniuntur, cap. 12. n. 4. 5. & 6.
- Consuetudo quod advocatus juret pro singulis causis



## R E R V M.

causis sub patrocinio suo susceptis si alicubi est improbat, c. 10. num. 6.

Contingente casu in persona advocati per eum non stetisse dicitur quominus operas praestaret ut totius litis lucretur salarium & specialitatis ratio assignatur ad intellectum l. 1. §. divus ff. de var. & extraord. cognit. c. 7. n. 14  
Culpa, alia lata, alia levis alia levissima, & de lata tenentur omnes qui de dolo tenentur cui illa cōparentur, cap. 5. n. 17. & vide litera L.

### D

Definitio levis culpae à Bart. assignata cū differentia inter illam & levissimam culpam, cap. 5. num. 23.

Depositarius suscipiendo deposito se offerens de levi an de levissima etiā teneatur, c. 5. n. 30.

Divus Ambrosius causas Rab. Romae per undecim annos peroravit, cap. 1. n. 5.

Divus Hieronymus fictis se litibus exercebat munus agere intendens & de Sancto Theophylo maris scholastico ibid.

D. Phylogonius advocati munus gessit, & de illo ad Episcopalem dignitatē assumptus est Antiochia, & de prerogativa antiochianae cathedrae, cap. 1. n. 6.

De Divo Ivone qui etiā advocati munus egit, & quod plures alij laudabiliter idē munus, & quod advocati appellantur honorati & salarium illis debitum honorium nuncupatur, cap. 1. num. 7.

Dominus Noster Iesus Christus advocatus iustus pro nobis apud patrem, quem continuo pro nobis interpellat, c. 1. n. 8. & quomodo iustus pro injustis ibidem vers. sed dicit aliquis etiam cū in mortali hac vita Dominus ipse, & Beata Virgo advocacionis munus exerceverunt, cap. 1. n. 10.

Dominus noster Iesus Christus pro inimicis suis, & crucifigentibus se advocati munus apud patrē peregit c. 1. n. 11. & pro inimicis postulare à iudice cōpelli nemo potest, n. 12

Dominicis diebus & alijs festivis in honorē Dei an liceat studere media sententia quae, & cōmunis est probatur tradens in licere quando studiū principaliter lucri causa non suscipitur sed ad illuminandū intellectum aut ad aliorū commodum, c. 4. num. 10.

Dominicis diebus, & festivis alijs in honorē Dei non licet advocato ijs incubere quae ad munus suum pertinent proprij lucri causa nec multitudo negotiorū eum excusat quando per alios aequè idoneè expediri illa possent tempore habili, cap. 4. n. 11.

### E

Emphyteuta contra dominū à quo emphyteusim recepit postulare pro alio impune potest, c. 3. n. 4.

### F

Filius familias advocatus in ijs quae advocacionis ministerio acquirit quasi castrensis peculij privilegij fruitur, c. 13. n. 2.

### G

Gratis advocati patrocinio utens in causa quam vicit salariū illius ab adversario exigere nequit in foro conscientiae nec exactum retinere, cap. 6. num. 11.

### H

Honoris periculū patitur advocatus, victus in causa cujus victoriam cliētulo promittebat, praesertim si plurimorum iudicum voto victus, c. 14. n. 4.

### I

Illiterati in defectum literatorū aliquando advocare permittuntur nec tamen idcirco advocatorū privilegij tales uti possunt. c. 2. n. 4.

Impeditus actio processus retinens ultra statutos à lege terminos an & quando peccet cū restitutionis onere bimembri distinctione resolvitur.

Impij advocati loquendi facultatem amittunt, & in eo quis punitur in quo delinquit, c. 15. num. 2.

In his quae sunt cōmunia pluribus ut singulis & non sufficit secundū ordinarias juris regulas cōsentus maioris partis ad aliorū praesudiciū & intelligitur l. maiorē ff. de pactis, c. 7. n. 11.

Pro inimicis postulare à iudice compelli nemo potest, cap. 1. num. 12. & c. nec advocatus, c. 3. num. 16.

Injuriandi animus nō praesumitur in advocato qui injuriosa verba in adversariū proponit in articulis quādo illa ad causae victoriam pertinent, c. 4. n. 7.

Injuriola verba quando ad causae victoriam nō conducant injuriarū actione tenetur advocatus qui eas scripsit protestatione in cōtrarium haud quinquā excusandus c. 4. n. 8.

Inquilinus contra locatorem domus dominū postulare pro alio potest nec eam ob causā expelli potest durante locationis tempore cap. 3. num. 5.

Irregularitas non contrahitur ex causa remota: qualem praestat qui edocet de perito advocato ad accusandum in causa criminali unde pena sanguinis secuta est, cap. 11. nu. 4.

Iudici debitus honor non offenditur per recusationem aut appellationem quantumvis manifeste sit frivola, & frustratoria, c. 12. n. 2.

Iudiciū particulare de advocato in mortis articulo Virgine Maria patrocinante cōtra diabolum accusantem, cap. 15. num. 3.

### Q

10.



# I N D E X

Iudex qui per impéritiam male iudicavit quā culpā præstare teneatur, c. 5. n. 33. & 35.  
 Iudex per imperitiam male iudicās de levi culpa tenetur, & non de levissima c. 5. n. 35.  
 Iudex pro damno culpa sua illato cum de illo tenetur in foro conscientiae manet obligatus etiam antequam ab illo exigatur, c. 5. n. 39.  
 Iudex gratis pauperibus tenetur subvenire, & patrocinari, c. 6. n. 4. idem traditur in notario, & procuratore, ibid.  
 Iudex qui fuit in causa aliqua à motus ab officio ante causa decisionem potest in illa alterutri parti patrocinari, c. 3. num. 15.  
 Qui ad iudicandi munus assumitur invitatus vel etiam voluntarie de partium consensu pro levi culpa non tenetur in animæ iudicio, c. 5. num. 40.  
 In iudice maior juris scientiae requiritur quam in avvocato, cap. 5. num. 34.  
 Iudex secundum in actis deducta, & probata sententiā proferre debet quanvis illi ut privato de veritate in contrarium constet, cap. 10. num. 10.  
 Iudex secundum allegata, & probata iudicare debet contra dicendum in avvocato, & de ratione differentiae, cap. 16. n. 12.  
 Iuris ignorantia ad latam culpam pertinet etiā in illiteratis qui literarum peritos consulere potuerunt, cap. 5. n. 20.  
 Iurisconsultis fas non erat à receptis juris traditionibus deviare sed cum id æquitas exigebat principem litigatores adibant, c. 7. n. 9.  
 Iurisconsultorum responsa quæ imperatorum rescriptis nituntur ut æquitate sua suadente contra ordinarias juris traditiones accipi debent sed hoc non semper, cap. 7. n. 10. & 11.

## L

Lata culpa appellatione doli non continetur in lege pænali dolo proxima est differunt tamen in multis, cap. 5. n. 18.  
 Latæ culpæ definitio secundum glos. & Bart. cap. 5. n. 19.  
 Lata culpa est non præstare tantam diligentiam in alieno negotio quantam in proprio, cap. 5. num. 24.  
 Lata culpa quando committitur ab eo qui talem in alieno negotio diligentiam præstat qualem in suo præstare solitus est, & quando levis, cap. 5. num. 25.  
 Leges humanæ etiam in foro conscientiae subditos obligant quando in veritate fundantur non tamen semper sub culpæ mortalis reatu refertur quorundam sententia secundum non licet avvocato in animæ iudicio salarii nomine recipere ultra quantitatem à lege taxatam, cap. 9. num. 6. Falit in advoca-

tis Episcoporum Abatum, num. 6. & vide num. 7.  
 Legitimum advocati impedimentum excusationem clientulo præstat.  
 Levis culpæ definitio à Bart. asinata cum differentia inter illam latam, & levissimam culpam, cap. 5. n. 23.  
 Lex lata à Principe quæ à populo non recipitur non obligat nec habet vim legis, & dicitur non recepta quando à tota communitate vel à maiori parte non recipitur, c. 9. n. 9.  
 Liberto non licet contra patronum advocare, cap. 3. n. 3.  
 In libris advocatorum non est facienda exceptio pro ære alieno etiam bonis alijs non contentibus etiam de jure Regio Lusitaniæ lib. 3. tit. 86. §. 23. & sequenti, cap. 13. n. 5. 6. 7. & 8.  
 Licet contra amicum postulare sed non decet, cap. 8. n. 16.  
 Locator operarum totius temporis mercedem lucratur si per eum non steterit quominus ea præstaret secundum ordinaris juris traditiones, cap. 7. n. 12. declaratur si per eum non steterit propter casum contingentem in persona conductoris intellecta l. qui operas locati, n. 13.  
 In locatione simplici operarum levem culpam venire in locatione vero rei aut operarum cum rei interventu etiam levissimam intellecta l. si merces §. qui columnam ff. locati, §. qui pro usu inst. eod. tit. cap. 5. num. 33. & 35.  
 Locatore operarum impedito quominus ea præstare possit propter fortuitum casum in persona ipsius contingentem mercedem illarum non lucratur, cap. 7. num. 1. facit avvocato specialitatis ratio à Bart. asignata traditur n. 2. aliam vide n. 14.  
 Lusitaniæ nostræ advocati, & curiæ numerantur & examinantur coram magistratibus, cap. 4. num. 3.

## M

Magistratibus, & præfectis magnis quibus salaria propter dignitatem principaliter sunt constituta si moriantur ante finitum officii tempus totius temporis salaria debentur secundum Bart. communiter receptum cap. 7. n. 3. de contraria aliorum opinione num. 7.  
 Magistratus Doctores ad legendum conducti & alij similes anni quo moriuntur salaria acquirunt nisi pro rata temporis quo munus præstiterunt contra communem, cap. 7. num. 17.  
 Maior juris scientia requiritur in iudice quam in avvocato, c. 5. n. 34.  
 Beatissima Virgo Maria advocacionis munus



## R E R V M.

in caelo cujus est Regina, & advocatae nominæ, & titulo invocatur, c. 1. n. 9.

Virgo Maria advocata apud filium filius apud patrem, virginis patrocinio advocati maxime egent, cap. 15. n. 1.

Medicus gratis ministeria sua pauperibus ad ministrare vel exhibere tenetur, c. 6. n. 4.

Mendacium advocati an semper mortale peccatum tecum ferat an veniale solummodo aliquando traditur, c. 10. n. 20. & 21.

Milicium privilegia quæ illis competunt propter præsumptam juris ignorantiam non cõpetunt advocatis alia vero competunt, c. 13. n. 3.

Multari potest advocatus à judice si injustam causam scienter patrocinatus est, c. 10. n. 7.

Multiloquium, & procacitas damnatur in advocato, & potest judex nimirum verborum ab auditorio eiecire, & etiam privare c. 4. n. 5.

Multitudo negotiorum advocatum non excusat quando per alios æque idonee expedire illa possent tempore habili, cap. 4. n. 11.

### N

Notarius à parte rogatus tenetur conficere instrumentum, cap. 5. n. 1. & sequent.

### O

Obligatio servandi secretum naturalis est, c. 5. n. 13.

Officium omne autoritate publicum licet utilitate privatum sit redditur ab initio, c. 5. n. 2.

Officiorum tria sunt genera alia sunt privata utilitate, & autoritate alia publicæ autoritate sed utilitate privata alia autoritate, & utilitate publica, c. 5. n. 3.

Officium privata tam autoritate, quam utilitate voluntaria semper sunt ante susceptionem & postea in exercitio eorum secus in officijs secundæ, & tertiæ speciei, & in quo hæc convenient traditur, c. 5. n. 4.

Officium cauponis, & stabularij publicum est autoritate sed utilitate privatum, & ideo hospiter recipere tenetur, c. 5. n. 5.

Officium advocati quodammodo publicum dicitur, & qua ratione sic dicitur traditur cum differentia inter illud, & officium procuratoris, c. 5. n. 6. & 7.

Officium advocati aliquando simpliciter, & absolute autoritate publicum est & legitimam excusationis causam præstat multitudinem negotiorum, & in caupone hospitum multitudo.

Ord. Lusitana de taxatione salarij advocatorum in animæ judicio locum non habet, c. 9. n. 8.

Ord. Regia Lusitana, lib. 1. tit. 91. de salarijs advocatorum intelligitur.

### P

Pactum initium inter advocatum, & clientulum

lite pendente sub patrocinio illius non valet nec inter medicum, & ægrotum, c. 8. n. 7.

Pactum an valeat de re aliqua aut certa pecunia quantitate salarij nomine advocato præstanda diversæ referuntur opiniones, c. 8. n. 2.

Pactum de re certa aut certa pecuniæ quantitate advocato præstanda in eventum victoriæ non valere probatur, c. 8. n. 3. intelligitur, Ord. Regia lib. 1. tit. 48. §. 11. juxta eandem sententiam pro eadem expenditur mens Bart. in l. sumptus in fine ff. de pactis, n. 4. & 5.

Parendum an potius sit patri, aut patria, cap. 3. n. 1. ubi cum distinct. traditur.

Pauperi quando pro justæ litis præsumptio adest præstanda sunt alimenta atque etiam litis expensæ ab adversario non tamen in praxi receptum est, c. 5. n. 6.

Peccant judices, & advocati qui sufficientem ad exercendum munus suum scientiam non habent, c. 2. n. 3.

Peccatum mortale non est ultra legis taxationem recipere si quod ultra recipitur modicum est, c. 9. n. 7. vers. sciendum.

Peccat contra justitiã advocatus legis terminum sibi duplicari postulans in causa minoris restitutionis ope quando eo non indiget, c. 10. n. 24.

Peccat graviter & cum restitutionis onere qui ultra legis terminum acta processus sine legitima causa detinet, c. 10. n. 25.

Pæna legis etiam si latæ sententiæ sit, & ipso jure statuta in foro animæ non debetur ante judicis sententiam, c. 5. n. 38.

Periculum aliud frequens, & damnum in susceptione ac defensione injustæ causæ ignoranter c. 14. n. 6.

Periculum rei familiaris patitur advocatus, c. 14. num. 5.

Periculum honoris patitur advocatus, victus in causa cujus victoriam clientulo promittebat præsertim si plurimorum judicum voto vincitur, c. 14. n. 4.

Postulare pro inimicis à judice nemo compelli potest, c. 1. n. 11. & 12.

Postulare pro alijs omnes possunt qui jure prohibiti non reperiuntur, cap. 2. n. 1.

Postulare in judicio contra parentes nunquam licet nec pro patria quanvis causa ex parte patriæ justa reputetur, c. 3. n. 1.

Postulare contra propinquos non licet, c. 3. n. 16.

Postulare non licet advocato in judicio pro causa in exteriori judicio injusta tamen si secundum jus poli justa videatur, c. 10. n. 5.

Potentium causæ periculosiores advocato earum, c. 14. n. 3.

Potest advocatus etiam post susceptum à se & captum negotium legitima interveniente causa ab eo discedere clientulo invito sed nec tunc partem adversam juvare ei licet, c. 5. n. 9.



## I N D E X.

Si præfecto mortuo ante finitum officium debeatur integrum salarium vide liter. M. verbo magistratus

Prælati ecclesiam suam contra omnes juvare tenetur, cap. 3. n. 2.

Prævaricationis crimen quando committatur cap. 3. n. 13. & cap. 5. num. 16.

Prævaricationis non committit qui contra consilium à se uni præstitum recepto salario alteri patrocinator, cap. 3. num. 14.

Princeps supremus secundum propriam privatamque conscientiam judicare debet spreta actorum probatione, condemnare vero aliquem testimonio unius tametsi fidedigno non licet illi, c. 10. n. 11.

Priori derelicto alteri contra eum postulare licet advocato iudice jubente, cap. 3. n. 12.

Privilegia doctorum an advocatis competant, c. 13. n. 15.

Procuratori non licet pacisci cum clientulo de cota litis pro salario, cap. 8. n. 1.

Prohibitus, advocare non censetur prohibitus consilere in camera, cap. 2. n. 6.

Promissio advocato facta de re aliqua aut certæ pecuniæ quantitate si causam vicerit nunquam valet facta vero nomine salarii simpliciter aut in utrumvis eventum valida est, cap. 8. n. 6.

Protestatio advocati quod pœnam sanguinis non intendit ipsum non excusat quanvis talis protestatio excuset accusatorem & differentiarum ratio assignatur, cap. 11. num. 4.

### Q

Qui fuit iudex in causa aliqua amotus ab officio ante causa decisionem potest in illa alteri patrocinari, cap. 3. n. 15.

Qui dolose quicquam in clientulum suum agit prævaricationes crimen committit, & etiam qui pro viribus non defendet, cap. 5. n. 16.

Qui ad iudicandi munus assumitur invitatus vel etiam voluntarie de partium consensu pro levi culpa non tenetur in anima iudicio, c. 5. n. 4.

### R

Rei familiaris periculum patitur advocatus, cap. 14. num. 5.

### S

Salarium quo tempore advocato solvendum sit

jure Regio, & communi attentio, c. 9. n. 1. Salaria debita ex dispositione legis in initio solvenda sunt, cap. 9. n. 2.

Salarium advocatorum qualiter taxandum iudicis arbitris, & de aurei valore apud Ultramarinum in l. 1. §. Si cui tantum ff. de varijs, & extraordinarijs cognition. c. 9. n. 3.

De salario advocatorum secundum jus novissimum cap. 9. n. 4. de eodem secundum jus Lusitanum num. 5.

Secretum sibi à clientulo commissum revelare potest advocatus eo quo adversus illum utitur si causa efficiatur propria advocati titulo hereditario verbi gratia, c. 5. n. 15.

Secreta derelicta à se partis in casibus à jure permittis adversario revelare advocato non licet nec pro testimonio requisitus commissum sibi secreta manifestare potest sed potest & debet iudici interroganti amphibologie respondere, cap. 5. n. 10.

Secreti servandi obligatio naturalis juris est, c. 5. n. 13.

Stabularius tenetur hospiter recipere, c. 5. n. 5.

Superior præcipere quicquam non potest contra id cuius est obligatio naturalis juris, c. 5. num. 14.

### T

De tempore quo salarium advocato solvendum est regio, & communi jure attentio, c. 9. n. 1.

Testi spoliato à latronibus in itinere quod testimonij ferendi causa agebat damnum non debetur, cap. 13. n. 12.

Testimonij ferendi causæ cõpelluntur venire ad iudicium sed mittitur ad eos tanquam ad egregias personas, cap. 13. n. 9. ver. versus.

Testimonij ferendi causa super juris articulo advocatus mercedem laboris in studio impositi recipere possit, c. 13. n. 10. & 11.

Testi ministrande sunt expensæ quas fecit testimonij ferendi causa, & Lucrum cessans præstari debet, c. 13. n. 11. quid de labore.

### V

Vassalus contra Dominum à quo feudum habet advocare non potest nec libertas contra patronum, c. 3. n. 3.

Vestis & toga advocatorum quæ olim apud Romanos illis in utroque erat qualis sit, c. 4. n. 9.

De Virgini Maria quæ advocata sit & dicatur vide litera M.

## F I N I S.





TRACTATUS  
DE  
IVRE, ET PRIVILEGIIS  
HONESTATIS.

IN DUODEVIGINTI ARTICULOS DISTRIBUTUS,  
quibus universim honesti jus, ac quod ad singulos persona-  
rum status pertinet, explicatur.

OPUS UTRIVSQUE IURIS STUDIOSO LECTORI, AC  
tam in scholis, quam in foro versantibus haud jucundum, nec infructuosum.

AUTHORE  
BENEDICTO ÆGIDIO  
Lusitano, patria Pace Julia.

ELENCHUS, SEU COMPENDIOSA SUMMA, ET ARGU-  
menta eorum quæ in singulis præsentis tractus  
capitibus continentur.

INITII ARGUMENTVM.



**H**ONESTAS unde dicatur, traditur; quid significet secundum latam verbi signifi-  
cationem, & secundum strictam; cum diffinitione illius. Assignatur differentia in-  
ter honestatem, & castitatem, ad conditionem, si castè vixerit, & si honestè vixe-  
rit. Iuris præceptum, quod est, honestè vivere, declaratur ad intellectum, l. justit-  
tia §. 1. ff. de justit. & jur. & §. juris præcepta, justit. cod. titul. Agitur de prin-  
cipali legis requisito, quod in morum honestate consistit, & de intellectu text. cap. erit  
autem lex. 4. dist. Et de illa jurisregula, Non omne quod licet, honestum est;  
item de lege præceptiva, & permissiva. Explicantur text. in l. in causa 2. §. idem Pomponius ff. de  
minorib. & in l. item si pretio §. final. ff. locat. Denique, quod maior in feminis, quam in masculis re-  
quiratur honestas, & castitas, in fine subditur ad sequentium continuationem articulorum.

ARTICUL. PRIM.

**Q**uod honestatis jus ab omni superioritate sit exceptum, premititur, ideoquè subdita ad tripudi-  
um à principe vocatæ ire non tenentur. Traditur, faminarum tripudia, ex se honesta esse, per  
accidens tamen ex circumstantia aliqua aliquando de honestari; quodquè in publicis spectaculis,  
& histrionum theatris honestas semper servari debeat, & publica etiam lætitiæ præferenda sit, cum intel-  
lectu text. l. vnic. C. de maium. lib. 11.

ARTICUL. SECUND.

**M**ulier judicandi munere fungi non potest, nec arbitrix esse, nec valet compromissum in illam  
factum etiam adhibito juramento. Nec lege statui potest, ut mulieres in iudices eligi possint,  
quanvis



## Elenchus.

quanvis privilegij causa certa alicui id tribui possit. Regina tamen, & que superiorem in comitatu suo non recognoscunt, possunt in illo judicandi munus per se in subditos exercere. Quae vero superiorem recognoscunt exercere id munus in comitatu suo non possunt, nisi consuetudine extante, idque propter earum excellentiam; quod in alijs consuetudo inducere non valet tanquam bonis natura moribus contraria. Juxta quod intelliguntur text. in l. cum pretor §. final. ff. de judic. & in l. final. C. de arbitr. & in cap. dilecti, eod. titul. Arbitratrix vero, potest esse mulier. Postulare pro alijs nequit, nec procuratoris munus exercere; sed potest in camera consulere, quod regulare est in postulare prohibitis. Item, ad judicem ire testimonij ferendi causa, cogenda non est, sed in domo sua interrogari debet. Nec admittitur ad publici criminis accusationem, aut denuntiationem. Denique, per procuratores accusare mulieres possunt in causis criminalibus ad illas spectantibus; quod alijs non licet. Cujus rei ratio expenditur ad leg. Regiam Lusitaniae nostra lib. 5. titul. 124. §. 15. quae communem in hoc secuta est sententiam.

### ARTICVL. TERT.

**T**raditur, mulierem in publicum carcerem mitti non debere privilegio honestatis, intellecto text. in Auth. ut null. judic. §. necessarium, collat. 9. Quod privilegium cum honestarum sit, conjugatis, competit, & si honeste non vivant. Explicatur, quando privilegio hoc mulier fieri non debeat quia honesta non est. Et contra fiscum privilegio locus est. Et agitur, an locum habeat in causa delicti, & pro debito ex delicto descendente, ac denique, pro tutelari debito, quando mulier Velleiano, & omni juris auxilio, atque etiam privilegio huic expressim renuntiavit.

### ARTICVL. QUART.

**V**irgines in caelo laureolam portant; & quid laureola sit, alias, aureola, & unde dicatur, traditur cum alijs virginitatis prerogativis, & laudibus. Fori privilegio utuntur, quod viduae honestis competit. Eodem utuntur honesta mulieres non nuptae, tamen si aliquando in honeste vixissent, non tamen meretricio more. Item moniales, quanvis monasterium dives sit. Agitur de interpretatione ord. lib. 3. titul. 5. §. 5. Traditurque, viduam a vidua conventam curia praesidem eligere posse; nec privilegio huic posse renuntiari. Denique, concluditur articulus cum prerogativa virginum in loco, & incessu, & virginalis status excellentia.

### ARTICVL. QUINT.

**A**gitur de viduis, & viduitatis laus praemittitur: traditurque, privilegium alicui, & suis descendentibus masculis, & feminis datum, etiam filiabus viduis competere. Nobilitatis privilegia quae viduae competunt ex persona mariti defuncti; quaeque eidem, ipsius viduitatis causa competunt, propter in honestam vitam conversationem etiam non admissio stupro amittit. Subjungitur disputatio de vidua relicta in testamento mariti, atque etiam de in vita donatis, & de lucris alijs durante matrimonio intuitu mariti acquisitis, & de propria ipsius dote, an, & quatenus propter stuprum haec amittat: negativaque sententia in his omnibus, praeter relicta in testamento, probatur. Quae sententia declaratur circa proprietatem bonorum liberis reservandam, ut evenit, quando mulier ad secundas nuptias convolavit. Et de tutelae filiorum amissione propter luxuriosam vitam, & secundas nuptias consequenter tractatur. Et an amissam recuperet a mala vita resipiscens, & secundi matrimonij vidua facta, differentia inter utrumque casum constituta. Ac denique, traditur, mulierem in honesta conversatione utentem, quae tamen casto corpore vivit, adeptam jam filiorum tutelam non amittere; ad illam vero non dum adeptam ejuscemodi mulierem admitti non debere, intellecta Regia ord. lib. 4. titul. 102. §. 3. in princ.

### ARTICUL. SEXT.

**Q**uanvis nuptiae castae sint, & honestae; quia castitas simpliciter nominata etiam conjugalem continentem excludit, contra receptam sententiam probatur conditionem viduae adjectam, donec castè vixerit, aut, donec honestè vixerit, castam, & honestam viduitatem importare, sive à marito, sive ab alio scripta sit. Matrimonij verò impeditiva non est, cum ijs personis in testamen-



## Elenchus.

ad adjicitur qua nunquam matrimonium contraxerunt: secus in contractu. Larga deinde subnectitur disputatio de conjuge adultera tam ad civilem bonorum, & alimentorum etiam, ac divortij pœnam, quam ad criminalem accusationem: & de compensatione paris adulterij: equalique utriusque conjugis causa cum civiliter agitur, ad de exceptione maritalis adulterij, & lenocinij ipsius. Denique, ad legem adulteros occidere propria auctoritate permittentem subinfertur, & de justitia illius ad utrumque forum discutitur.

### ARTICUL. SEPTIM.

**A**gitur de filia irrequisitis parentibus nubente vigesimum quintum atatis annum, latiorque de illa qua in corpus suum peccat, disputatio intexitur ad pœnam exheredationis, quam incurrit, si dum minor est peccat, tam communi, quam Regio Lusitania jure. Differentia tamen inter hoc, & illud jus notatur, quod secundum Casareum, ut filia exheredari possit, requiritur, quod luxuriose vivat, secundum Regium vero, semel peccasse, sufficit. Aliquando vero, & si post vigesimum quintum atatis annum in corpus suum peccet, eandem patitur pœnam videlicet cum justis a parente nuptijs illi conquisitis assentire nolens, turpiter vivere elegit. Idem est, si homini non libero quandoocunque nupsit. Et intelligitur text. in Auth. ut cum de appellat. cognoscit. §. aliud quoque capitulum, versic. Causas, prope fin. & in Auth. sed si post C. de inofficios. testam. & Lusitana ord. lib. 4. titul. 88. §. 1. Quod mater meretrix non possit exheredare filiam eandem labe affectam, possit vero pater meretricator, traditur, subjectis ad utrumque parentem limitationibus. Agitur postea, an ob predictam causam alimentis filia privanda sit, & negativè resolvitur, quando aliunde non habet unde alatur. Item de alimentis ingrato filio prestandis distinctione adhibita inter contrarias opiniones. Ac denique, an ingratitude causa per pœnitentiam tollatur, filiaque subinde à turpi vita respiciens, ex quo pœnam exheredationis incurrerat, à patre dotanda sit.

### ARTICVL. OCTAV.

**C**oncubinatus absque animi in eum affectione non intelligitur, nec sine carnali utriusque commixtione, & ad id alia requiruntur. Naturali, divino, & Pontificio jure prohibetur, de civili controversia est. Et secundum locorum statuta punitur, ut apud nos cum in curia exercetur, juxta ord. lib. 5. titul. 27. qua explicatur. Traditur deinde, concubinarios turpium personarum numero censeri, ut ita si quis omisso fratre, aut sorore simili non affectis labe, concubinam, aut concubinarium instituat heredem, sub in officiosi testamenti querela maneat institutio. Quod in manifestis concubinarijs, de quibus intelliguntur leges de concubinarij simpliciter loquentes, ut securius traditur. Et an tales, utem ille qui duas simul concubinas retinet, aut unam cum uxoratus sit, infamia nota sint aspersi, exquiritur, negativèque tenetur. Possunt autem concubinarij regulariter sibi invicem in testamento quoquo titulo relinquere, vel inter vivos donare. Lusitano vero jure nostro, si uxoratus concubina sua aliquid donet, uxor in solidum sibi repetit cum libera ejus administratione, ex ord. lib. 4. titul. 66. Cujus lata subtextitur explicatio cum ampliationibus, & limitationibus ad ejusdem legis Regie ornatum. Annectitur deinde disputatio de largitionibus militum, tam per actum inter vivos, quam per ultima voluntatis dispositionem in concubinas suas: concluditurque, non semper in hoc procedere argumentum de milite armato ad caelestem, & literatum.

### ARTICVL. NON.

**M**eretrix, que sit, traditur, cum verbi etymologia: item, unde lupanaria dicantur, & quod ad maiora mala evitanda, in civitatibus permittuntur. Subditur statim questio, an quitalibus domos locant non ignari turpis earum usus in domo conducta, peccent. Item de expulsiōe meretricis aut mulieris in honestè viventis, è vicinia. Et de remissione pensionis pro residuo tempore expulso inquilino propter malum rei usum. Et quod etiam è domo propria expelli possit dominus honestè vivens, honestatis causa, traditur. Et quando conjugata illam ob causam expelli possit. Meretrices, infames, & turpes personas esse subditur. & de alijs ad illas spectantibus, remissivè. Et quod habeant testamenti factionem activam, & passivam. Cogi non posse, ut certum portent habitum aut signum, contra Bald. probatur, intellecta l. mime C. de Episcop. audient. Denique, ad coitum invitam compelli impune non posse, nec qua in lupanario publico constituta est, traditur, intellecta Lusitana ord. lib. 5. titul. 18. in princ.



## Elenchus.

### ARTICVL. DECIM. ARGVMENTVM.

**D** Omina coitus cum proprio seruo, ut de testabilis capitali supplicio in utroque punitur, illo igni comburendo: filij quoque inde suscepti infames sunt, & matri in successibiles juxta l. unic. C. de mulierib. quae se propr. seruo. junxer. cujus ratio assignatur. Domini verò cum ancilla sua coitus impunitus est, tamen ex hoc aliquando ad venditionem illius cogi dominus ipse possit. Et si usque ad mortem in concubinato illius permanserit, & de ancilla, de liberis, si quos ex ea suscepisset, nihil disposuit, liberi omnes manent ex l. final. C. commun. de manumission. Quae l. varie ampliatur, & declaratur ad ornatum illius: tandemque limitatur in ancilla quae domino ignorante, cum alio fornicata est, ut ex hoc beneficio legis non fruatur ipsa absque liberorum praedicio.

### ARTICVL. UNDECIM.

**C** Lericorum dignitas, & excellentia status commendatur cum verbi etymologia, juxta quam summa in illis desideratur honestas: unde nec cum propinquis mulieribus, si alias suspectae sint, cohabitare illis licet. Nec solum cum sola loqui, nec sanctimonialium monasteria frequentare. Matrimonium contrahere prohibitum omnino est clericis. Et quid circa hoc in Orientalibus statutum jure Pontificio sit, explicatur. Fornicatio illorum etiam simplex arbitrio judicis punibilis est: nec alia secum crimina involuit, praeter sacrilegium. Concubinatus verò graviter, ac varie punitur secundum antiquos canones, & Concil. Trident. sess. 25. cap. 14. de reformat. De cujus explicatione agitur aliquot subjectis quaestionibus. De incestu clerici disputatio deinde sequitur, & de illo qui committitur cum filia spirituali. Et de pana clerici adulteri. Et de presbyterorum filiis, quos spurios esse traditur, inspecta verbi etymologia; & a patribus alendi sunt etiam ex praebendarum redditibus si aliunde ali nequeant. Denique, etiam ex soluta muliere suscepti, ex damnato & punibili coitu suscepti traduntur: ex quo succedere matribus non valent.

### ARTICVL. DUODECIM.

**A** Gitur de publicis ministris mulieres coram illis muneris causa comparentes carnaliter, cognoscantibus: quos leges puniunt, quanvis sponte volentem cognoscant, & talis mulier sit, quae alijs se praebeere consueverit: intellecta sic, & ampliata Regia ord. lib. 5. titul. 20. Intelligitur item l. final. ff. de concubin. Subditurque de custode carceris captam apud se mulierem cognoscente, & de pana tutoris pupillam suam cognoscentis, intellecta l. unic. C. si quis eam cujus tutor fuer. corruper.

### ARTICVL. DECIM. TERT.

**D** E nobiliis, & illustriis personarum, in quibus maior exigitur castitas, filijs illegitimè susceptis ad parentum successionem lata intexitur disputatio. Primoque de spurij femina illustris, cui tales non succedunt legitima sobole extante; illa verò non existente, spurij femina illustris filius matri succedit, dummodo ex punibili coitu susceptus non sit; quo casu materna successionis incapax est. In propositum adducitur nova Imperatoris constitutio l. si qua illustris C. ad senat. consult. Orsician. varijs ad intellectum, & ornatum illius quaestionibus subjectis de successionem spurij in bonis matris illustris, & maternorum avorum. Atque etiam de reciproca spurij cum transversalibus suis successionem, tam ab intestato, quam ex testamento, late agitur. Item, de spurij ad paternorum avorum successionem. Et de nepote legitimo ex filio spurio habito. Postea de naturali filio ad successionem matris illustris cui legitima extat, proles, tam communi, quam Regio Lusitania jure tractatur. Hinc ad idem jus Regium longa disputatio inseritur pro successionem filij naturalis, & ejus qui ex servili suscipitur consortio, constituta differentia inter illud, & commune, varijsque subtextis quaestionibus ad intellectum, & ornatum Regia ord. lib. 4. titul. 92. Et è converso de parentum successionem in bonis liberorum. Postremo, de reciproca naturalium cum collateralibus successionem.



#### ARTICUL. DECIM. QUART.

**H**onestatis causa vidua in domo heredum mariti alimenta percipere non tenetur, quando cum illis habitare honeste non potest, quanvis relicta illi sint eo addito, ut in domo heredum praestentur. Et hospitij onere exempta est mulier, etiam quae alias inhoneste vivit. Et etiam cum masculo impubere secuta non est femina sub eodem tecto pernoctatio; cum, & impuberes etiam aliquando nutrices suas gravidas effecisse, historijs tradatur. Hujus rei gratia nocturna sacrificia apud veteres Romanos mulieribus inhibita erant; & in Ecclesia antiquarum vigiliarum loco sacra jejunia subrogata sunt. Denique, & in templis ex more antiquo, ne quodvis honestas periculum pateretur, discretum a maribus famina locum occupant.

#### ARTICUL. DECIM. QUINT.

**D**e honesto presumendo annectitur articulus sequens; ad quem pertinet legitima filiationis praesumptio, quae etiam praevalet adversus contrariam ipsius quae genuit assertionem. Ad eundem item pertinet articulum praesumptio acquisitionum ab uxore, ut de bonis mariti acquisita praesumentur, ne alias turpis questus suspicio suboriretur. Idem in acquisitionibus per viduam intra annum lucris. & per filiam constitutam sub cura, & administratione parentum, de quorum bonis acquisivisse praesumitur, quae interim acquirit. In filio masculino quia diversa est ratio diversimode respondetur. Circa acquisita per concubinam, an ab amasio provenisse, praesumantur, contraria referuntur opiniones negativa probata, intellecto cum Alc. text. in l. 1. §. ipsas C. de natural. liber. Denique, pro honestate mulieris praesumptio in dubio semper est, tam ad legis, quam ad hominis dispositionem: quam tamen allegari coram iudice debere, ultimo traditur, ex communi regula ac conclusione, id ita probante in qualibet juris praesumptione.

#### ARTICVL. DECIM. SEXT.

**D**e honesto praefereudo subjungitur articulus; quo primo traditur, in legato pauperibus mulieribus distribuendo, aut pro maritandis virginibus relicto, inter pauperes, honestas non honestis praeferi debere. Et inter honestas virgines, Divi Nicolai exemplo edocetur, illas potius fore assumendas, quae honestate ipsa magis periclitantur. Ad eandem honestatis praefationem adducitur exemplum de legato monasterio simpliciter relicto, cum unum virginum, & alterum conversarum mulierum concurrunt. Item de locatione communis domus, quam unus ex socijs personae honestae, alter inhonesta locare vult. Longa deinde sequitur disputatio de illegitime natis ad ecclesiasticae emphyteusis successione: atque etiam ad successionem privatae, pro jure Regio Lusitano in ord. lib. 4. tit. 36. §. 4. nonnullis subinde questionibus excitatis. Ac tandem clauditur articulus subiecta ancipite quaestione, An illegitime natus, ad doctoratus, magisterijve gradum evehi possit, cum resolutione illius pro parte affirmativa.

#### ARTICVL. DECIM. SEPTIM.

**I**mpedimentum justitiae publicae honestatis, quid sit, traditur ex communi cum D. Thom. sententia; & in quibus jus antiquum Sacri Tridentini Concilij decreto corrigatur. Cujus correctio quia in sponsalibus de futuro tantum locum habet secundum Pontificiam Pij Quinij Bullam, tractatur quaestio in matrimonio clandestine contracto quod irritum est ob praetermissam Concilij formam, an ex illo impedimentum justitiae publicae honestatis oriatur, & affirmative resolvitur.


#### ARTICVL. DECIM. OCTAVI; ET VLTIMI ARGUMENTVM.

**V**ltimum in hoc opere locum sortitus est articulus, cui praemateria sua praestantia, & nobilitate primus debebatur; & pro amplitudine sua, non tantum unam operis partem, sed totum, & alia maiora multo integra exposcebat. Sed hoc aliorum est qui sacris literis apprimè eruditi, de re illa, integra magnaquè, & adamussim elaborata volumina ediderunt. Nobis pro tenuitate nostra satis fuit, summis (ut ajunt) labris attingere praeconia quaedam, seu prerogativas de honestate, castitate, & virginitate beatissimae Virginis Mariae, qui est articuli scopus, quo, quasi vino optimo ad calcem servato, & pius Lector, si quod praecedentium lectio creavit fastidium, suavissima istius recreetur ab eo, & a nobis in fine operis, prout moris est, laus Deo detur pro toto in Deipara ipsa Virgine, cui, & opus ipsum totum dicatum iri, in fronte apparet.





## SUMMARIA INITIJ.

- I**  **H**onestatis etymologia, & lata significatio, ac secundum eam ejusdem diffinitio assignatur.
- 2 **H**onestas in presenti tractatu non accipitur in lata significatione, secundum quam intelligitur de honorabili quovis statu, sed accipitur prout est virtus pertinens ad castitatem; in qua significatione diffinitur.
- 3 **H**onestatis diffinitio explicatur, & traditur, honestatem etiam de conjugatis predicari, prout de ijs qui celibem vitam agunt. Et traditur differentia inter honestatem, & castitatem, ad conditionem, si castè vixerit, aut, si honestè vixerit.
- 4 **D**eclaratur juris præceptum honestè vivendi, ad intellectum l. justitia §. 1. ff. de justit. & jur. & §. juris præcepta, instit. eod. titul.
- 5 **E**xplicatur cap. erit autem lex. 4. distinct. & traditur, morum honestatem legi inesse, ut principale requisitum illius. Et nu. 12. versicul. Atque ita.
- 6 **H**onestatis excellentia notatus;
- 7 **M**ovetur difficultas contra regulam juris quæ dicit, Non omne quod licet, honestum est.
- 8 **S**olvitur difficultas adhibita distinctione inter jus præceptivum, & jus permissivum, secundum quam concordatur regula quæ dicit, Non omne quod licet, honestum est, cum illo juris principio, quod est, honestè vivere.
- 9 **E**xplicantur text. in l. in causa 2. §. idem Pomponius ff. de minorib. & in l. item si pretio §. final. ff. locat. quatenus inquirunt, licere contrahentibus se circumvenire in pretio venditionis, & locationis; & intelligitur de eo quod licet ex juris permissione.
- 10 **I**ntelliguntur text. jidem in verbo, naturaliter, de quo ibi, & num. 11.
- 11 **L**ex permissiva, & si de malo sit, mala tamen ipsa non est aut injusta, nec materia illius.
- 12 **M**aior honestas, & castitas requiritur in mulieribus, quam in masculis, ibid. in fine.



IESV DVCE, ET AVSPICE IESV.

TRACTATUS

DE

IVRE, ET PRIVILEGIIS  
HONESTATIS.

*Initium, de honestatis etymologia, diffinitione, & excellentia.*



Honestatis causa specialia multa jure nostro constituta sunt; quæ quia in vasto ipsius juris corpore sparsa sunt, nec ita obvia, opus honestum, ac studiosis gratum me facturum putavi, si hinc inde

collecta, & suis singula quæstionibus accumulata in vnum redigerem tractatum. Deus adjuvet me, & B. Virgo, quæ honestatis tutissima faulrix est, honestatis jura tractanti patrocinio suo affilat, vt ita qui de honestate tractatus est, à suo nomine non degeneret.

1 Ante omnia præmitti oportet, vnde dicatur, *honestas*, & quid sit. Quod ad primū attinet, *honestas*, dicitur à verbo, *honor*, seu, *honos*, quasi honoris status, secundum *l. lib. 10. Ethic & Archid. in cap. erit autem lex 4. dist. Bald. in rubric. de vita, & honestat. cleric. num. 8.* vbi ait, quod honestas dicitur quasi honoris servans statum, & allegat *Ioan. Andr. in rubr. cod. tit. lib. 6. vtrumque refert Gregor. in l. 7. tit. 6. part. 1. gloss. 1.* vnde, honestus dicitur, qui honorabilis est, & honesto loco natus, apud Ciceron. & alios, qui bonis & honorabilibus ortus est parentibus; & divites etiam, quia vulgo hominibus in honore sunt, honesti quandoque appellantur, vt testatur *Asconius in verrina. tertia commentarijs*, probat *Vlpian. in l. cum hi §. si in annos, & ibi Bart. ff. de transaction. & in l. si quis uxori §. cum Titio, ff. de furt. Cum Titio, inquit, honesto viro pecuniam credere vellem, subiecisti mihi alium Titium egenum, quasi ille esset locuples, &c.* Iuxta quam verbi etymologiam, ac significationem, ab aliquibus diffinitur honestas, vt sit, *honor perpetuus. ad aliquem secundo populi rumore de-*

*latus, vt apud Lactant. Firmian. divinar. institut. lib. 3. videre licet.*

2 Cæterum in præsentī tractatu, secundum hanc latam verbi significationem, honestatem non accipimus, nec enim de jure, & privilegijs honorabilium virorum, & qui dignitate aliqua, seu publico munere sunt insigniti, hic agimus, de quo jam alij ex Nostris luculentos edidere tractatus, de nobilitate, nuncupatos; sed honestatem hic pressius accipimus, prout est moralis virtus libidini opposita, & ijs quæ ad eam quoquo modo pertinent; in qua etiam significatione honestas ad eandem pertinet verbi etymologiam ac significationem, ad quam lata ejus præcedens significatione, qua comprehenditur, & continetur, sicut species sub genere suo. Quinimò, cum honestatem simpliciter dicimus, attento cõmuni vtu loquendi, de virtute hac intelligimus, & de illa intelligimus, cum honestum aliquid, honestamvè aliquam dicimus; quasi per excellentiam honestas de virtute illa intelligatur, quæ excellentiorem prædicat honoris statum, vnde honestas dicitur, quam divitiæ multæ, personæ dignitas, aut parentum nobilitas Iuxta hanc verò significationem, doctrinæ gratia pro præsentī tractatu, honestatem diffinimus sic: *Honestas, est virtus castitatis, tam absoluta, quam conjugalis, externis moribus probata.*

3 Dicitur in diffinitione, *castitatis virtus, tam absoluta, quam conjugalis*, quia absoluta castitas omnem coitum excludit tam licitum, quam illicitum, idcirco, quanvis castitas dicatur, cum propria conjugate concubitus, vt *in cap. Nicena synodus 21. distinct. 7.* tamen castitas simpliciter, & absolutè intellecta, de conjugatis



jugatis non prædicatur; quod saltem ex eo ostenditur, quia, si quis castitatis votum simpliciter fecerit, matrimonium contrahere impeditur, & si de facto contrahat, quod tenet in voto simplici, debitum exigere non potest propter castitatis votum, quamvis reddere teneatur, ut est concors omnium sententia; cū tamen, si conjugalem voverit castitatem, matrimonium contrahere, & debitum exigere liberè possit. Honestas verò simpliciter, & absolutè sumpta in sensu prædicto, ut in præfati accipimus, ad conjugatos æquè pertinet, ut ad cælibes; nam mulierem conjugatam, tam propriè ac verè honestam dicere possumus, quam illam quæ viro copullata non est, & honestè vivit. Vnde in quæstione illa, an legatum viduæ relictum donec honestè, ac castè viveret, extinguatur, illa ad secundas nuptias convolante, de qua fusè inferiùs agemus, distinguit Angel. in *l. justitia*, §. *juris præcepta*, num. 1. ff. de just. & jur. inter hæc, *donec honestè vixerit, & donec castè vixerit*. Verba illa quæ in diffinitione sequuntur, *externis moribus probata*, significant, honestatem interiori hominis, mulierilvè mente non contineri, sed foràs prodire; in quo à castitate absolutè sumpta discernitur, potest enim quis, castus, & castissimus esse mente, & corpore, absque eo quod hominibus talis appareat; imò, castus esse potest, & non honestus simul, ut apparet in virgine, aut casta aliàs matrona, meretricia veste induta, de qua loquitur *text. in l. item iud La-beonem* §. *si quis virgines* ff. de injur. vnde conditionem, *si honestè vixerit*, non implet qui castus corpore vivit, in honesta tamen conversatione gaudet, ut tradit Mantic. cum relatis ab eo *de conjectur. ultimar. volunt. lib. 11. titul. 19. numer. 24.* & aliud agens scripsi ego in *relect. mea l. Titia*, 2. part. num. 8. ff. de conditio. & demonstrat. Per contrarium verò, qui verè honestus est, non potest non esse castus, ac talis foris apparere debet habitu, conversatione, & morum probitate; honestas enim, virtus moralis est, non abscondita, ac mente retenta, juxta illud Sapient. 7. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & latatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sinè fictione didici, & sine invidia communico, & honestatem illius non abscondo.* Et ad Rom. 13. *Sicut in die honestè ambulemus*, ait Apostolus, id est, conversatione, & habitu coram hominibus simus honesti, concinit ad Thessalonic. 4. *Et ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt.* Nec enim honestatis virtus ex illis est, quas Dominus, in abscondito fieri, præcepit, Matt. 6.

4 Denique, vnum ex capitalibus juris præceptis, honestè vivere, est, *l. justitia* §. 1. ff. de justis & jur. quod ad vitam contemplativam non pertinet, quam Jurisconsulti, ac veteres civilis juris conditores non cognoverunt, sed ad activam, quam bonis moribus astruere curaverunt: vnde, præceptum illud honestè vivendi, in se ipso vnusquisque implet, & circa mores versatur, ut observavit *gloss. in d. §. 1.* & in §. *juris præcepta*, instit. de just. & jur. & pertinet ad honestatem de qua est præfens tractatus, ut constat ex ijs quæ occasione præcepti illius tractant Angel & Paul. in *d. §. 1.* Dec. in *l. semper in conjunctionibus* num. 1. cum sequentib. ff. de regul. jur. atque ita generale illud juris præceptum, quod est, *honestè vivere*, est intelligendum de honestate secundum mores, quam servare in se vnusquisque debet, juxta *gloss. ibi.* & communiter Doctores.

5 Ad eandem honestatis speciem, ac rationem pertinet *text. in cap. erit autem lex* 4. dist. vbi dicitur, quod lex debet esse honesta; quæ legis honestas, ad mores hominum refertur, quia propria, & absoluta legis appellatio est, quæ ad mores pertinet, ut tradit Pater Suar. de legib. lib. 1. cap. 1. num. 5. Vnde in legis diffinitione ab eo ibid. tradita habetur, quod sit mensura quædam actuum moralium. Adeo verò moralis hæc honestas legi inesse debet, ut dixerit *gloss. 1. in d. cap. erit autem lex*, quod in jure non tam desideratur justitia, quam honestas, & allegat *text. in cap. porro* 35. quæst. 3. cujus quidem rei non incivile præstat argumentum *text. ille in d. cap. erit autem lex*, vbi scripta, honestas ponitur, *Erit autem lex*, inquit *honestas, justa, &c.* & frequens ac receptum in jure est argumentum ab ordine scripturæ *l. quoties*, vbi *gloss.* notat, & concordant. allegat ff. de usufruct. Simile argumentum præstat *text. in d. l. justitia* §. 1. & *d. §. juris præcepta*, nam è tribus illis generalibus ac capitalibus juris præceptis de quibus ibi, primum in ordine scripturæ est, *honestè vivere*.

6 Quod pro magna honestatis excellentia notandum est, quæ inter juris præcepta, & inter legis requisita, primum semper sortita est locum; quæ item in eo excellens apparet, quia, quod licitum est, excedit, ac supergreditur; liquidem non omne quod licet, honestum est, ut dicit juris regula, in *l. non omne* ff. de reg. jur. *l. semper in conjunctionibus*, alias, in conventionibus, eod. titul. cui concinit illud Apostoli 1. ad Corint. cap. 6. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*; è contra verò, omne quod honestum est, licitum est quia non potest non esse licitum, quod bonum est, & honestum omne, bonum est; adeo ut dicat Senec. nullum bonum, nisi honestum, & summū bo-



bonum stoici Philosophi in honestate constituebant; & *D. Ambros. lib. 2. de offic. Tantus est, inquit, splendor honestatis, ut vitam beatam efficiat tranquillitas conscientiae, & securitas innocentiae.*

7 Sed contra hoc oritur difficultas ex illo juris præcepto, de quo in *d. §. Juris præcepta, & ex d. cap. erit autem lex*; si enim, juris præceptum est, honestè vivere, & si lex honesta esse debet; videtur, quod omne quod licet, honestum est; quod probatur, quia si licet, secundum jus est, honestum est, antecedens probatur, quia nemini licitum esse potest, quod illi jure non competit; atque ideo, quod licitum est, secundum jus est; porro, si secundum jus est, contra id quod honestum est, esse non potest, cum secundum *Tull. offic. 1. nihil honestum esse possit, quod justitia vacet, & juris præceptum sit, honestè vivere, & lex honesta esse debeat.* Atque ita difficilis apparet præcitata juris regula quæ dicit, non omne quod licet, honestum est.

8 Sed ut difficultas cesset, quod attinet ad *d. §. juris præcepta*, distinguendum est inter jus præceptivum, & jus permissivum; præceptivum enim, absque eo quod honestum est, non consistit; nec enim jus unquam in honestum aliquod præcipere potest; & de hoc clarè loquitur, & intelligitur *tex. in d. l. justitia §. 1. & d. §. juris præcepta*; permissivum verò jus, intelligendo de humano, & positivo (nam naturale, & divinum nulla mala permittit, nec malum aliquod impunitum Deus relinquit) aliquando ex causa mala aliqua permittit, & impunita relinquit, ut patet in permissione meretricum, & deceptionis intra dimidiam justii pretij, & alijs, quæ, cum mala ex se sint, legibus permittuntur, de quibus fultè *Tiraq. in l. 9. connubial. num. 2. cum sequentibus*. quam etiam, & de bono permissivæ leges sint, ut explicat *Doctus in Francie Suar. primarius apud Conimbricenses nostros Sacra Theologia professor, de legibus d. lib. 1. cap. 15. versicul. 5. autem magis, num. 9 & sequenti, ubi ex num. 5. versic. Tertia difficultas, de lege permissiva, seu permittente, luculenter egit.* Iuxta quâ distinctionem concordanda est regula juris civilis, de qua sup. cum juris principio, quod præcepit, honestè vivere, intelligendo principum istud, de jure præcipiente, & regulam illam, quæ dicit, non omne quod licet, honestum est, de eo quod licet jure permittente. Exemplum sit in concubinato, qui cum honestus non sit, sed turpis valde, tamen jure civili licitus erat, permissivè quidem ut maiora evitarentur mala.

9 Simile est, quod eodem jure scriptum legimus, licere contrahentibus in pretio ven-

ditionis, & locationis se circumvenire *l. in causa 2. §. Idem Pomponius ff. de minoribus. l. item si pretio §. final. ff. locat.* quod intelligendum est de jure permittente, ut explicant *Bald. & Alberic. in d. §. Idem Pomponius*, post alios ibi, *Pinel. in l. 2. 1. part. cap. 1. num. 35. C. de rescind. vendit. Matien. in l. 1. titul. 11. gloss. 1. num. 1. & 2. lib. 5. recopilat. & insinuat text. ipse in d. §. final. ubi quod dicit Pompon. in d. §. Idem Pomponius*, per verbum, *licere*, *Paul. Jurisconsult. interpretatur per verbum, concessum est*, quod idem importat, quod, *permissum est*. Atque ita, deceptio illa quæ inter contrahentes licita dicitur (quod de deceptione intra dimidiam est intelligendum, saltem hodie post constitutionem *d. l. 2.* qua novum jus antea non cognitum, ab Imperatoribus inductum fuisse, contra communem latè contendit *Pinel. ibid. cap. 1. num. 3. cum sequentibus. sequitur Matien. d. gloss. 1. num. 57.*) permissivæ juris est, & non præcipientis, secundum quod, nemini licet, alterum lædere, & jus suum cuique est tribuendum; hæc enim duo, capitalia ac maxima juris præcepta sunt, æquè ac illud, *honestè vivere, d. l. justitia §. 1. d. juris præcepta.*

10 Maior autem illorum jurium difficultas consistit in verbo, *naturaliter*, quo uterque Jurisconsult. usus fuit; & à Scribentibus variè exponitur, ut constat ex adductis per *Padill. d. l. 2. C. de rescind. vendit. num. 10. & sequenti, Pinel. d. cap. 1. num. 37. cum sequentibus*. ubi, alijs interpretationibus confutatis, verbum illud, pro jure gentium intelligit cū *gloss. ad quam, ait, quod nemo advertit, in d. §. Idem Pomponius, sequitur Matien. d. gloss. 1. numer. 5. cum duob. sequentibus. Barbol. verò in rubr. ff. solut. matrim. 4. part. numer. 27.* illa magis placuit interpretatio, quam retulit *Pinel. num. 38.* ut verbum, *naturaliter*, non intelligatur de natura quæ secundum rationem est, sed de illa quæ a sensualitate provenit, quali dicere voluissent Jurisconsulti, naturalis inclinationis esse, ut se invicem contrahentes in pretio decipiant, juxta illud quod *Mimus* quidam agebat, ut refert *D. Aug. lib. 13. de Trinitat. cap. 3.* commune esse mortalium aucterum, vili emere, & magno vendere; quod etiam probat *text. in l. si voluntate C. de rescindend. vendit.* Sed hæc interpretatio insignis *Barbol.* displicere ex eo potest, quia verbum, *concessum*, quo Jurisconsult. utitur in *d. l. item si pretio §. final.* non propriè prædicatur de eo quod quisquam à se habet, & natura ipse illi inest, prout est naturalis instinctus, seu sensualis natura. *Gloss. verò interpretatio, quam Pinel. & Matien. sequuntur, ex eo displicet, quia naturalis ratio, qua constat*



tat jus gentium, non permittit, alterum cum alterius jactura locupletari *l. nam hoc natura ff. de condict. in debit.* & omnis, ac quævis circumventio, seu pretij læsio repugnat æquo & bono, quo jus ipsum gentium consistit *l. jure succursum, in fin. ff. de jure dot.*

11 Quare, his, & alijs omiſſis, verbum, *naturaliter*, de quo in illis juribus, ad ipsam naturam contractus est referendum, non tamen sic, vt importet, à natura contractus esse, vt alter alterum circumvenit in pretio, sed importat, circumventionem, de qua ibi, ac pretij læsionem, illæsa contractus natura permiffibilem esse; nec enim natura contractus, id est, substantia illius violatur, propterea quod alter alterum in pretio circumveniat; quæ tamen in bonæ fidei conventionibus violatur, cum dolus dat causam contractui, secundum *gloss. communiter receptam in l. & eleganter ff. de dol.* Quod ergo dicitur, naturaliter licere contrahentibus, seu, naturaliter concessum illis esse, in pretio se circumvenire *d. l. in causa §. idem Pomponius d. l. item si pretio §. final.* de lege permiffiva intelligi debet, cujus permiffio naturaliter fieri dicitur quia illa non violatur contractus natura, quæ talis est, tametsi bonæ fidei contractus sit, vt stante læsione illa, seu deceptione, quæ contractui causam non dedit, contractus ipse suis viribus subsistat.

12 Sciendum verò est, quod, & si lex permiffiva de malo sit, qualis est illa, quæ prætij deceptionem permittit citra dimidiam justii, ex quo talis permiffio legis, securitatè non præstat in foro conscientie, vt tradunt Tiraq. *l. 9. connubial. num. 8. 9. & 11. Pinel. d. cap. 1. num. 35. versicul. ex quo scribunt, Matien. d. l. 1. gloss. 1. num. 6. Barbol. d. 4. part. rub. num. 26. versicul. cum igitur*, qui alios referunt, & est concors Theologorum, & Iuristarum sententia, quam communem, & verissimam opinionem dicit Covarr. & latè comprobatur *lib. 2. variar. cap. 4. num. 11.* idque non solum vbi scienter deceptio fit, sed etiam vbi ignoranter re ipsa læsio prætij intervenit, *ibid. per eum, & Matien. d. num. 6.* vbi ita tradit cum communi Theologorum ex Navarr. *in cap. qualitas, de pœnitent. dist. 5. num. 42.* quanvis, in quam, lex permiffiva de malo sit, non tamen lex, seu materia ejus, mala, aut non justa dici potest, si enim talis esset, legis virtutem non haberet, nec legis nomen promereret, ad quam requiritur, quod justa sit *cap. erit autem lex. 4. dist.* quia in eo quod malum aliquod permittit, malum aliud maius evitare, & prohibere intendit, in quo vera legis permiffivæ materia consistit, quæ honesta, & justa est, vt per se patet. Atque

ita, quod dicitur in *d. cap.* erit autem lex, quod lex debet esse honesta, vel est intelligendum de lege præcipiente, juxta supra dicta ad præceptum illud juris, *honeste vivere*, vel si de permittente etiam malum aliquod, & in honestum, intelligi debeat, respondendum est, in illa mali seu in honesti permiffione deterius aliud cohiberi, quo lex ipsa, ejusque materia cohonestatur. Atque hæc satis nunc sint pro etymologia verbi, *honestas*, significatione, & diffinitione illius. Nunc ad singulatia honestatis jura, & privilegia veniamus, ab illis incipiendo quæ competunt mulieribus, quia in illis magis, quam in masculis honestas desideratur, & maior in illis exigitur castitas secundum mores hominum, vt notavit *gloss. 1. in l. palam §. que in adulterio ff. de rit. nuptiar.* & præcipuum muliebri ornamentum, honestas est, non aurum, non smaragdus, non vestimentorum nitor, vt ex Plutarch. & alijs tradit Tiraq. *de legib. connubial. l. 3. num. 9.*

## ARTICVL. PRIMI.

## SUMMARI A.

- 1 **S** *Vbdite à principe ad tripudium vacata ire non tenentur, propter honestatis jus, quod ab omni superioritate est exceptum.*
- 2 *Tripudia feminarum honesta ex se sunt: aliquando tamen circumstantia aliqua de honestantur.*
- 3 *Honestatis jus Imperiali, & Regia Majestate antiquius est, & in Paradiso terrestri caput cum primis Parentibus.*
- 4 *Explicatur text. in l. vnic. C. de maiuma lib. 11. & quod honestatis jus etiam publica letitia sit præferendum, & in publicis spectaculis servandum.*

## ARTIC. I.

*Quod honestatis jus ab omni superioritate sit exceptum.*

- 1 **P** *Ro primo, ac principali privilegio honestatis ponitur, quod jus illius ab omni superioritate est exceptum, ut notanter scripsit Bald. in l. quod ex liberta C. de oper. libert. & ideo secundum eum ibi, subditæ à principe ad tripudium vocatæ ire non tenentur, propter honestatis jus, quod illo offenderetur; sequitur Dec. in l. semper in conjunctionibus, alias semper in conventionibus num. 2. & 3. ff. de regul. jur. Cagnol. in l. 2. versic. Et cum placuisset, numer. 72. ff. de*



f. de origin. jur. Gregor. Thelofan. in syntag. lib. 6. cap. 20. numer. 11. & pro regula ex Tell. l. 30 Taur. num. 7. ponit Matien. in l. 2. tit. 5 gloss. 11. num. 2. lib. 5. recopiat. Quam limitat Martin. Laudens. tract. de princip. conclus. 16. in casu quo subditæ vocarentur associandi consortem causa, quia tunc, inquit, honestatis periculum cessat. Quæ quidem limitatio, si Bald. sensit, & qui eum sequuntur, jus honestatis tripudio ipso offendi, secuta non videtur; consors enim ad evitandum castitatis periculum prodesse potest, sed non ad evitandum honestatis detrimentum, quod ipsa mulieris saltatione coram hominibus venit, sive sola saltet, sive cum consorte ejusdem sexus; nam si masculas saltantem mulierem associat, periculum maius vertitur, & maius honestatis offendiculum.

2. Caterum, si sic prædictam opinionem accipimus, ut, tripudio ipso muliebris honestatis decorem minui, dicamus, non leve adversum nos jurgium excitabunt saltatrices mulieres, quod eo magis corroborabunt, quod tripudia sæminarum non in privatis solummodo ac profanis festis, sed, & in solemnibus ac sacratis, publicè apud nos sunt in usu; quæ sane, saltem in sacris ædibus, & festis in honorem Dei, ac Sanctorum ejus celebratis non admitterentur, si quodvis honestatis detrimentum secum ferrent. Denique, antiquum hoc est, atque ut laudabile sacris literis legitur, nam, ut omittamus Mariam illam prophetissam Aaron, & Moysis sororem, quam in exitu Israel de Ægypto Israelitæ omnes cum tympanis, & choris secutæ sunt, Deo psallentes, Exod. 15. quod & cum tripudijs festivoque saltatu pro maiori gaudio, ferventiorumque gratiarum actione in communi totius populi lætitiâ, in castris virorum, illæto honestatis jure fecisse, non est dubitandum ut ait David Rex coram Arca Domini majestatem Regia in hoc non offensa 2. Reg. 6. saltantes illæ, quarum est cæcumen illud, Percussit autem mille, & David decem millia, saltantes cæcumen; ait enim Scriptura, quod choros cæcumen cæcumbant, & præcinebant ludentes 1. Reg. 18.

Pro resolutione dicendum est, choreas sæminarum, & tripudia, licita, & honesta esse, aliquando verò, per accidens de honestate, ut si masculus tripudiantem associet, vel, si sola tripudiet, si corporis motu getivoque ita se habeat, ut intuentium libidinem excitet. Iuxta quod intelligendum est, quod subdita ad tripudium vocata Bald. & alij cum tradiderunt, ut præcedat quando cum masculo consorte tripudium sit agitantum; vel etiam quando eo aliàs honestatis jus

lædi existimetur opinione bonorum prudentumque virorum; qui semper pro pudica ac verecunda puella, & quæ ad solos hominum pavet aspectus arbitrabuntur.

3. Quod vero honestatis jus illætum semper servari debeat, & ab omni superioritate sit exemptum, ut verissimum tenendum est, tum, quia id ad bonos mores pertinet, non civiles tantum, sed & naturales; tum, quia jus honestatis imperio ipso ac regia dignitate antiquius est; quod cum Protoplastis incæpit in paradiso terrestri, ubi, quia statim post peccatum nudos se cognoverunt, conluerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, quibus honestatis causa in pudendis cooperirentur, Genes. 3. quod eleganter explicat D. August. lib. 14. de civitat. Dei cap. 17. & ibi ad fin. capit. ait, quod ex hoc omnes gentes, quoniam ab illa stirpe procreatæ sunt, usque adeo tenent in usu, pudenda valere, ut quidam barbari illas corporis partes, nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lavant per opacas quoque in die solitudines.

4. Ad eandem etiam certissimam conclusionem pertinet text. in l. unic. C. de maiumam lib. 11. ubi ab Imperatorib. traditum extat, maiumam ita cebebrari debere, ut honestas servetur. Erat autem maiuma, ludi quodam genus, qui publicæ lætitiæ causa agebatur, & quia mense Maio celebrabatur, maiuma vocabatur; atque ita, juxta text. ibi, in publicis spectaculis publicæ lætitiæ causa celebrandis servanda est honestas. Ex quo ad histriionum nostri temporis theatra inferendum est, quæ ita demum in republica bene instituta sunt admittenda, ut nullum illis honestas periculum iubeat; lubit autem non leve, ac probabilem etiam, ne dicam certam, ruinam, si mulieres illis intersint personatum gerentes, præsertim cum de amatorijs fabulis sunt; quod civitatum decuriones ac rectores præcavere maxime deberent, argum. text. in d. l. unic. C. de maiumam.

Fortassis verò à maiumis illis apud nos procedit mos puerularum, quæ prima die mensis Maij, atque alijs deinceps ejusdem mensis festivis diebus, in plateis comptæ & ornatae strato edent, matas, vulgus vocat, alijs assistantibus ac cum tympanis canentibus. Oportet verò, ut illæ infantilis, aut parum ultra, ætatis sint, ne, si pubertatis annos ascendunt, hominum aspectibus, quibus comptæ se præbent, honestatis jus, quod publicæ etiam lætitiæ est præferendū, ut in d. l. unic. violari contingat, juxta illud, Averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam; propter speciem mulieris multi perierunt; & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit, Ecclesiastic. 9.



ARTIC. SECVNDI.  
SUMMARI A.

- 1 **M**ulier honestatis causa non potest esse iudex, neque arbiter etiam post arbitrium susceptum.
- 2 Traditur, mulierem honestatis causa qua secundum bonos mores naturales est, iudicandi munere prohiberi, intellecta l. final. C. de arbitr. contra Barbof.
- 3 Intelligitur l. cum præter §. final. ff. de iud. & concordatur cum d. l. final. C. de arbitr.
- 4 Honestatis jus bonis naturæ moribus inductum, contraria consuetudine tolli non potest, secundum Abb. contra alios.
- 5 Princeps non potest generalem legem condere, qua statuat, mulieres iudicandi munere fungi posse; potest verò privilegium alicui mulieri concedere ex causa, ut iudex esse possit, numer. sequenti.
- 7 Non valet compromissum in mulierem factum etiam adhibito iuramento, secundum communem, qua defenditur contra Barbof.
- 8 Communis sententia refertur, secundum quam, mulier succedens in comitatu, aut dignitate cui iurisdictio inest, iudicandi munus in subditos per se exercere potest.
- 9 Regina, & qua superiorem non recognoscunt, iudicandi munus in subditos exercere per se possunt etiam non extante consuetudine. Alia verò dominae qua in comitatibus suis superiorem recognoscunt, non possunt inter subditos iudicare, nisi ubi consuetudo de hoc extat. & sic declarantur, & tenetur communis sententia.
- 10 Intelligitur text. in cap. dilecti, de arbitr.
- 11 Mulier, quanvis non possit esse arbitrix, potest tamen esse arbitratrix, iuxta communem.
- 12 Mulier pro alijs postulare in iudicio non potest honestatis causa, & si bona, & casta alias femina sit. Nec item procuratrix ad iudicia esse potest, præterquam in aliquibus casibus qui remissive traduntur. num. 13.
- 14 In camera tamen consulere non prohibetur; & generale est, ut postulare prohibitus, consulere in camera prohibitus non censeatur.
- 15 Mulier propter honestatis causam, testimonij ferendi causa ad iudicem ire non est compellenda, sed in domo sua est interroganda. Limita ut ibid. in fine.
- 16 Mulier non potest publica crimina accusare quando suam aut suorum injuriam secum non trahunt, præterquam in aliquibus casibus qui remissive traduntur.
- 17 An mulier, & quivis alius eorum iudice de-

nuntiare possit delictum, quod accusare nequit.  
18 *Mulier in causis criminalibus per procuratorem accusare potest. Et assignatur ratio ad communem sententiam, quam secuta est Regia ord. lib. 5. tit. 124. §. 16. secundum quam non potest quisquis per procuratorem accusare etiam pena talionis sublata.*

## ARTIC. II.

*De honestatis jure, & privilegio in ijs qua ad iudicium pertinent.*

1 **S**ecundum muliebris honestatis privilegium in ijs versatur quæ ad iudicium pertinent, & in multis consistit. Primò enim, honestatis causa, mulieres in iudices dari non possunt, l. cum prætor. versicul. Moribus ff. de iudic. l. famina ff. de regul. jur. cap. mulierem 33. quest. 5. Nec si in illas à partibus compromittatur, & quanvis susceperint arbitrium l. final. C. de arbitr. cap. dilecti, et tit. tradit Marc. Anton. Blanc. tract. de compromiss. quest. 2. num. 34. Cujus prohibitionis ratio, honestas est quæ in mulieribus requiritur, ut tradit Abb. in cap. dilecti num. 3. de arbitr. Azeved. l. 7. tit. 9. num. 19. & sequenti lib. 3. nova recopilat. quæ lex Regni Castellæ hanc expressè approbat rationem, & meliorem dixit Azeved. ibi d. numer. 19. quæ scribitur in l. 4. tit. 4. part. 3. putat enim Azeved. rationem ibi scriptam, quod quam mulier iudicandi munere fungi nequeat, ad defectum intellectus pertinere; quæ ratio expressè damnatur in d. l. cum prætor, vers. Mulieribus; nec illam quidem approbat d. l. part. sed eam potius quæ ad fæminarum pertinet honestatem, ut deprehenditur in vers. Nam mager, ibi, porque no seria cosa guisada, que estuviessse entre la muchedumbre de los hombres, librando los pleitos; simile enim est, aut sanè idè quod pro ratione scribitur d. l. 7. tit. 9. lib. 3. in vers. Otro si, los sabios, ibi, Porque seria de honesto, y sin razon, que estuviessse en el ajuntamiento de los hombres, librando los pleitos. Atque ita apparet, quod eadem utrobique prohibitionis ratio scripta est, honestatis, scilicet ratio, quia honestum non est, ut mulieres iudicandæ alienæ litis obtentu conventibus virorum, vel iudicij interesse præsumant. maritum C. de procurator. l. 2. §. fœminas, versicul. Sed, & eas C. de bis qui ven. erat. impetrant cap. mulieres, in princ. de iud. lib. 6. quæ scribitur d. l. final. C. de recept. arbitr.

2 Barbof. verò in d. l. cum prætor §. final. num. 265 honestatis causam, propter quam mulier à iudicandi munere repellitur, de honestate civili intelligit, id est, quæ bonos mo-



res civiles respicit solummodo, & non naturales; & sic intelligit *text.* illum in *d. l. final.* expendens ad id *text.* ibi *d. l. cum prator §. final.* dum dicit, quosdam prohiberi natura, esse iudices, quosdam verò moribus, è quibus est mulier, ut ibi; atque ita infert, mulierem natura non prohiberi, iudicare, & consequenter, honestatem de qua in *d. l. final.* non esse naturalem, sed civilem. Quæ sanè interpretatio, nec in in se vera est, quia fæminarum honestas ad bonos mores naturales pertinet; & nò dubie repugnat literæ *text.* in *d. l. ff. in princ.* ibi, *Sua pudicitia memores, & operum que eis natura permisit, & à quibus eas iussit abstinere,* quæ verba, junct. quæ sequuntur, expressè probant, mulierem honestatis causâ quæ secundum naturam est, ab omni judiciali examine abstinere debere.

3 Nec obstat *text.* in *d. l. cū prator §. fin.* qui, quatenus ibi mulier non numeratur inter eos qui natura impediuntur, ne iudices sint sed inter eos qui moribus, pugnare videtur cū *d. l. fin.* in eo quod dicit, iudicandi opus esse è numero eorum, à quibus mulieres abstinere, natura jubet. Sed pro verò intellectu, & concordia utriusque *text.* dicendum est, quod verbum, *natura*, aliquando refertur ad ea quæ homini naturaliter in sūt & eveniunt, cuiusmodi sunt morbus, minor ætas, & iudicij defectus; aliquando ad mores qui homini conveniunt prout est animal politicum secundum naturam agens; primo modo accipitur in *d. l. cū prator §. fin. vi gl. ibi* interpretatur verb. *natura*, & exēpla in *text.* adducta satis ostendunt, quæ sunt de surdo, muto, furioso, & impubere, de quibus ibi dicitur, quod natura impediuntur, ne iudices sint, quia iudicio carēt, quia quia mulier nò caret natura, secundum hunc sensum accepta, iudicandi munere fungi, non prohibetur, & sunt quidē nò pauca, quæ & ad iudicandum, & ad rempublicam gubernandamabili iudicio pollēt, ut videre est apud *Tiraq. leg. connubial. leg. 11. ubi num. 30.* insignium virginitatis curiose meminit, post eum *fufius Quillian. in catalog. gloria mūdi 2. part. considerat. tam duab. sequent. posteriore verò modo accipitur verbū, natura, in d. l. fin. de bonis, scilicet naturæ moribus, ad quos pertinet pudicitia causa cuius ibi *text.* meminit, cui convenit, ut mulier ab omni judiciali examine arceatur.*

4 Ex hac autem sententia & intellectu inferitur primò, hoc honestatis jus bonis naturæ moribus inductum, contraria consuetudine tolli non posse, quia non valet consuetudo honestati cōtraria, ut in terminis probat *Abb. dilecti, n. 3. de arbitri. vbi limitat in mulieribus in dignitate constitutis per text. vbi. Et dicitur Dec. in l. 2. n. 4. ff. de regul. jur. & in c. cū dicitur, n. 13. versic. Sed tamen, de confirmat. util.*

*vel inutil.* contrarium probet, valere, nempe, consuetudinē in qualibet muliere, pro qua sententia alios refert, & sequitur *Barbos. d. l. cum prator §. fin. n. 264.* *Abb.* opinio verior est quia consuetudo quæ contra bonos naturæ mores est, ad quos pertinet matronalis pudicitia, & honestas, quæ non leviter, nec rarò ejulcemodi consuetudine offenderetur, corruptela potius dici debet, & idcirco valitura non est, ut in *c. final. de consuetud.* Et ita pro *Abb.* sententia argumentatur *Blanc. d. tract. de compromiss. q. 2. n. 36. ex versic. circa hoc,* licet tandē ab ea recedat propter autoritatē tenentiū cōtrariam, quam *d. n. 36. in fin.* concludit, in iudicando teneri debere. Nec verò prædicto argumento satisfacit *Barbos. respondēs d. n. 265.* honestatē hanc, ad quam pertinet, ne mulier iudex esse possit, aut arbitrix, civile esse, non naturalem, cuius contrarium sup. ostendimus.

5 Infertur secundo, principem legem cōdere non posse, qua statuat generaliter, mulieres in iudices eligi posse; tam, quia lex debet esse honesta *c. erit autē lex 4. dist. de quo tradidimus sup. in init. & ideo lex statuens, ut mulieres iudicandi munus gerere possint, tamquam honestati contraria, pro non lege habenda est; tum, quia honestatis jus, cui convenit, ne mulieres iudices esse possint, ab omni superioritatis jure, & principis imperio exceptū est, ut ex *Bald. in l. quod ex liberta C. de oper. libertor. & alijstradidimus sup. art. præcedente.**

6 Fateor tamen, principem certam aliquam mulierem privilegio iudicandi posse honorare, ut post *Bart. ibi tradit Dec. d. l. 2. num. 5. ff. de regul. jur. glossa, in l. unie. & ibi Bart. nu. 10. C. de mulierib. in quo loc. lib. 10. & gloss. in d. cap. dilecti, verb. remota, Blanc. de compromiss. d. quest. 2. n. 38. Barbos. d. l. cum prator §. final. n. 259.* Debet verò causa intervenire ad tale privilegium, nempe, personæ dignitas, & excellentia, & ætatis maturitas cum animi maturitate, ita ut matronalis pudicitia conventibus virorū se exhibens periculum non subeat. Generalem vero legem condendo non poterit princeps statuere, ut mulieres iudicandi munus gerere possint, ex ijs quæ diximus, tamen, & in isto casu contrarium sine cōtroversia tradat *Dec. d. l. 2. num. 5.*

7 Tertio, & ultimo infertur, non valere compromissum in mulierem factum etiam adhibito juramento, nec tale juramentum, obligatorium esse, quia cū contra bonos mores naturales est, non est obligatorium, *regul. non est obligatorium, de regul. jur. lib. 6.* quæ sic cōmuniter intelligitur secundum *Covar. in cap. quanvis pactum 2. part. in init. n. 1. de pact. lib. 6.* & sequitur *Gutier. de juram. confirmat. 1. part. cap. 3. numer. 5. Suar. de Religion. tom. 2.*



rac. §. lib. 2. cap. 22. num. 7. Barbof. d. l. cum prator §. final. num. 266. qui tamen in num. sequenti secutus Imol. in d. cap. dilecti, num. 2. censet, tenere compromissum in specie de qua agimus, reputans, iuramentum in illa adhibitum, non esse contra bonos mores naturales, sed civiles. Cæterum contrarium est tenendum, quod tenuit Abb. d. c. dilecti n. 2. in fin. & communis ex Bero, ibi nu. 6. quem retulit Barbof. d. n. 267.

8 Principalis verò conclusio, ac regula supradicta limitari communiter solet in fæmina quæ succedit in comitatu, seu dignitate aliqua cui iurisdicatio inest, ut illa iudicandi munus in subditos per se exercere possit, ut tradit Angel. d. l. cum prator §. non autem n. 2. post eum Paul. ibi, in fin. & Iacobin. de sancto Geor. n. 7. ubi inquit, quod sic fecit Regina Ioanna, quæ sedens in folio Regali, tulit sententiam contra illos de Balso, & Comitissa Matilda, eadem sententiam probat Abb. d. c. dilecti, de arbit. n. 4. post Innoc. nu. 1. & communiter Doctor ibi teste Molin. de primogen Hispanor. lib. 1. cap. 13. n. 14 Azeved. l. 7. tit. 9. lib. 3. nov. recopilat. prope finem, & post alios ab eo relatos sequitur Barbof. d. l. cum prator §. final. n. 268.

9 Ego quidem communem hanc sententiam non ita indistinctè probo, sed duobus duntaxat casibus; primus est in Regina, aut in præcellenti alia terrarum domina superiorem non recognoscente; ad quem casum pertinent exempla adducta ab Angel. & alijs supra citatis, de Ioanna illa Neapolitana Regina, & de Comitissa Matilda, quæ fuit domina quasi totius Italiæ, ut ex Odofr. & Alberic. ibi refert Iacobin. d. l. cum prator §. non autem n. 7. & fuit filia Regis Italiæ, & successit in Regno, & omnia gessit tanquã Rex, secūdum Cyn. in l. fin. C. de recept. arbit. & Paul. ibi in princ. qui de illa dicit, quod mortuo patre rexit multas terras in Italia & fecit plura monasteria quæ extant vique in hodiernū diem, ut Mantuæ, & in pluribus alijs locis. Secundus casus est, ubi cōsuetudo extat, quod fæminæ iurisdictionem habentes in comitatu aliquo sibi subdito per se eam exercere possint, qui est casus gloss. fin. in fin. d. l. fin. ubi gloss. opponit de Comitissa Campaniæ, & Matilda, quæ arbitrantur, cōtra tex. ibi, & respondet, id ex consuetudine esse quæ dat illis iurisdictionem & ita gloss. sententiã accipiunt Cyn. ibi, Salyc. & Paul. de quo est casus in d. c. dilecti, ubi propositã sibi quæstionem de validitate sententiæ à Regina Francorū latæ virtute compromissit, affirmativè decidit Sūmus Pontifex ex vi cōsuetudinis, cuius ibi meminit; secundum quã in partibus Gallicanis fæminæ præcellentes ordinariã iurisdictionem in subditos suos habere noscuntur. Atque ita probare videtur tex. ille,

quod & quæ superiores non recognoscunt, iurisdictionem quã habent, per se in subditos exercere non possint, nisi id à consuetudine habeant, ut sctit gloss. nostra d. l. fin. & Cyn. ibi, Salyc. & Paul. quæ sententia opposita est illi quam tenuit Abb. & cōmuniter scrib. d. c. dilecti, ubi Abb. n. 4. tex. ibi intelligit in fæmina præcellente, & in dignitate constituta ex persona mariti, cuius est principatus, ut in illa consuetudo spectanda sit, ut inter subditos iudicare possit; illa verò quæ iurisdictionem habet ex propria persona, ac successione sibi delata, etiam cōsuetudine cessante per se munus istud exercere possit.

Qui sanè intellectus, tex. illum nimis restringit; quo circã, generalitate eum accipio, & inter contrarias sententias mediã teneo, quam scripsi, nempe, ut quæ comitatum cum iurisdictione habent in terris subditis, inter subditos iudicantes esse nequeant, juxta regul. d. l. cum prator §. fin. qua hæc etiam mulieres comprehenduntur nisi ubi cōsuetudo de hoc extiterit, quæ in hoc propter excellentiã earum id operabitur, non in alijs, ut tradidimus super illation. ex Abb. sententia d. cap. dilecti, num. 3. & in istis accipio sententiam gloss. & sequacium in d. l. final. quæ verò superiorem non recognoscit, quæ Regina in principatu suo, privilegium hoc iudicandi inter subditos, quod impertiri alijs potest, ut tradidimus illatione 2. arrogate sibi poterit; quæ casu communis opinio est accipienda, ad quæ pertinent exempla Regiæ Ioannæ, & Comitissæ Matildæ pro ea adducta.

10 Ad tex. verò in d. c. dilecti, de arbit. respondere potest, Sūmum Pontificem ibi, propositam in Regina Francorum facti quæstionem ex generali Regni illius consuetudine inter præcellentes fæminas obtenta decidisse, ut decisione sua, non solum decideret facti quæstionem in Regina contingentem, sed etiam in præcellentibus alijs ejusdem Regni fæminis, tamen subditis, circã quas similis quæstio oriri possit, quæ um idcirco causa ex generali consuetudine quæstionem decidit, ut decisione unica plures comprehenderet casus, & dubitandi an circa alias deinceps amputaret.

11 Ultimo, sciendum est, quod etiam mulier, arbitrix esse non possit, arbitratricis munus non est publicum, sed extra iudicium & privatum; & ita sine controversia tradit Cyn. & Scrib. in dict. l. final. Cod. de arbit. Abb. notab. 3. in d. cap. dilecti, & ibi Iacobin. numer. 2. Dec. in l. 2. nu. 17. ff. de regul. ad quod dixit Abb. esse text. apertum in Quinta vallis de jure jur. ubi Abb. notab. 2. differentia sexta quam ponit inter arbitratricem & arbitratorem, idem notat post Bald. & alios ibid.



12 Secundò, & principaliter, postulare pro alijs fæminæ prohibentur honestatis causa l. 2. vbi Dec. nu. 9 ff. de regul. jur. l. 1. §. secundo loco ff. de postuland. vbi ratio scribitur, ibi, *Ne contra pudiciam sexui congruentem alienis causis se immisceant.* Quæ quidem honestatis ratio tam comprehendit bonas, quam malas fæminas; ideo, quavis Calphurnia illa improbißima, seu C. Afrania, vt legendum censet Tiraq. leg. 10. connubial. n. 32. ex Valerio lib. 8. cap. 3. causam dedisset edicto, vt habetur in d. §. secundo loco, versicul. *Origo verò,* tamen prohibitionis jus ne pro alijs postulent, etiam bonas, & castas ligat, quia ratio prædicta finalis est, & omnes respicit vt explicat gloss. ibi verb. *causam,* quã sequitur Bart. ibid & conuenit text. ex Concilio Carthageniensi 4. cap. 99. in cap. mulier 23. distin. vbi sic habetur, *Mulier quanvis docta, & sancta, viros non conuenit docere non præsumat.*

13 Qua etiam ratione procuratrices ad iudicia pro alijs esse non possunt d. l. 2. iuncta gloss. magna ibi, & Deci. n. 14. l. neque femina ff. de procurator. l. quia absente l. alienam, eod. tit. Nonnulli tamen excipiuntur casus in quibus in iudicio procuratoris nomine agere, & defendere possunt; quinque ponit Specul. pro limitatione regulæ lib. 1. tit. de procurat. §. 1. n. 1. & de hoc egimus in 2. part. l. ex hoc iure ff. de just. & jur. cap. de procurator.

14 Quavis autem mulieri prohibitum exiit, coram iudice pro alijs postulare, in camera tamen cõsulere, non prohibetur, vt tradit Dec. d. l. 1. n. 9. & 10. cum quo transit Tiraq. recõs dictum appellans in leg. 11 connubial. n. 28. Idem generale est, vt postulare prohibitus, in camera cõsulere, non censeatur prohibitus, vt notat Bart. per text. ibi in d. l. 1. §. postulare ff. de postuland. & Angel. ibi in init. Idem Bart. in l. 3. advocatos, n. 4. ff. de var. & extraordinar. cognitionib. Abb. in rubr. de postuland. versic. *Et illis verbis;* circa quod tamen, prohibitionis rationem considerari diligenter debere, monet Dec. d. l. 2. n. 10. vbi pro calu præsentis scripsit, quod ratio propter quã mulier postulare prohibetur, cessare omnino videtur, quando ipsa non vadit coram iudice.

15 Tertio, ob eandem honestatis rationem non est compellenda mulier ad iudicem ire testimonij ferendi causa, sed in domo sua per officialem interrogari debet, iuxta text. optimum in mulieres, de iudic. lib. 6. licet, & cum alias casus citare necesse est, domum mitti oportet, secũdum gloss. in l. ad personas, & ibi Doctor ff. de iur. iur. Tiraq. d. l. 10. n. 33. & absente adversario non vadit propter honestatem, vt tradit Bart. d. l. ad personas, in fin. per text. in Auth. vt litigant. iur. §. si verò mulier, collat. 9. Et quanvis casus sit, in quo testes per iudicem ipsum inter-

rogari debeant, vt apud nos in casibus contentis ord. lib. 1. titul. 85. §. 3. & 4. adhuc mulier ad domum iudicis ire compellenda non est, sed iudex potius ad illam personaliter accedet, vel si id non deceat propter personæ illius qualitatem, mittere debet qui interroget, quasi in casu isto lex locum sibi non vendicet, vt probat text. optimus in d. c. mulieres. Quod tamen cum temperamento est accipiendum, & non absolute; nam si vetula sit, & plebeia conditionis mulier, aut in honestè vivat, ad iudicem, & etiam officialem illius testimonij ferendi causa ire debet.

16 Quarto, mulieri non permittitur, publica crimina accusare quando propriam illius, aut suorum injuriam secum non trahunt, præterquam in certis quibusdam casibus l. 2. l. qui accusare ff. de accusation. l. de crimine C. de his qui accusari non poss. & vtrobique notat gloss. & in §. consequens, verb. procedunt, instit. de suspect. tutorib. vltra Ordinarios tradunt Gom. 3. tom. 6. 1. n. 31. Clar. in pract. quest. 14. n. 8. exornat Tiber. Decian. tract. criminal. part. 1. lib. 3. c. 7. nu. 1. & sequentib. Farinac. in prax. criminal. quest. 12. num. 16. qui post Decian. & alios ponit casus in quibus mulier ad accusandum admittitur.

17 Dubitari vero potest, an mulier admitti possit ad denunciandum crimen quod accusare nequit? Et videtur, quod admitti non possit, quia privata persona denunciãns, loco accusatoris habetur, & ideo in testem non recipitur, vt cum alijs, quos refert, tradit Farinac. in prax. quest. 52. n. 172. & non probans denunciationem ratione præsumptæ calumniæ in expensis condemnatur, secundum Bald. in l. sancimus, 12. q. C. de iudic. & ex cõmuni tradit Clar. in pract. criminal. q. 7. n. final. quanvis de consuetudine servari contrarium, tradat Mascard. de prob. cõclus. 505. n. 2. de quo apud nos est ord. lib. 5. titul. 118. §. fin. Denique secundum Bart. in l. diuus n. 7. ff. de custod. reor. quicũque non potest esse accusator, non potest esse denunciator, & ita pro regula tradit ibi; vnde infert, quod qui accusare prohibentur in d. l. qui accusare, vbi mulier prohibita reperitur, ad denunciandum non admittuntur. Sed hæc Bart. opinio communiter in practica non servatur teste Clar. d. q. 7. versic. *Quero igitur,* vbi eam duntaxat recipit, quando tale est delictum, in quo non possit per iudicem procedi nisi ad partis instantiam, vt tunc ad denunciandum non admittatur, nisi qui accusare potest; ad denunciandum verò de delicto, ad cuius punitionem iudex ex officio procedit, quilibet admittetur, secundum Clar. ibi. Iuxta quam resolutionem, mulier, etsi delicta publica accusare nequeat, denunciare ea tamen iudici poterit; & talis denunciatio operabitur, vt



judex inquirat; nam etsi delictum tale sit, in quo judex ex officio procedere possit per viam inquisitionis, debet tamen aliquid præcedere, quod viam inquisitioni aperiat, videlicet, diffamatio, vel querela partis, vel denunciatio, vel aliud hujusmodi, & alias processus esset ipso jure nullus etiamsi deinceps delictum fuisset plenè probatum; & ita tradit, & judicatum refert Clar. in pract. q. 5. vers. Scias etiam, quem refert, & sequitur Farinac. in praxi crimin. tit. de inquisitione, quest. 1. n. 9. vers. Sublimita; de quo per eundem quest. 9. per tot.

Nihilominus tamen, in proposita questione tenendum censeo, mulierem ad denunciandum coram iudice delictum, quod ipsa accusare non potest, non debere admitti, juxta Bart. sententiam in d. l. divus, n. 7. vbi, etsi in muliere expressè ac determinatè non loquatur, in illa ita planè sentit; & honestatis ratio etià militat in denunciatione; intelligo verò de denunciatione coram iudice solemniter facta. Quare si super ea iudicis inquisitio formetur, nullius momenti fore puto, tanquam si nulla præcessisset denunciatio.

18 Quintò, & principaliter, in causis criminalibus mulieres per procuratorem in iudicio esse possunt, quod honestatis causa indultum illis specialiter est, ut inter alio honestatis favore illis concessa tradit Anton. Surgent. de Neapol. illustrat. lib. 1. c. 9. n. 19. de quo apud nos est ord. lib. 5. tit. 124. §. 16. versicul. Porem, qua statutum est, posse mulieres per procuratorem accusare præstita fidejussoria cautione de qua ibi super litis expensas, & alia damna, quod tamen iudicis arbitrio ibi committitur, vnde de vsu observat, ut promissoria simplici cautione admittantur. Notanda verò est lex Regia quatenus in accusatoribus regulam prohibitivam præmittit, à qua mulieres excipit; videbatur enim, accusatoribus permitti hodie debere, per procuratorem accusare, stante ratione communis, quæ pœnam talionis cõcernebat cui subiciebatur accusator; vnde, quia hæc talionis pœna per consuetudinem hodie sublata est, ut ex multis, quos refert, tradit Clar. in in pract. criminal. quest. 81. n. 3. videbatur etià prohibitio accusandi per procuratorem, cessare hodie, ut per Clar. d. pract. quest. 32. n. 3. & n. 23. versic. Quæro, nunquid, vbi, ita in practica servari, refert, quicquid de jure sit crebrior enim, & solidior sententia est, secundum Rub. in l. penult. §. ad crimen n. 7. ff. de publ. judic. quæ retulit Clar. d. versic. Quæro, nunquid, etiam hodie, pœna talionis sublata, accusatorem per procuratorem audiri non debere, juxta regul. tex. ibi, quia non debet accusatori licere, quod non licet accusato, ut respondit Alberic. in l. servum §. publice, n. 8. ff. de procurator. Quam

cõmunem sententiam apud nos praxis observat & secuta est Ord. nostra; cui quidem, & si ratio illa de talionis pœna cesset, non deest alia, quæ cõmunis opinio, & lex nostra eam secuta, moveri justè, potuissent, nempe, ne ita libera calumniandi maneret occasio, si nullum aliud ex injusta accusatione damnum sibi proponeret iniquus accusator, quàm litis expensas; idcirco, & personali in iudicio comparandi labore onerare eum lex voluit, ut eo saltem, ac propria vexatione commotus, ab injusta alterius vexatione abstineat.

### ARTIC. TERTIJ. SUMMARI A.

- 1 **M**ulier privilegio honestatis in publicum carcerem detrudenda non est, nec si detur carcer mulieribus deputatus, à carceribus hominum separatus, juxta cõmunem, & n. sequenti.
- 2 Intelligitur tex. in Auth. ut null. judic. §. necessariũ, collat. 9. & traditur, privilegium ne mulieres in carcerem mittantur, solis honestis cõpetere. Limitatur in conjugata, quæ, & si in honeste vivat, hoc fruitur privilegio d. n. 2. vers. Quod tamen. Et declaratur Regia ord. lib. 4. tit. 76. §. fin. ibid. versic. Quando autem.
- 3 Ampliatur, ut privilegium exemptionis carceris mulieri competat etiam pro fisci debito ex causa civili descendente; & quanvis fisci debitori succedat hereditario titulo.
- 4 Attento cõmuni jure nec pro delicto, & debito ex illo descendente mulier in publicum carcerem mittenda erat. Quod tamen hodie consuetudine est abrogatum, quam consuetudinem secuta sunt leges Castella, & Lusitania. Quod iudex non debeat de facili pro quovis crimine honestam mulierem in publicum carcerem mittere d. n. 4. versic. Monet verò.
- 5 Agitur de questione, an mater pro tutelari debito quando Velleiano, & omni juris auxilio renuntiavit, in carcerem mitti possit, in qua cõmunes inuicem contraria referuntur, & negantur tenetur cum Bart. & sequacibus.
- 6 Ampliatur secundum eosdem, ut nec expressè istius privilegij renuntiatione possit mater pro debito ex causa tutela cõtracto conjici in carcerem.
- 7 Probat, non posse mulierem, renuntiare privilegio, ne pro debito civili in carcerem mitti possit.

### ARTIC. III.

Honestatis privilegio mulier in carcerem detrudenda non est.

- 1 **T**ertium honestatis privilegium mulieribus cõpetens, est carceris exemptio l. 1. cum Auth. ibi posita C. de offic. diversor. judic. Auth. hodie novo jure



de custod. reor. & in corpore unde sumitur, in Auth. vt null. judic. §. necessarium, collat. 9. vbi circa fin. pro ratione subditur, *Vt non per huiusmodi occasiones inveniatur circa castitatem iniuriata.* Quæ ratio concludit, mulieres in virorum carceribus non esse includendas; atque ita videtur, quod privilegium locum non habeat, vbi carceres mulierum à virorum carceribus distincti sunt, & separati; quod si admittimus, inane hoc, aut parvi momenti privilegium apparebit, cum facillimum sit, in quacunque civitate, aut etiam castro specialem mulierum custodiæ carcerem instituire à carceribus virorum segregatum, vt apud nos in vsu est. Cæterum, Imperatoris mens in d. §. necessarium, largior, ac benignior deprehenditur, dum, mulieres in publicum carcerem nullo modo mitti finit, nec pro gravissimo crimine, quo casu in monasterio aliquo custodiri, aut mulieribus tradi, prædicit, præcipit, pæna, vt ibi, iudicibus contrarium facientibus inflicta.

Quare, dicendum est, ratione ibi in fine scripta, tam amplam sanctionem ad carceres maribus deputatos non arctari, ac restringi; præsertim, cum, ne fæminæ cum maribus in eodem carcere detinerentur, naturalis ipsa ratio præciperet, vt pro eo legem ferre, supervacaneum esset. Privilegium ergo generaliter est accipiendum, juxta quod verba *tex.* sonant, & ita communiter accipitur, vt videre est apud Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 11. nu. final. Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 88. nu. 10. vbi hoc etiam intelligit in muliere ex causa publica obligata, & lib. 2. cas. 328. in fin. Clar. in præct. criminal. quest. 28. versic. *Quæro igitur,* num. 3. vbi communem dicit ex Boer. in repet. l. consentaneum, nu. 144. C. quomodo, & quando jud. late Baer. tractat de inope debitor. c. 15. ex n. 3 cum sequent Matienf. l. 10. tit. 3. gloss. 1. cum sequent lib. 5. recopilat Molin. Theologus in de contract. disput. 571 n. 6.

2 Ad rationem vero scriptam in d. §. necessarium respondendum est, quod, & si dentur carceres fæminarum à virorum carceribus segregati, sæper tamen carceris custos, masculus est; atque ita, mulier capta, masculo custodienda traderetur, quod omnino prohibet Imperat propter periculum castitatis. Responderi etiam potest, præcipuam ac finalem istius privilegij causam, speciale quædam honestarum fæminarum favorem respicere, ita, vt etsi demus, captura earum, ac publici carceris detentione, nullum eas castitatis discrimen subire, adhuc privilegio locus sit propter honestatis favorem, & illarum castitas injurata dicitur, si eo vti, non sinantur. Constat enim, privilegiū hoc, ne mulieres carceribus tradantur, honestis solū cōpetere, & non ijs quæ

in honestè vivunt, vt sup. citati tradunt. Quod tamè in nupta limitatur, quæ, & si in honestè ac luxuriosè vivat, hoc fruetur privilegio, ne matrimonio irrohetur injuria, vt tradit Covar. d. c. 8. §. 11. n. fin. Gom. l. 62. Taur. n. 1. vers. *Quod iterum,* cōprobat Baer. d. c. 15. ex n. 18. & pluribus citatis cōmunem dicit Matien. d. l. 10. gl. 4. n. 4. quam n. sequent. post Covar. loco citato, & alios quos refert, limitat in casu quo marito cōtentiète mulier turpiter vivat; de quo inferius agemus art. 9. Quando autem mulier propter impudicitiam privilegio hoc vti non debeat, tradunt Covar. d. §. 11. n. fin. Gom. d. l. 62. Taur. n. 3. Matien. d. gl. 4. n. 2. & 3. Apud nos quidè latiùs hoc patet, quàm quod illi tradunt; nam stâte jure nostro ord. lib. 4. tit. 76. §. fin. nec quæ publicè alicujus concubina sit à privilegio isto repellenda erit; sed talis debet esse mulier quæ se publicè prostituat, si ve in lupanario, si ve alio in loco habitet: nec enim alijs, quam his cōveniunt verba illa legis nostræ in d. §. fin. *salvo sendo mulieres solteiras publicas;* nã apud nos, *mulher solteira publica,* de palam prostituta intelligitur, secundum cōmunem loquendi vium.

3 Et istud quidè privilegium mulieribus cōpetit etiam contra fiscum, pro cuius debito ex civili causa descendente in carcerem detrudenda non sunt, vt probat *tex.* in d. §. necessarium, & in d. Auth. hodie novo jure, & in d. Auth. sed hodie C. de offic. diversor. judic. & est receptissima inter omnes conclusio, vt constat ex sup. citatis. Quæ amplianda est etiam in casu quo mulier hæreditario titulo successit fisci debitori, qui pro solutione debiti capi potuit, & in carcerem mitti; in isto enim casu mulier ejus hæres non erit pro debito carceri mancipanda; quia verum est, ex causa civili fisci debitricem esse, quod satis est, vt privilegio fruatur, juxta jura citata, & Doctor. & ita in terminis tradit Baer. d. tract. cap. 15. n. 5 contra Menoch. quem retulit n. precedente, lib. 1. de success. creat. §. 36. n. 38. qui contrariam sententiã ex eo probat, quia fiscus etiam privilegiatus est, & privilegiatus non vtitur privilegio suo adversus privilegiatū; quod quidè argumentū facile eliditur, si advertatur, fiscum, in casu proposito privilegiatū non esse, esse verò mulierem, imò, & adversus fiscum privilegiatam expresse reperiri Authenticorum jure vbi sup.

4 Non solū autem pro debito ex civili causa descendente mulier in carcerem miti non debet, sed nec pro delicto, attèto cōmuni jure d. Auth. vt null. judic. in d. §. necessarium, & d. Auth. hodie novo jure C. de custod. reor. Quod tamen jus hodie non servatur, sed cōluetudine est abrogatū, & mulieres pro criminali causa, & pecuniario etiã debito ex ea descendente in carcerem detruduntur à carceribus virorum separatim, & ita de consuetudine servari, testatur Clar. cum



citatis ab eo in pract. quast. 28. num. 3. versic. Quæro igitur Baet. d. cap. 15. num. 7. Matien. d. l. 10. titul. 3. gloss. 2. quam consuetudinem approbat lex Castella 62. Taur. & l. 10. titul. 3. lib. 5. nova recopilat. apud nos ord. lib. 3. titul. 31. §. 4. & lib. 4. titul. 76. §. 6. Monet verò Clar. d. num. 3. versic. Bonum est tamen, vt iudex in hoc sit valde circumspectus, ita, vt si mulier sit nobilis, vel honestæ conditionis, pro quovis crimine in carcerem non mittat, sed in domo alicujus nobilis, & honestæ matronæ esse sinat sub idonea fideiussione. Ego illi in hoc libenter assentio; & addo, quod, & si mulier nobilis genere non sit, nec, si nupta est, mariti radijs præfulgeat, si tamen præfenti vitæ statu ac professione plebeïæ conditionis non est, & honestè vivit, subsidio hoc frui debet, præsertim cùm crimen ita grave non sit, vt pro eo, & ipsam publici carceris pœnam ante supplicium iustinare mulier debeat, vt aliàs dicitur in l. divus Pius in fin. ff. de custod. reor. Movere verò in hoc iudices debet ipsius honestatis favor, cuius intuitu præfens privilegium inductum est, & adeò largè & liberaliter à Iustiniano promulgatum & commendatum, vt, & in gravissimi criminis accusatione, publici carceris mulierem immunem esse, voluerit in d. §. necessarium, vers. Si verò gravissimum, notavit gloss. in d. l. divus Pius in fin. quod jus, etsi, consuetudine seu patrijs legibus correctum esse, dicamus, saltem, vt in correctorijs stricta, & benignior interpretatio recipienda erit; præsertim vt sic commendabilis ac principali clementia dignus honestatis favor vsque adeò in delictis non emarcelcat.

5 Controversum verò valde est inter Scribentes, an, & pro debito quod mater cōtraxit ex suscepto munere tutelæ Velleiano, & omni juris auxilio renuntiatio, adhuc privilegio isto frui debeat. In qua quæstione vtriusque sententiæ Authores citat Matien. d. l. 10. gloss. 1. num. 3. & 4. vbi in fine ait, quod opinio affirmas, apud Nostrates verior est, & receptior. Sed contra mulierem tenet Gom. d. l. 62. Taur. num. 2. secutus Bart. in Auth. matri, & avia C. quand. mulier tutel. offic. fung. pot. col. penult. num. 13. cuius sententiam communem ibi esse, dixit, quam item tenuit Bart. in l. si quis sub conditione, num. 19. ff. de testam. tutel. & plures eam sequentes refert Covar. lib. 2. variar. cap. 1. num. 3. & receptiorem fatetur in cap. quavis pactum 2. part. in init. num. 7. de pact. lib. 6. à qua tamen ipse dissentit ea ratione quam adducit d. cap. 1. nu. 3. nempe, quia etsi mater renuntiet Velleiano, & omni legum auxilio, adhuc tamen generale ac commune parentum privilegium

ne à liberis conveniantur ultra quàm facere possint, illi competit, quia per prædictam renuntiationem, ea solùm jura ac privilegia remissa censentur, quæ competunt matri, vt mulieri, & non vt matri, vt docet Bart. locis proxime citatis communiter receptus secundum Covar. d. num. 3. vnde infert, quod si mater habet bona ex quibus debitum ex tutela contractum solui possit, in illis fiet executio, sin minus, quia non est exigenda ultra quàm facere possit, pro reliquo in carcerem detrudenda non erit: qua etiam ratione hanc sententiam probavit Baet. d. tract. de inope debitor. cap. 15. num. 13. & sequenti, de quo latè per eundem tract. de decim. tutor. c. 4. num. 46. & 78. vbi plura adducit, & alijs relatis sequitur Barbof. in l. alia §. eleganter, num. 24. versic. Quod etiam, cum num. sequenti: ff. solut. matrim. Pater Molin. tom. de contractib. disputat. 571. nu. 8.

6 Secundum quos, nec expressa huius privilegij renuntiatione pro debito ex causa tutelæ potest mater conjici in carcerem; id namque esset contra bonos naturæ mores, & reverentiale jus, quod pacto, & renuntiatione tolli non potest l. alia §. eleganter ff. solut. matrim. vbi ita in terminis tradit Barbof. d. numer. 25.

7 Sentiunt verò, mulierem aliàs posse renuntiare privilegio ne in carcerem detrudatur pro civili debito; quod expressè probat Baet. d. cap. 15. num. 15. & sequenti, vbi tamen fatetur, absurdum hoc videri, & advertus fæminarum pudicitiam, & publicam honestatem, sequitur Barbof. d. §. eleganter numer. 24. contra Menchac. de success. creat. §. 4. numer. 49. ad fin. & §. 22. numer. 82. contra alios quos refert; ultra quos idem probat Menoch. de arbitr. lib. 1. quast. 88. numer. 1. quorum sanè sententia multo magis tenenda videtur ipsius honestatis favore, propter quam mulieri privilegium hoc legibus concessum est; & quanvis alias cuilibet, privilegio suo renuntiare, licitum sit, juxta regul. l. penult. C. de pact. non tamen renuntiare potest ijs quæ publicum concernunt favorem, & publici favoris causa conceduntur; ad quem pertinet fæminarum honestas, adeò, quod magis expedit respiciendæ, honestatem servari, quam multiplicatio populi procedens ex corruptis moribus, verba sunt Bald. in Auth. cui relictum C. de indict. viduit. tollend. quæ refert Socin. in l. hac conditio, nu. 3. ff. de condition. & demonstrat.



ARTIC. QVARTI.

SUMMARIA.

- 1 **V**irgines in calo portant laureolam; & quid sit laureola, declaratur, & quibus virginibus debeat.
- 2 Explicatur text. in Auth. de lenonib. §. sancimus, coll. 3. ubi ait, quod virginitas sola Deo cum fiducia potens est hominum animas presentare. Et tex. in cap. nuptia 32. quest. 1. Et de virginum excellentia.
- 3 Virginis testimonio, ceteris paribus, magis creditur, quam aliarum mulierum.
- 4 Ad testificandum de virginitate non admittuntur mulieres nisi quæ honestæ sunt; & traditur, meretrices infames esse, & ideo regulariter in omni casu a testificando repelli.
- 5 Virgines privilegio fori fruuntur, quod in viduis scriptum est, secundum communem.
- 6 Ampliatur ex mente communis etiam in stuprata & corrupta innupta quæ honestè vivit; & declaratur Regia ord. lib. 3. titul. 5. §. 5. Et quid significet verbum, Mulier, in propria, & stricta significatione.
- 7 Agitur de interpretatione ord. d. lib. 3. titul. 5. §. 5 & traditur, secundum eam, virgines, & mulieres quæ aliquando malè vixerunt, honestè postea vivendo privilegio fori gaudere, & numer. 8 quod declaratur numer. sequenti.
- 8 Pupillus, & pupilla non dicitur qui patrem habet tametsi infra pupillarem aetatem existat; idcirco tales fori privilegio pupillis concessio non fruuntur d. n. 8.
- 9 Mulier innupta quæ in honestè vixit aliquando, vivendo postea honestè non semper fori privilegio gaudet, & tres casus circa hoc considerantur.  
Per triennale spatium naturales mores mutati presumuntur, ibid. versicul. Secundus casus.  
Quæ fuit meretrix, quanvis postea meretricio de relicto honestè vivat, ad testificandum non admittitur, nec privilegio gaudet, d. n. 9. versicul. Tertius casus.
- 10 Moniales fori privilegium habent, quanvis monasterium dives sit. Item vidua quanvis sint divites eodem utuntur privilegio.
- 11 Probatum adversus alios, viduam, aut mulierem honestam conventam ab alia cui idem competit privilegium, iudicem proprii domicilij declinare posse, & curia presidem eligere; & expenditur pro hac sententia Lusitana Ord.

12 An vidua fori privilegio, quod miserationis causa inductum est, renuntiare possit.

13 Virgines loco, & incessu fœminis alijs precedunt. Et de virginitatis laudibus remissive.

ARTIC. IV.

De Virginibus.

1 **V**irginitatis privilegia multa sunt in cœlo, & in terra; in cœlo enim Virgines laureolam portant, juxta text. juncta glossa ibi, verb. suscitare, in cap. si Paulus 32. quest. 5. gloss. final. in fin. in cap. causam matrimonij, de probat. quæ est corona quædam splendoris, quæ ab alijs discernuntur, dicta à lauro, quæ semper virens est, & illa victores coronabantur, vt explicant Abb. post Ioan. Andr. d. cap. causam, num. 2. Cardinal, & Imol. ibid. in fin. Theologi aureolam vocant, quasi aureæ diminutivum, quæ essentiale præmium significatur, & aureola accidentale, id est, gaudium quodam aureæ superadditum, quod est de operibus quæ habent rationem victoriæ excellentis, vt explicat Addit. ad tert. part. D. Thom. quest. 96. artic. 1. & ibi, art. 5. habetur, quod virginitati specialis corona debetur, quæ aureola nominatur, & quod hoc communiter ab omnibus tenetur. Docetur vero ibid. quod hæc illis tantum virginibus propriè debetur, quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuò conservandi, sive hoc propositum voto firmaverint, sive non; & Agnum sequuntur quocumque ierit, Apocal. 14. quasi singulare virginum in hoc apud cælestem Regem privilegium inculcetur, quod nullus eis locus in cælesti aula claudatur, & cuncta illis divinarum mansionum habitacula referentur, vt interpretatur Author libelli de laude virginitatis, qui inter opera D. Hieronymi circumferitur; juxta quod in festis Virginum canit Ecclesia.

Quocumque pergis, Virgines  
Sequuntur, atque laudibus  
Post te canentes cursitant,  
Hymnosquè dulces personant.

2 Virginitas paradysum implet, juxta D. Ambrosij verba in cap. nuptia 32. quest. 1. & secundum Imper. in Auth. de lenonib. §. sancimus collat. 3. sola Deo cum fiducia potens est hominum animas præsentare; quod verbum, sola, non est exclusivum aliarum virtutum, nam, & aliæ animas hominum possunt Deo præsentare, quia non solum virgines,



nes, & continentes, verum etiam conjugati per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem pervenire, ut habetur in cap. 1. §. final. de Summ. Trinitat. & ut ait D. Augustin. in libro de bono conjugali cap. 21. in fin. tom. 6. non impar meritum est continentiae in Ioanne qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham qui filios generavit; quod explicat D. Thom. 2. 2. quest. 152. art. 4. ad 1. Nec rursus, intelligendum est, quod sola virginitatis virtus, spretis alijs perducit ad Regnum caelorum, quia offensus in vno, factus est omnium reus, ut dicit juris regula in cap. defleat peccator, extr. de regul. jur. idque in fatuis illis virginibus videmus, quæ quidem virgines erat, & tamen quia non sumpserunt oleum secum, non intraverunt cum Sponso ad nuptias, qui respondit illis, *Nescio vos, Matth. 25.* Unde Abb. d. cap. causam, num. 2. & Felin. ibi numer. 4. eum secutus intelligunt de virtute virginitatis, ut sola inter alias principali, quam tamen ut accessoriae aliæ comitentur; de qua dicit D. Cyprian. in lib. de virginitate. tract. de habitu virginum, paulo post princip. quod est flos ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, illustrior portio gregis Christi. Vel etiam, quia virginitas simpliciter non est excellentissima virtutum, ut docet D. Tho. d. quest. 152. art. 5. cui convenit quod legitur in revelationib. B. Brigittæ lib. 6 cap. 111. ibi, *virginitas meretur coronam; viduitas appropinquat Deo; sed obedientia omnes in gloriam introducit,* verbum, *Sola,* de quo in d. §. sancimus, ad facilitatem presentandi Deo animas hominum referri debet, quasi dixerit Imper. quod sola castitas facile hoc potest, quia plus à Christo amatur quam conjugium c. qui sitit 33. quest. 5. ubi etiam dicitur, quod non expedit homini ad caelorum Regna tendenti accipere vxorem; cui sensui convenit verbum, *fiducia,* de quo in d. §. sancimus, ex maioris, namque, amoris prerogativa fiducia oritur, & illud Apostol. 1. ad Cor. 7. *Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta, & corpore, & spiritu, quæ autem nupta est; cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Quo etiam sensu accipitur D. Ambrosij text. in d. cap. nuptia, ubi dicitur; quod nuptiæ terram implent, virginitas paradysum; quod maximum virginitatis privilegium dixit gloss. final. in d. cap. causam; intelligitur verò, non quod solæ virgines intrent in paradysum, sed quod facilius intrant; cogitant enim quæ Domini sunt, & quomodo illi placeant, secundum Apostol. Et de laudibus illarum, atque in caelo prerogativis copiosè, & eruditè plura adducit ex san-

ctis Patribus Lusitan. Blas. Viegas Religiosus è Societate IESU in commentar. apocalyps. ad cap. 14. commentario 1. per tot. & earum excellentiam inter alios, conjugatorum, scilicet, & viduarum status, valde commendat, ac prædicat triplex ille fructus Evangelici iemini, quod cecidit in terram bonam, apud Matth. 13. & Marc. 4. trigessimus, sexagesimus, & centesimus; inter alias enim expositiones vna ac frequens est, quod trigessimus castis conjugibus attribuitur, sexagesimus viduis continentibus, centesimus, ut amplior, ac perfectissimus, ipsam etiam centenario numero perfectionem designans, virginibus; ita per Expositores Evangelistarum, & Add. ad 3. D. Tho. 9. 96. art. 4.

3 In terra etiam Virgines non paucis fruuntur privilegijs, & prerogativis. Primo enim, testimonio virginis magis creditur, quam viduæ, vel aliarum mulierum, secundum Bald. in d. cap. causam, quem ibi refert, & sequitur Felin. num. 4. notandum dicens, Guliel. Benedict. in cap. Raynutius 3. part. verb. *Qui cum alia matr. contrahens numer. 45. de testam.* ubi scripsit, quod in dubitanter hoc verum credit, & locum habere in causis pecuniarijs, ut data paritate numeri testium vtriusque partis, testimonium virginum præponderet testimonio viduarum, & conjugatarum, sequitur Chassan. in catalog. glorie mundi 3. part. considerat. 39. num. 46. Monticell. in repertor. de testib. rubr. *testiam quis præferatur, sub titul. masculi fæminis, versicul. penult. ubi, & Chassan.* loco citato allegant Barbat. d. cap. causam matrimonij, Anton. Gabr. lib. 1. commun. titul. de testib. conclus. 4. num. 67. Farinac. tract. de testib. quest. 59. num. 50. Debet verò intelligi hoc in virgine pudica, & verecunda, quæ si concurrat cum vidua aut conjugata ejusdem qualitatis, ceteris paribus testimonio virginis magis credetur.

4 Secundo, mulieres quæ adhiberi solent ad testificandum de virginitate, honestæ esse debent, & alias non admittuntur, quanvis peritæ sint, ut notant Innoc. Bald. & Felin. num. final. per text. ibi in d. cap. causam, ubi Bald. ampliat etiam si essent genere nobiles, quia meliores sunt boni mores, quam nobilitas, secundum eum, quem refert, & sequitur Felin. d. num. final. Sciendum verò est, in causa isto, appellatione honestarum mulierum, non excludi meretrices; hæ enim, quia infames jure sunt l. palam, versi. *Non solum ff. de rit. nuptiar. ibi, lege notatur, gloss. in l. 3. §. lege Julia, verb. palam ff. de testib.* à testificando regulariter in omni casu repelluntur, ut probat text. in d. §. lege Julia, communem tradidit Mascard. de probation. vol. 2. conclus. 1066. num.



num. penult. & concl. 1357. num. 20. vol. 3. & pluribus citatis ac pro regula ponit Farinac. de testibus, quast. 56. artic. 10. ubi ampliat, & limitat, per tot. Cum ergo dicitur, secundum Innoc. & alios, de testificandum de virginitate honestas mulieres fore adhibendas, eas excluduntur, quæ etiam palam se non prostituunt, quod meretricum est, id est, falsim, & sine delectu, sive quæstus causa, sive sine eo, ut probat text. in d. l. palam, in honestæ tamen mulieris nota affecta est; & hoc, quanvis testimonium ferre aliàs non prohibeatur, quia meretrix non est, nec infamis, privilegio tamen virginitatis, in causâ illius non admittitur; putorationem esse, quia virginitati alterius suspecta creditur, quæ propriæ non pepercit, & statui suo debitam non servat honestatem.

5 Tertiò, privilegio fori virgines fruuntur, quod in viduis scriptum reperitur in l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. vel vid. ubi Azo in sum. hanc opinionem tenet, eandem probant Cyn. ibi, Ordr. Alberic. Bart. & Fulgos. communem testatus, & alij citati à Covar. practic. q. 6. 7. n. 2. licet ibi contrariam in jure veniorem regulariter probet, cum qua, secundum eum manet gloss. in d. l. vnic. quia eam ultimo loco posuit. Cæterum, glossa. 2. ubi utramque opinionem scripsit, nec, cui potius adhereret, expressit; at verò in l. malum §. viam ff. de verbor. significat. cum priore tenit; pro qua facit text. ibi, & eam secuta est ord. nostr. lib. 3. titul. 5. §. 5. tradit Cabed. decis. 180. part. 1. ubi iudicatum refert circa eam quæ adhuc in ætate erat, ut nubere posset in quo dubium ibi vertebatur, stante ord. antiqua, quæ tunc servabatur, quod dubium nova lege sublatum deinde fuit; & secundum prædictam sententiam, à qua non dissentit Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 66. num. 8. in Neapolitano iudicatum fuisse, refert Vincent. de Franch. decis. 100. numer. 1. part. 1. ubi fusè persequitur, & ampliat a num. 11. cum sequentibus. etiam in virgine partem habente sub cuius potestate existat.

6 Nec tantum virginibus, sed etiam stupratis, & corruptis in nuptas, honestè tamen viventibus idem competere privilegium, è mente eorum est, quos refert Covar. d. cap. 7. num. 2. & in his planè locuta est ord. nostra lib. 3. titul. 5. §. 5. ibi, Et todoo que ditto he acerca las viudas, havera lugar nas mulheres honestas, & que honestamente viverem, posto que nunca fofen casadas, quod verbum, mulheres, quo deinde iterum lex ibi usâ fuit, omnes æquè comprehendit tam inspecto communi loquendi usu, quo apud nos, hoc verbum, *Mulier*.

corruptam, & intactam significat, quam verbi etymologia attendit, quæ est à mollicie, secundum Sebastian. Monticul. de pair. potest. §. matrimonium, num. 15. quanvis aliàs in stricta significatione, de corrupta tantum accipiat, ut in l. vliquin versicul. Quod si ego, ff. de contrahend. empt. l. ex empto §. si quis virginem ff. de action. empt. l. queritur §. mulierem ff. de adilit. edict. l. si collactaneus, in fin. ff. de manumiss. vindict. In qua significatione accipitur illud Domini apud Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, ut interpretatur D. Augustin. serm. 21. de Sanctis. Iuxta quam verbi significationem lex nostra multò magis probat, corruptam mulierem nunquam nuptam quæ honestè vivit, ad privilegium fori honestis viduis indultum pertinere. Locuta verò est in muliere, & non in virgine, ut uno verbo tramque comprehenderet; quia, etsi verbum, *mulier*, strictè, ut diximus, de corrupta intelligatur, propriè tamen etiam de virgine viripotente accipitur, secundum communem loquendi usum, & verbi etymologiam, ut diximus, & ita probat text. in l. mulieris ff. de verbor. significat.

7 Notanda verò est lex Regia loco citato, quæ superfluitatis vitium pati videtur, ibi, *mulheres honestas, & que honestamente viverem*; videtur enim, quod satis fuerat, dixisse alterutrum, scilicet, *mulheres honestas*, aut *que honestamente viverem*, ut de nunquam nuptis honestè viventibus lex intelligeretur, sicut in §. 3. d. titul. 5. ubi de viduis circa idè loquitur, honestarum appellatione contenta fuit. Quare, ut superfluitas evitaretur, cogitavi primum, si forte lex privilegium fori de quo ibi, enargiri voluit mulieribus, quæ nunquam matrimonium contraxissent, si moribus honestæ essent, & vitæ simul professione, ita, ut quæ sordido quæstu viverent licèt alias morum honestatem præferrent, à privilegio fori manerent exclusæ, atque ita, verbum honestatis in lege repetitum primo, loco ad mores, secundo ad vitæ institutum referretur; & pro differentiæ ratione inter nunquam nuptas, & viduas, in quibus sola in moribus honestas requiritur, ut privilegio locus sit d. titul. 5. §. 3. cogitabam, dici posse, hoc fori privilegium originaliter, & principaliter esse viduarum, tam jure communi attento, quam Regio, aliarum verò mulierum, per ampliationem, & participativè; ex quo arctius erga illas Legislatores nostri statuere voluissent.

Cæterum, rem postea maturiùs cogitanti interpretatio ista displicuit, tum, quia prædicta differentiæ ratio inter viduas, & nunquam nuptas,



nuptas, stabilis visa non est, tum, quia, etsi verbum, *honestas*, secundum propriam significationem utrumque significet, & honorabilem, scilicet, vitæ professionem, & morum virtutem libidini ac luxuriæ oppositam, *ut sup. in init.* tradidimus, non tamen par est credere, prudentes Legislatores, eodem verbo nunc in vnum, nunc, & in eadem oratione ac statim in diversum alium uti significatum; & denique, subinde in eodem §. vbi de viduis, & mulieribus honestis quæ nunquam nupserunt lex iterum loquitur absque repetitione illa, *que honestamente viverem*, exceptio ponitur in ijs quæ jurisdictione aliqua præcellunt, quæ exceptio in casu isto, ad alios subregula contentos, firmat regulam in contrarium, ut notat Bart. *per text. ibi, in l. quasitum §. denique, ff. de fund. instruct. cum alijs Dec. in l. 1. num. 21 ff. de regul. jur.*

8 Quarè, securius fore, putavi, si lex generaliter intelligeretur etiam in ijs, quæ sordida paupertate vivunt, observata tamen juxta suum statum honestate personæ, quæ sola honestas spectanda est, ut fori privilegio locus sit, tam in nunquam nuptis, quam in viduis. Qua interpretatione retenta, ad verba ord. superius relata respondendum erit, quod honestæ mulieris appellatione simpliciter, & absolute illa intelligitur, quæ semper coluit honestatem, qualis est, quæ vulgò apud nos, *donzela*, nuncupatur; & hanc tanquam digniorem præmisit lex ibi, *mulheres honestas*, cum mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur *l. mulieris appellatione ff. de verbor. significat.* porro, ad fori privilegium, quia virgo illa demum pertinet quæ viripotens est; quæ enim infra pupillarem ætatem est, non quia virgo, sed quia pupilla est, hoc fruitur privilegio, ut tradit Vincent. de Franch. *d. decis. 100. num. 17. versic. Quando autem, & probat d. l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. vel vid. melius ord. nostra d. titul. 5. §. 3. in princ.* & ejus ætatis puella tunc demum hoc privilegio utetur, si patre orbata sit, quia si patrem habet, pupilla non dicitur propriè, sicut nec pupillus qui patrem habet, *l. pupillus ff. de verbor. significat.* qui ideo non utitur privilegio, ut in masculo, & fæmina traditur *d. decis. 100. num. 15. cum duob. sequentib.*

Postquam ergo lex nostra de muliere honesta simpliciter, & absolute, id est, semper honesta, locuta est, ne videretur, fori privilegium de quo ibi, ad illam velle restringere, consequenter subdit eam quæ honestè vixerit, quasi dicere intendens, non solum illam quæ honesta simpliciter est, sed etiam quæ a quando advertus honestatem deliquit, honestè deinde vivendo ad honestarum viduarum

privilegium de quo ibi pertinere. Quod si quæretur, cur in viduis id ipsum lex non adiecit, ut si honestè vixerint, quanvis antea deliquissent, privilegio fruerebantur; Respondetur, quod in nunquam nuptis lex declaravit, ad viduas etiam indubitanter pertinere, quibus privilegium de quo ibi originaliter ac principaliter competit; & satis fuit, in vna mulierum specie id exprimere, quod ad utranque pertinebat; ideo fortassis magis placuit, id exprimere in nunquam nuptis; quia in illis dubitatio maior apparebat, propter quod speciali quadam ac favorabili legis interpretatione ad viduarum privilegium esse admittæ, quo possent videri indignæ quæ honestatis jus, cujus intuitu concessum illud est, vel semel offendissent.

9 Nec verò supradicta ita latè, & indistinctè sunt accipienda, ut quæ antea turpi vitæ genere de honestatè fuissent, si postea honestè vivant cum privilegio uti contendunt, ad illud semper admitti debeant; sed in hoc, quod apud alios tactum non invenimus, tres casus distinguam. Primus est de illa quæ cum certo aliquo rem habuit sive semel, aut iterum, sexus fragilitate lapsa, sive pluries, ab eo forte spe futuri matrimonij seducta; & hæc utique, simul ac turpem conversationem de reliquisse, bonorum opinione constiterit, privilegio uti poterit quasi honestè vivens, etiam non expectato triennio, de quo statim, quia, etsi illa malè egit, & honestatis jus violavit, excusanda tamen erit fallaci spe, juncta sexus fragilitate, quæ etsi injustam præbeant excusationis causam, injusta etiam jure nostro à dolo excusat, *juxta regul. l. sequitur, versic. Et generaliter ff. de liberal. caus. de qua las. in l. vnic. §. final. num. 24. cum sequentib. ff. si quis jus dicent. non ob temper. post gloss. & alios ibi.*

Secundus casus est de illa quæ in alicujus concubinato vixit per tempus aliquod, vel etiam aliquibus corpus suum præbuit, nec tamen ut meretrix palam prostituit; & hæc, si turpi vita de relicta honestam deinde agat, non erit à privilegio repellenda, cum verum sit, honestè eam vivere quando privilegio uti contendit. Caterùm, honestè vivere, non dicitur, ut privilegio uti possit, nisi trahatur triennio post turpem vitam de relictam; per id enim temporis spatium naturales mores mutati præsumuntur, *Auth. de monach. §. sancimus, collat. 1. vbi tradit Angel. & Reliqui, Cabed. noster loquens in terminis honestæ modò quæ antea impudica fuerat, decis. 55. num. 2. part. 1. Garf. de Hispanor. nobilitat. & exempt. gloss. 30. numer. 1. vbi ait, quod ad hoc quotidie allegatur text. ille. Ad-*



do tamen, quod si ista ita impudicè vivendo ad senectutem pervenerit, ad eam in quam, ætatem, quæ veneris actibus idonea non reputetur, quanvis deinceps honestæ matronæ personam gerat, à privilegio honestarum mulierum in perpetuum exclusa manebit, nec enim honestarum mulierum privilegio digna apparet, quæ quandiu potuit, & quandiu libuit, vixit in honestè, quamquè honestam, si honesta dici potest, non tam voluntas fecit, quam necessitas.

Tertius casus de meretrice est, est autem meretrix, quæ palam ac sine delectu corpus suum prostituit, sive quæstu, sive sine eo, sive in lupanari, sive alio in loco, *l. palam, in princip. ff. de rit. nuptiar.* & inferius latius trademus, ubi de meretrice specialis se offert disputatio. Huic ergo mulieri, & si à meretricia vita ad castam, & honestam revertatur, & in illa per triennium, & ultra perseveret in juvenili adhuc ætate existens, honestarum mulierum privilegium non competere, existimo, quia non debet honestarum mulierum privilegio uti, quæ turpissimo vitæ usu honestatem ipsam adeo deturpavit in se, ut infamiæ notam inde contractam secum semper portet ut probat *text. in d. l. palam, versicul. Non solum;* unde, etsi meretrix esse desinat, ad testificandum non admittitur propter perseverantem infamiæ notam, ut cum *gloss. in l. 3. §. lege Julia, verb. palam ff. de testib. tradit Farinac. de testib. quest. 56. art. 10. num. 363.* si ergo mulier quæ fuit meretrix, etsi meretricari postea desinat, repellitur ab eo quod jure communi illi alias competeat, multo magis repellenda erit ab eo quod jure speciali venit, *l. ejus militis §. 1 ff. de militar. testament.*

10 Ex ijs autem quæ dicta sunt, constat, virginibus Deo dicatis in monasterio aliquo, idem fori privilegium competere, quod honestè in sæculo viventibus competit; quod in Regno Castellæ receptum esse, tradit Covar. *pract. cap. 7. num. 3. versic.* At in hoc; idque apud nos sine dubio transit propter leg. Regni de qua; sup. quæ privilegium istud honestis fæminis nunquam nuptis expressè impertita est, tradit Cabed. *decis. 54. num. 10. cum sequentib. 1 part. ubi num. 13. post Covar.* quem allegat loco citato, addit, hoc procedere, etiam si monasterium dives sit; nimirum, nam & divitibus viduis idem competit privilegium, ut tradit Vincent. de Franch. sic in distinctè judicatum referens, *decis. 100. num. 19. & sequenti 1. part. & apud nos praxi receptum est, ut tradidimus in commentar. l. 1. 3. part. §. 4. sub nu. 5. C. de sacrosanct. eccles.* ubi cum ibi relatis hanc adversus alios probavimus sententiam. Meminisse verò oport-

tebit, quod apud nos, si moniales jurisdictionem quamvis habeant in oppido aliquo, privilegio isto uti non poterunt, per *ord. d. lib. 3. tit. 5. §. 5. in fin.*

11 Non rara etiam in hac materia controversia est inter privilegiatas mulieres, cum una aliam convenit coram iudice proprii illius domicili, & conventa excipit, curiæ præsidem in causæ iudicem eligens, quo casu non teneri actricem extra proprium utriusque domicili, ad præsidem ire, tenet Covar. *secutus alios quos refert d. cap. 7. num. 5. versicul. Quintus deducitur,* ubi hoc sibi expeditum videri, affirmat, sequitur Cabed. *d. decis. 54. n. 14.* & ratio est secundum eos, quia quæ proprium iudicem declinat, & alium eligit privilegio utens extra proprium domicili, in malitia esse videtur, cui non est indulgendum *l. in fundo ff. de rei vendicat.* Quæ sanè ratio idem æquè evincit casu quo non privilegiata persona contra viduam, aut mulierem alias honestam coram ordinario iudice domicili illius experiri contendat, nam si ab eo ad curiæ præsidem declinet privilegio uti volens, dicetur, quod malitiosè agit, quæ extra proprium domicili conveniri mavult, & quia malitijs nunquam est indulgendum, *d. l. in fundo,* nec in casu isto declinatoria proprii iudicis exceptio admittenda videbitur; quod in casu isto nemo affirmabit; quare nec in proposito secure dicitur, conventam mulierem ab exceptione sua fore repellendam. Et nuper evenit casus, in quo vidua una alteram, pupilloque ejus extra curiam commorantes coram ordinario domicili iudice convenit, illa ad præsidem curiæ excepit, iudex exceptionem repulit; sed supplicanti Senatus providit, causam ad curiæ præsidem deferri jubens ex viduæ, pupillorumque privilegio, contra actricem ejusdem qualitatis mulierem integrè permanente. Et revera *ord. nostra d. titul. 5. §. Porem* pro hac parte fortiter stringit, dum ait, personam miserabilem, pupillum, viduam, aut aliam, eligendi iudicis, sive ordinarij, sive præsidis curialis, privilegio uti posse adversus aliam ejusdem qualitatis; porro, si in hac eligendi iudicis facultate lex intelligeretur solummodo in casu quo conventa vidua in curia domicili haberet, ubi, & ordinarius domicili iudex residet, nimis restringeretur generalis ejus dispositio.

12 Ultimò, privilegio huic, quod est miserationis causa introductum, non posse à personis miserabilibus renuntiari, tenuit doctissimus Lusitan. Petr. Barbof. *cum relatis ab eo, in l. alia §. eleganter, num. 50. post princ. ff. solut. matrim. & in l. 1. art. 4. num. 69. ff. de judic.*



judic. & ego eandem tenui opinionem in commentar. l. 1. 3. part. §. 4. num. 5. versicul. Quod quidem C. de sacrosanct. eccles. ad quam citatur gloss. reputata singularis in l. unic. verb. excedere C. quand. Imperat. inter pupill. vel vid. ubi Bald. notat. quod privilegio indulto miferationis intuitu renunciari non potest; & est ratio secundum Felin. in cap. si diligenti, num. 16. de for. competent. quia renuntiatio tolleretur misericordiam, quod contra bonos mores est, igitur non valet. Si tamen mulier, seu persona alia cui eligendi iudicis privilegium competit, apud vnum conventa, illi consentiat coram eo respondendo, non poterit deinde in causa illa alium petere; & sic videtur, quod tacitus in certum iudicem consensus plus operetur, quam expressus; sed aliud est, in iudicio consentire sive expresse, sive tacite, propter ejus calorem, iudicisque auctoritatem, cujus idcirco iurisdicatio tacito litigantium contentu prorogata censetur, l. 1. & 2. cum ibi notat. ff. de iudic. aliud, extra iudicium pacto renunciare privilegio, quod non potest mulier, nec dum facta jam vidua, sed, & cum maritata est, si enim simul cum marito in eadem scriptura se obliget, & coram certo iudice respondere promittat, vidua deinde facta privilegio fori, & eligendi iudicis privilegio uti nihilominus poterit, ut tradit Cabed. iudicatum referens decis. 173. 1. part. de quo scripsimus in l. ex hoc iure 2. part. cap. 13. de clausula fori, n. 22. iustit. & jur. ubi tamen in expressa viduae renuntiatione contrariam sententiam magis probavi, discedens ab ea quam obiter scripseram d. l. 1. 3. part. §. 4. num. 5. Eruditus lector perpensis pro vna, & altera adductis, quae verior sit, aestimet.

13 Et haec honestis privilegio quod ad virgines attinet; quas ut digniores, & de honestate ipsa magis benemeritas feminis alijs praeposuimus, quasi, & hoc etiam privilegium virginum sit, ut loco alias praecedant, sicut & incestu praecedunt, ut privilegij causa tradunt Bald. Barbat. & Felin. num. 4. in c. causam matrimonij, de probat. Chassan. in catalog. gloria mundi 3. part. considerat. 39 num. 45. quo in loco, & considerat. 11. part. 2. de virginitatis laudibus plura adducit, tam ex sacris, quam humanis literis de prompta, & post eum fuse Marquard. tractat. de calibat. Sacerdot. non abrogand. cap. 9. per tot. 1. part. & habetur in revelation. B. Brigista lib. 6. cap. 119. ubi, postquam de conjugatorum statu, ac etiam de viduali dicitur, quod Deo accepti sint, Ioannes vero, subditur, *cujus custodie commisi Matrem meam, non displicuit mihi, quia virgo fuit imò summe placuit, quia perfectissima vita est, in carne non carnaliter vive-*

re, similisque vita Angelica, ideo, & meruit custos fieri castitatis, & ei specialia signa ostendi charitatis. Quo in loco Gonçal. Durant. qui egregium edidit commentum ad revelationes illas, in virginalis status laudem, & praerogativam ex sanctis Doctoribus plura confert.

## ARTIC. QUINTI.

## SUMMARI A.

- 1 Vidua à virginibus non procul distat, & privilegium datum alicui pro se, & suis descendens masculis, & feminis, competit filiis viduis, sicut virginibus. Et de viduitatis laudibus, remissive.
- 2 Honestae viduae honorabiles sunt, secundum Apostolum, & leges humanas. Et privilegia quaedam illis competunt ex ipsius viduitatis qualitate, alia ex persona defunctorum maritorum.
- 3 Vidua in honeste vivens nullis gaudet privilegijs, sive alias competant viduitatis causa, sive ex persona maritorum.
- 4 Leges loquentes de honestis viduis ad eas non pertinent, quae, etsi corpore castitatem servant, vidualem tamen honestatem habitum, & conversationem non servant. Et in talibus conditio, si honeste vixerit, a testamento scripta, pro defecta habetur.
- 5 An vidua casta corpore, sed conversatione, & habitu in honesta uti possit privilegio legum in vidua simpliciter loquentis. Negativè solvitur nu. 8.
- 6 Communis traditio refertur secundum quam, vidua committens stuprum perdit legatum a marito sibi relictum; & haeres etiam, aut legatarius viduam stuprans relictum amittit. Et declaratur, ut non procedat in vidua qua sine stupro in honesta conversatione vivit.
- 7 Penales leges contra secundo nubentes, hodie Pontificio iure sublatae sunt; habent tamen locum in vidua committente stuprum.
- 8 Resolvitur, viduam impudica vita conversatione quamvis stuprum realiter non committens, viduitatis privilegia amittere.
- 9 Respondetur ad argumenta adducta in contrarium; & traditur differentia inter legatum uxori pure relictum, & relictum sub conditione, si honeste, aut caste vixerit, quamvis utrumque per stuprum amittatur.
- 10 Temperatur praecedens resolutio, ut illa quae aliquando in honeste vixit, si postea vivat honeste, viduitatis privilegij uti possit.
- 11 Vidua stuprum vel semel committens, quamvis postea



- postea caste, & honeste vivat, omnia privilegia in posterum amittit, qua illi ex persona, & nobilitate mariti competebant.
- 12 Vidua committens stuprum non solum amittit in testamento relicta, sed etiam donata a marito, & lucra omnia illius intuitu constante matrimonio acquisita, secundum communem.
- Contrarium in dote probatur cum receptiori sententia, differentia ratione assignata inter adulterium, & stuprum a vidua commissum. Ibid. versicul. Sed contraria.
- 13 Idem traditur in lucris mulieri obvientibus ex dotalibus partibus, vel legatis apud nos honorum communicatione, ut ea viduali stupro non amittantur.
- 14 Differentia ratio assignatur inter privilegia qua vidua competunt ex mariti persona, & inter acquisita lucra beneficio legis.
- 15 Probatur, etiam lucrativo titulo a marito acquisita non perdere viduam propter stuprum exceptis ultima voluntate relicta; & differentie ratio inter hac, & illa assignatur.
- Communis sententia qua traditur, viduam testamento relicta perdere propter stuprum, intelligitur, & vera probatur etiam si post annum lucus committat stuprum. Ibid. versic. Militat vero.
- 16 Communis sententia probatur, tradens, viduam qua stuprum passa est, teneri reservare proprietatem bonorum qua a marito habuit filijs ejusdem matrimonij.
- 17 Vidua qua succedit uni ex filijs in bonis qua illi a patre obvennerunt, & luxuriose vivit, si ve ante, si ve post successionem ita vivere coningat, tenetur reservare bonorum illorum proprietatem alijs filijs ejusdem matrimonij.
- 18 Vidua luxuriose vivens, quoad filiorum successionem equiparatur illi qua ad secundas nuptias transit. Limita ut nu. 20.
- 19 Item, & in amissione tutela filiorum, quam vidua impudica perdit, sicut illa qua secundo nubit.
- 20 Mulier secundo nubens ante pettum filijs tutorem amittit jus illis succedendi, defunctis in pupillari etate; contrarium traditur in illa qua luxuriose vivit, & differentie ratio assignatur.
- 21 Probatur, mulierem qua semel aut iterum in suum corpus peccat, filiorum tutelam non amittere, sed requiritur, quod luxuriose vivat.
- 22 An mulier eo ipso quod turpem vite consuetudinem elegit, filiorum tutelam amittat absque judicis decreto.
- 23 An mulier qua propter secundas nuptias filiorum tutelam amisit, illis postea viduata eam recuperet. Et quid in illa qua post luxuriosam vitam, qua eandem subijt panam, caste vivit. & nu. 24. & 25.

Concluditur, mulierem a luxuriosa vita conversam, & caste viventem filiorum tutelam non recuperare, si tutor alius idoneus inveniat; illam vero recuperare secundi tori viduam, si secunde viduitatis tempore liberi sine tutore sint d. nu. 25.

26 Scripta de secundo nubentibus non semper locum habent in vidua luxuriose vivente.

27 Mulier qua habitu, & conversatione vidualē non servat honestatem; quavis corpore casta sit, ad filiorum tutelam admitti non debet; ex hoc susceptam jam tutelam mulier non perdit, quā perdit luxuriose vivens. Et sic constituitur differentia inter hanc, & illam, interpretata ord. lib. 4. titul. 102. §. 3.

ARTIC. V.  
De Viduis.

**P**ost virgines sequuntur viduæ, quæ non procul a virginibus distant, secundum Imperatorem in *Auth. de non eligend. secund. nubent. §. cum igitur, vers. Optimum itaque collat. 1.* Unde tradit Bart. in *l. quoties C. de privileg. scholar. lib. 12.* quod privilegio dato alicui, & suis descendens, tam masculis, quā feminis, gaudent filia viduæ, sicut virgines; quod sequitur, ac singulare reputat Guliel. Benedict. in *c. Raynutius 2. part. verb. cuidam Petro tradiderunt, n. 47. de testam. & 3. part. verb. Qui cum alia matrim. contrahens, n. 67. & sequuntur Bart. omnes ibid. secundum Chassan. in catalog. gloria mundi 2. part. considerat. 40. vers. Tertius est castitas, & Marquard. tract. de celibat. Sacerdot. non abrogand. cap. 10. in princ. 3. p. qui de viduitatis laudibus, & insignium quarundam viduarum plura congerunt, de quo etiam Coraf. lib. 3. miscell. c. 1. n. 1. cum duob. sequentibus. Guliel. d. verb. Qui cum alia matrim. contrahens n. 124. cum sequentibus.*

2 Secundum ergo ac principale personarum genus circa quas honestatis privilegia versantur, viduæ sunt quæ honestè, & castè vivunt; has enim honorari, præcipit *Apostolus 1. ad Timoth. 5.* Viduas, inquit, honora qua verè viduæ sunt; id est, quæ honestè, & castè vivunt; extollit Imperat. in *d. Auth. de non eligend. secund. nubent §. cum igitur, versic. optimum, itaque, ubi sic ait, Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, ut mulieres ita se honestè tractent, quatenus qua semel ad virum venerunt servent inviolatum morientium torum; & hujusmodi mulierem & miramur, pariter, & laudamus, & non procul a virginitate ponimus.* Has igitur Legum latores, non verbo tantum, sed & re honoraverunt, privilegij nempe; quorum quædam sunt quæ illis ex propria persona coperunt eo quod viduæ sunt, ut sunt privilegia fori, & miserabilium personarum



juxta id quod *sup. tradidimus artic. precedente, & scripsimus in commentar. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. 3. part. §. 4.* Alia viduis competunt ex persona defunctorum maritorum; de quibus in *l. femina in fin. ff. de senator. l. filij §. vidua ff. ad municipal. Bart. in l. fin. num. 2. C. de verbor. significat. post alios Tiraq. de nobilit. cap. 18. nu. 5. Cabed. decis. 213. nu. fin. 1. p. Otalor. de nobilit. Hispan. 4. p. principal. c. 8. n. 1. vbi hoc probat tam in ijs quæ marito competeant jure nobilitatis, privilegio principis illi concessæ, quàm quæ illi competeant ex nativa sua nobilitate, & post eum idem tradit Ioan. Garf. de Hispanor. nobilitat. & exempt. gloss. 1. §. 1. n. 44. Cabed. d. decis. 213. n. 5. Distinguit verò Barbof. in *l. quia tale. n. 30. ad fin. cum sequenti ff. solut. matrim.* inter ea quæ competunt ratione nobilitatis mariti, vt his conjux vidua fruatur, & ea quæ ratione officij, & dignitatis illi annexæ cõpetebant, vt his non fruatur, sequitur Cabed. d. decis. 98. n. 3. p. 1. vbi ad idem refert Tiraq. tract. cessante causa, n. 108.*

3 Illud autem inter omnes constat, viduitatis privilegij viduas gaudere, siue ex marito prædefuncto, siue ex viduitate ipsa competant, si honestè vivant, & non aliàs, vt post alios tradit Felin. in cap. significantibus nu. 8. vers. Item nota, de offic. delegat. & pluribus citatis Tiraq. d. c. 18. n. 13. Otalor. d. c. 8. n. 1. Clar. in §. stuprũ num. 7. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 66. nu. 10. & passim traditur, vt asserit Covar. practicar. cap. 7. n. 1. pro regula tradit Marquard. de calibat. Sacerdot. non abrogand. 1. part. c. 12. num. 4. hæ enim quæ sic honestè & castè vivunt, verè viduæ sunt, quas honorari, præcipit Apostol. loco citato, vbi de alijs dicit, quod viventes mortuæ sunt, *Nam quæ in delicijs est, inquit, vivens mortua est. d. c. 5.*

4 Hinc oritur quæstio, an vidua quæ casta corpore vivit, nullo vnquam coinquinata stupro, sed quæ castitatem corporis, conversatione, & habitu qui viduis non convenit, de honestate, viduitatis privilegij gaudere debeat. Quam quæstionem in his terminis à Doctõribus nostris disputatam non invenio, cum tamen in praxi evenire non raro possit; nisi fortè de ea quoque intelligunt, cum tradunt, viduam in honestè viventem, viduarum privilegij frui non debere; quod, vt cõmune tradit Felin. d. c. significantibus nu. 8. vers. Item nota, Covar. d. cap. 7. num. 1. vbi alternative loquitur de vidua luxuriosè, aut in honestè vivente, quasi in diversis speciebus vnum, & idè jus æquæ tradens; sunt enim non nullæ, quæ, etsi castæ corpore vivant, in honesta tamen vitæ conversatione castitatem ipsam dedecorant; vt de illis verè dicatur, quod honestam vitam non servant; quibus ex hoc non de-

beretur legatum sub conditione, si honestè vixerint, illis relictum, quasi sola impudicæ vitæ conversatione conditio defecta censetur, quanvis corpore non peccent, vt respõdit Bald. cons. 207. Quia dicta domina Pagonissa, vol. 4. quem sequitur Covar. de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 6. nu. 3. in fin. & cum alijs, quos refert, tradit Mantic. de conject. ultimar. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 34. & plures ejuldem sententiæ Authores citat Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disputat. 91. numer. 38. 2. tom. quam tamen in nu. 40. temperat, ac admittit, & bene, cù Ludovic. Lop. ab eo citato 1. part. instruct. c. 293. col. 13. quando mulier pluries in honesta vitæ conversationem admiserit, ita vt arbitrio boni viri pro impudica, & inhonestè vivente reputetur. Cujus sententiæ argumento, in quæstione nostra probandum videtur, talem viduam viduarũ privilegij frui non debere, illa enim quæ pro mala vitæ consuetudine non implet conditionem, si honestè vixerit, etsi stuprum non patiat, non pertinet ad leges de honestis viduis loquentes. Quod quidem intrepide est tenendum vbi lex de vidua honestè vivente expressè loquitur, vt aliud agens observavi in relect. mea l. Titia, si non nupsit 3. part. num. 8. ff. de condition. & demonstrat. ad interpretatorem legis nostræ Regia lib. 5. tit. 23. §. final. & §. item lex Julia §. sed eadem, instit. de pub. jud.

5 Ubi verò lex in vidua simpliciter loquitur, dubitatio maior est, an illa de qua agimus, indultum viduis privilegium sibi arrogat quasi verbis legis comprehensa, quia vidua est. Sed responderi illi potest cum Apostol. d. cap. 5. quod verè vidua non est, & ideo viduarum privilegij honoranda non est; imò secundum eundem ibid. quæ sic in delicijs est, vivens mortua est; si ergo mortua est, legum auxilio frui non debet, quæ, cum viduas honorant specialibus indultis, tametsi honestatis qualitas non addatur, de illis utique intelligunt, quæ vivæ sunt, & quæ verè viduæ sunt. Deinde sunt qui putent, mulierem illam, de qua dicitur in Evangel. Luc. 7. quod erat in civitate peccatrix (quam, Mariam Magdalenam fuisse Lazari sororem, censet Ecclesia) non idè peccatricem appellari, quod prostituto corpore peccasset, sed quia impudicam aliàs vitæ conversationem habuit, & sermone sectabatur ad idquè optimo moventur fundamentum non enim, par est credere, faminam nebulam, & locupletem, Lazari què, ac Mariam pudicæ virginis & sanctæ sororem, sic corpore suum vulgasse, vt peccatricis publicæ, seu meretricis nomine, vulgò nosceretur; sed par est credere, nomen illud, peccatricis, in qua, non in civitate adeptam fuisse, propter impudicam

vita  
carna  
pudic  
li coin  
notam  
Juvat.  
mix  
& in  
verb  
vidua  
beat si  
minare  
6  
et, qu  
propte  
il reli  
Salyc.  
fueron  
Palat.  
§. 67. n  
stuprum  
hærede  
stuprav  
Cod. de  
vientes  
lin. de p  
grin. de  
quam, c  
defunct  
extend  
fitori cu  
ver; hæ  
tab conc  
iuxta su  
ditione i  
stupro v  
legatum.  
7 D  
secundo  
habent i  
Bart. no  
reoc and  
decus vic  
05. incip  
67. nu.  
vers. C  
debet lux  
et quanv  
annet, f  
c final.  
entibus f  
scent, vi  
ter i pa  
& Clar. d  
5. ver si  
aribus m  
mon. d.  
ec de ill



vita conversationem absque commixtione carnali. Iuxta quem sensum, mulier quæ impudicè vivit seu in honestè, tametsi à carnali coitu corpus servet, eandem turpitudinis notam incurrit, quam illa, quæ non servat. Iuvat, quod & sine contractu corporalis immixtionis dici potest vita luxuriola, indecens, & in honesta, ut tradit Gregor. in l. 5. tit. 7. p. 6. *verb. En pueria, in fin.* Adque ita videtur, quod vidua talis, viduarum privilegij frui, non debeat sicut non frueretur, si carnaliter contaminaretur.

6 E diverso verò, pro contraria parte facit, quia quod communiter traditur, viduam propter stuprum amittere legatum à marito illi relictum, tanquam indignam, ut tradit Salyc. in l. fideicommissum, numer. final. C. de fideicommiss. ubi notandum dicit, & quotidianum Palat. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 4. & 5. Tiraq. d. c. 18. n. 14. Clar. in §. stuprum nu. 6. *versicul.* Et ideo; & idem est de hærede, aut legatario, qui testatoris viduam stupravit, juxta gloss. in l. sororem, & ibi Bart. Cod. de his quib. ut indign. & communiter scribentes ibi, & in d. l. fideicommissum, ut per Molin. de primogen. libr. 1. cap. 9. num. 47. Peregrin. de jur. fisc. lib. 2. tit. 8. num. 2. Hæc inquam, cõmunis traditio in illam est, quæ viri defuncti torum stupro violavit, & non videtur extendenda ad eam, quæ torum servat, tametsi tori custodem, qui est honestas, non observet; hæc enim tunc demum relicta perdit, cū sub conditione, si honestè vixerit, relicta sunt, juxta supra citatos; è quorum mente est ut cõditione illa non adjecta, per in honestã absque stupro vitæ conversationem non perdatur legatum.

7 Deinde facit, quia pœnales leges contra secundo nubentes intra annum luctus, locum habent in viduis luxuriosè viventibus, ut post Bart. notat Salyc. per text. ibi l. his solis C. de revocand. donat. Dec. in l. 1. numer. 3. *versic.* Secus videtur C. de secund. nupt. Craver. conf. 105. incip. pernoctatio, num. 27. Palat. Ruu. d. §. 67. nu. 3. Barbol. in l. 2. in princ. 1. pars. n. 66. *versic.* *Quavis illud ff. solui matrim.* quia non debet luxuria plus habere, quam castitas; & quavis leges quod ad secundo nubentes pertinet, sublatae hodie sint à jure canonico c. final. de secund. nupt. tamen in committentibus stuprum locum etiam hodie sibi vendicant, ut ex communi tradit Cost. in cap. si inter 1 part. verb. legavit, n. 24. de testament. lib. 1. Clar. d. §. stuprum, num. 6. Cabed. decis. 50. §. 5. *versicul.* Sed hac argumentatio, 2. part. & scribitur more suo diligenter citatis Sanch. de matrim. d. lib. 7. disputat. 90. num. 1. porro, si de illa etiam intelligatur, quæ stuprum

non passa in honestè vivit, lata nimis pœnalis legis extensio induci videretur, contra vulgo receptas traditiones.

8 Resolvendo tamen quæstionem propositam dico, viduitatis privilegia non solum viduali stupro realiter commisso amitti, sed etiam impudica vitæ cõversatione absque stupro, per ea quæ sup. pro hac parte dicta sunt, & quia non debet frui auxilio legum, quæ viduitatè ipsam, cui leges favere intèdunt, & cujus privilegio uti illa contendit, impudicè vivèdo cõtemnit, & de honestat, l. auxilium ff. de minorib. in fin.

9 Et non absint in contrarium adducta; ad primum enim respondetur, diversam esse causam legati à marito vxori relictæ, & eorum quæ viduæ competunt ex legis dispositione; potuit enim maritus adjicere legato conditionem, si honestè vixerit, quam cum non adjecit purè legando, non est unde subintelligatur; & si dicatur, quod etiam cõditione non addita amittitur legatum propter stuprum; respondeo, amitti quidè, sed non quasi defecta conditione, quæ non erat; si enim quasi conditione defecta vidua stuprum passa perderet legatum à marito illi simpliciter relictum, ad hæredem pertineret, ad quem non pertinet, sed fisco applicatur tanquam ab indigna ablatum, juxta regulam quam notat gloss. per text. ibi, in l. Claudius, verb. ad fiscum ff. de his quib. ut indign. Quod tamen intelligitur, quando vidua stuprum committit post annum luctus, tunc enim fisco applicatur relictum; aliàs si intra annum committat, pertinet ad hæredes, & personas enumeratas in l. 1. Cod. de secund. nupt. ubi ita declarat Ioan. de Garronib. num. 72. & de communi testatur numer. sequenti, & ante eum Corn. in l. fideicommissum Cod. de fideicommiss. quos refert, & sequitur Peregrin. de jur. fisc. lib. 2. tit. 8. num. 5. Farinac. in practi criminal. 4. tom. tit. de delict. carn. quest. 142. num. 56. Ex quo obiter notanda est differentia inter legatum vxori purè relictum, & relictum sub conditione, si honestè, aut castè vixerit; utruque enim vxoris stupro semper amittitur; sed primum tanquam ab indigna aufertur, & fisco applicatur, stupro commissio post annum luctus, secūdem, quia conditione legatum esse apparet, defecta quacumque conditione ad hæredes pertinet, si substituti non adsint. At verò in legis dispositione, tametsi honestatis qualitas in illa non exprimat, subintelligitur ex ipsa legis natura, quæ est, ut honesta sit *cap. erit autem lex 4. dist.* Ad secundum respondetur, pœnales leges, natura sua strictam recipere interpretationem, idcirco quæ pœnæ causa statuunt in viduas luxuriosè viventes, non sunt



sunt extendenda ad eas quæ in honestè vivunt castè viventes, favores verò quanvis ampliari conveniat, regul. odia, de reg. jur. libr. 6. in illis ampliari, nec intelligi debent, quæ, etsi verba legis amplectantur, ejus tamen mentem negligunt; idcirco, quanvis lex favorabilis in vidua simpliciter loquatur, de illa non est intelligenda, quæ, etsi, vidua sit, idest, ejus maritus mortuus est, *cap. vidua est, dist. 34.* suam tamen non probat viduitatem, dum eam in se approbat vitæ consuetudinem quæ viduas non decet.

10 Hæc autem resolutio accipienda sic est, ut non per omne tempus ex quo mulier facta est vidua, honestè vixisse, requiratur; nam, & ea quæ aliquando in honestè vixit, legis beneficio fruatur in ijs quæ postea contingunt, si, per id tempus viduali statu vitam dignam agere, constiterit; verè enim honesta vidua tunc esse apparet, cum honestarum viduarum privilegium implorat; atque ita à legis auxilio non est repellenda, quam verba legis comprehendunt, nec amovet ratio; præfertim, quia favorabilis lex est, quæ viduis honestis favet, & favores convenit ampliari. Mutatam verò in melius in honestam vitæ consuetudinem in illa dicemus, quæ post eam de relictam per triennium honesta perseveraverit, *ut sup. tradidimus precedente articul. per tex. cum notat per eum in Auth. de monach. §. facimus collat. 1.*

11 Alia causa est ejus quæ stuprum realiter, vel semel commisit, tametsi in posterum errati penitens castè, & honestè vivat; hæc enim eo ipso quo prædefuncti mariti torum violavit, privilegia amittit quæ illi ex viri persona, & nobilitate competebant; si enim secundas nuptias contrahendo, quibus sua non de est castitas, ea perdit, nec vidua deinde iterum facta recuperat quæ semel perdidit, multò magis perdere in perpetuum debet, stuprum committendo, quo multo magis quam reiteratis nuptijs defunctum virum offendit, & ejus animam contristat, ut inquit *Doct. per text. in Auth. de nupt. §. quæ verò, collat. 4. Salyc. d. l. fideicommissum, in fin. C. de fideicommiss. Palat. in repetit. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 82. num. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 9. nu. 54.* atque ideo acerbum esset, & incivile, ut còmodo nobilitatis, & privilegio ex persona illius còpetente fruatur, cui tã gravè irrogavit injuriam.

12 Ex quo, non solum relictæ in testamento, sed & in vita donata, & lucra alia intuito mariti constante matrimonio acquisita, eam stupro perdere, tradunt còmuniter Scribent. Et pænas statutas secundò nubentibus, vnicò tantum stupro viduam incurrere, alijs

citatis, & ex mente communis latè probat *Sánchez d. lib. 7. de matrimon. disputat. 90. num. 2. & 13.* Et quid in legato relicto sub conditione castè, & honestè vivendi, agit *idem Auth. disput. sequenti ex num. 31.* Et adhuc circà doctem controversia est, an eam amittat, ut amitteret, si constante matrimonio adulterium committeret, quæ fuit opinio *Paul. in l. sororem C. de his quib. ut indign. & in l. fideicommissum num. 4. C. de fideicommiss. latius conf. 147. Revocatur in dubium, vol. 2.* ubi inquit, quòd per viduæ stuprum violatur matrimonium fictum quòd durante viduitate esse intelligitur, quæ sententiam sequuntur multi quos refert *Surd. de aliment. titul. 7. quest. 24. numer. 10.* còmunem dicunt citati à *Farin. in pract. criminal. 4. tom. titul. de delict. carn. quest. 142. num. 46.* ubi pro hac sententia plurimos refert.

Sed contraria cum *Alex. d. l. sororem nu. 2.* receptior est, ut constat ex citatis ab eodem *Farinac. num. sequenti.* Quam etiam in casu quo vidua infra annum luctus stuprum commisit, post alios quos referunt, sequuntur *Pinel. in l. final. nu. 11. C. de bon. matern. Cost. in c. pater 1. part. verb. legavit, nu. 41. & sequenti, de testament. lib. 6. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 11. & sequenti,* ubi non semel iudicatum fuisse, testatur, & hoc in nova operis editione, ubi à contraria sententia discedit, quam tenuit in priori editione, secundum quam, à *Pinel, & Cost. pro contraria citatis eandem tenet Clar. d. §. stuprum, numer. 5. & pluribus citatis probat Molin. d. lib. 1. c. 9. nu. 55. versicul. Sed quamvis,* ubi opinionem hanc veriore sibi semper visam fuisse, ait, & alibi due in practica receptam vidisse, *Barbol. in 2. in princ. 1. part. nu. 65. & sequenti ff. solut. matrimon. Cabed. decis. 50. num. penult. & ultim. 2. part. Sanch. d. disput. 90. num. 9.* Cum quibus in hoc convenio, quia dos mulieris a marito non proficiscitur, sed à muliere ipsa, aut à alio ejus nomine, & intuitu; unde propter stuprum post mortem mariti commissum non debet illa privari, quia nulla est lex quæ hoc statuat in casu isto, & *l. consensu §. virum etiam C. de nupt. quæ loquitur in casu veri adulterij non debet ad eum extendi, tum quia pænalis lex est; tum & maxime, quia dispar est ratio adulterij constante matrimonio commisi, quæ maior viro injuria infertur, quam viduæ vxoris stupro. ut re ipsa pater, & pro sententia observat Cravet. conf. 205. Pernoctatio, num. 2.* ubi eam contra *Paul. latè, & ex professo tunc & pluribus confirmat. Quinimò, etsi vidua donec nubat, in primo matrimonio permansere dicatur, ut notant *Doct. per text. in l. final. C. de bon. matern. quo suam sententiam Paul. astruit, tamen id per fictionem est.**



cundum eundem d. conf. 147. quia secundum veritatem, quam *Predicator* veritatis affirmat 1. ad corinth. 7. mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit, quod si dormierit vir ejus, liberata est; at in pœnalibus dispositio loquens in calu verò, non extenditur ad fictum 1. 3. §. hac verba ff. de negot. gest. in terminis Cravett. d. conf. 205. num. 33. Et denique, viduali stupro vera viro prædefuncto non inferitur injuria, quæ in mortuos non cadit, sed ficta, vt dicit Bald. d. l. sororem, versicul. Ex hoc etiam, sic accipiens quod cõmuniter traditur per text. ibi, mortuis injuriam inferri posse, quem sequitur Alex. ibid. d. numer. 3.

13 Quæ ratione in lucris mulieri obvenitibus ex dotalibus pactis, vel ex legali apud nos bonorum cõmunicatione idem erit dicendum, vt ea propter stuprum vidua non amittat, iametsi pristini matrimonij causa, & mariti industria, aut ex bonis illius fuissent acquisita; non enim ideo magis à marito censentur accepta, sed oneroso potius ipsius contractus matrimonialis titulo, & legis providentia; & ita circa eam quæ transit ad secundas nuptias vt non perdat lucra ista quæ legis beneficio obvenerunt, nec quoad proprietatem filijs prioris matrimonij applicandam, limitata decisione text. in l. famina C. de secund. nupt. probat Palat. in rubr. d. §. 67 nu. 17. versicul. Ex quo inferitur, per text. quem dicit notabiliter, & ibi Bald. in l. final. in fin. C. de bon. matern. Barbof. d. 1. part. 1. 2. in princ. numer. 67. ad fin. & sequenti.

14 Nec obstat, nobilitatis privilegia quæ viduæ competunt ex mariti persona, a marito non accipi, sed legis beneficio mulieri obvenire, adeò, vt & invito & renitente marito, quia forte odio illius ita ultimo elogio præcepisset, illa viduæ comderant, & tamen stupro omnia amittit, vt tradidimus; etenim differentie ratio stat in eo, quia privilegia personæ mariti inhaerent, & ab ea in vxorem transmittunt tanquam in personam eandem, juxta illud, *Erunt duo in carne una*, Genes. 2. quæ personarum vnio in viduitate manet, quandiu pristinum permanet matrimonium, iametsi fictè id eveniat, vt tradidimus; illam verò mulier dissolvit, & prodit, cum propriam personam alteri tradit; & ideo, quia vnio soluta transmissi privilegij causa resoluta manet, in persona mulieris illud persistere nõ potuit, in qua radicatum non erat, sed in persona illius quam abnegavit; quæ ratio planè cessat in lucrorum acquisitione, illa enim ad mulierem pertinet, ex jure, non quidem à mariti persona pendente, sed in propria mulieris personam radicato, & permanente.

15 Quæ ratione, ampliando addo, vt non solum ea quæ ad mulierem pertinent oneroso titulo constante matrimonio acquisita non amittat propter stuprum, sed nec illa etiam quæ à marito quoquo modo illi obvenerunt, exceptis vltima voluntate relictis; hæc enim quasi ab indigna auferuntur, & fisco applicantur, juxta commune Doctõrum placitum de quo sup. quod, ne legis pœnalis extensio inducatur, in alijs quæ inter vivos modo aliquo legitime quærentur, non erit accipiendum; quanvis contrarium probet, & commune tradat ex relatis ab eo Farinac. d. q. 142. nu. 54. quod non puto verum ex ratione prædicta; tum etiam quia qui testamento vxori suæ relinquit, viduitati illius prospicere intendit, quæ quæ se præbet indigna, & indigna relicto in causam illius merito iudicatur; quæ ratio cessat in donationibus factis constante matrimonio, casu quo sustinentur. Militat verò in relictis vltima voluntate etiam si stuprum vltra luctus annum committatur; atque ita generaliter est accipienda in hoc communis sententia de qua sup. quanvis Cost. d. verb. legavit, an. 35. cum seq. latè contendat, viduam cõmittentem stuprum post annum luctus, non perdere legatum à marito relictum, quem alijs citatis sequitur. Barbof. d. l. 2. in princip. 1. part. n. 67. Cabed. d. decis. 50. n. fin. 2. part. Sanch. d. lib. 7. de matrim. dispuz. 90. num. 5. communem sententiam accipientes in stupro commissio intra annum luctus; quod non placet, quia ratio illa illatæ marito injuriæ vxoris stupro, etiam post annu militat; & quia stuprator viduæ legatum amittit, juxta communem quam sup. tradidimus cum glossa in l. sororem C. de his quib. vt indign. & in l. fideicommissum C. de fideicommiss. puto verò, quod in illo nemo distinguet, an testatoris viduam intra annum, vel post annu stupraverit; igitur, & in vidua ipsa communis opinio indistinctè accipienda æquè erit; quam in vidua post annum luctus fornicante probavit expressè Surd. de aliment. titul. 7. quest. 24. num. 11. in fin. cum sequentibus. vbi Salyc. Paul. & alios refert, communem sententiam ita indistinctè intelligentes, post eos Farinac. d. quest. 142. n. 56. vbi alios citat.

Constat, itaque, ex supradictis, nobilitatis privilegia, & alia quæ viduæ competunt ex persona mariti, primo stupro eam in perpetuum amittere; dotem verò, & lucra constante matrimonij causa acquisita, & etiam à viro ipso profecta, nec luxuriosè vivendo eam perdere.

16 Si tamen ex matrimonio illo liberos habeat, proprietates bonorum quæ illi à marito obvenerunt, ad illos pertinebit, argumẽto ejus quod in muliere secundas nuptias contrahente



te traditur in *l. femina C. de secund. nupt.* & ita esse communem sententiam ferè omniū, scripsit Sanchez *d. lib. 7. disput. 90. num. 13. ubi, & in num. sequenti* agit de masculo viduo luxuriosè vivente, contrarias in eo referens opiniones; ille verò nedum in viduo, in quo cum illo convenio, sed in vidua etiam contrariam sententiam magis probat secutus Gom. *l. 15. Taur. num. 16.* ubi loquitur in specie casus sequentis, qui ad eandem pertinent rationem, ac juris decisionem. Sed in illa communis sententia tenenda intrepide est; nam ratio illa suspecti amoris erga filios prioris matrimonij, quam in fœmina contrahente secundum adducit vir doctissimus *d. num. 14.* considerans, eam non ita vigere in matre fornicante, non pertinet ad casum reservandæ proprietatis bonorum filijs prioris matrimonij in casu *d. l. femina*, cujus decisio procedit favore filiorum prioris matrimonij quibus illa bonorum proprietates reservatur matre ad secundas nuptias convolante. Et hæc ratio, in illa de qua agimus, æque, aut magis militat.

17 Quo item argumento, mulier quæ successit vni ex filijs in bonis illi à patre prædefuncto relictis, & luxuriosè vivit, proprietatem eorum tenebitur reservare ejus tori liberis; qui est casus de quo loquitur Gom. *d. l. 15. Taur. numer. 16.* contrarium in illo probans: sed tenendum est vt in præcedente, nempe, vt teneatur reservare proprietatem bonorum in quibus successit, quæ filio prædefuncto à patre obvenerunt, alijs liberis ejusdem matrimonij, sicut tenetur illa quæ ad secundas nuptias transvolavit, ne plus habeat luxuria quam castitas; vt in casu isto tradidit additio Palat. *in repetit. rubr. d. §. 67. num. 17. versicul. Ista faciunt;* notandum verò est, quòd loquitur ibi in vidua quæ, postquam filio successit, luxuriosè vivit; sed argumentum secundò nubentis etiam illam comprehendit quæ post luxuriosam vitam filio succedit; nam, & quæ post secundas nuptias contractas vni ex filijs succedit, alijs ex eodem matrimonio susceptis proprietatem servare tenetur *d. l. femina, versic. Illud etiam, Auth. ex testamento. eod. titul. apud nos ord. lib. 4. titul. 91. §. 2.* de cujus ratione, & interpretatione latè egimus in *relect. l. Titie 3. part. ex numer. 62. ff. de condition. & demonstrat.*

18 Atquè ita, vidua propter stuprum, atque etiam propter luxuriosam vitam non amittit jus succedendi in bonis filiorum præterquam in proprietate eorum quæ illis à parente defuncto obvenerunt, cum alij supersunt ejusdem tori liberi, vt in illa quæ

secundas iniit nuptias traditum est; cui illa in filiorum successione æquiparatur, vt diximus.

19 Sicut & in amissionem tutelæ filiorum, quam vidua impudica perdit, vt illa quæ secundo nubit, vt probat *tex. in l. final. ibi; Sed pudicitiam suam intactam conseruet. C. qu. ind. mulier. tutel. offic. fung. pot. tradunt gloss. Barr. & alij in Auth. sacramentum eod. titul. Palat. d. §. 67. num. 14. Tiraq. de nobilit. cap. 18. n. 14. & alijs citatis Molin. de primogen. libr. 1. cap. 9. num. 49. alter Molin. de justit. & jur. tom. 1. tract. 2. disput. 220. col. 1358. & pluribus citatis communem tradit Ioan. Gutier. tract. de tutel. & cur. 1. part. cap. 9. nu. 19.*

20 Vnde, quemadmodum illa quæ post susceptam filiorum tutelam ad secundas nuptias convolat ante petitum illis tutorem, amittit jus succedendi eis in pupillari ætate defunctis, *l. omnes C. ad senat. consul. Tertile.* ita etiam quæ luxuriosè vivit, eandem in casu isto pœnam pati, tradidit Paul. *d. l. omnem, num. 2.* quem, & alios refert, & sequitur Molin. *d. cap. 9. num. 5.* Quæ tamen opinio in casu isto mihi non placet, quia diversa in illo ratio est, quæ contrarium omnino dicere, suadet, aut etiam compellit; illa enim quæ ad secundas aspirat nuptias, in culpa est, si ante illas contractas tutorem impuberibus suis ordinari, non curat, reddita susceptæ tutelæ ratione, futuri conjugij causa coram iudice proposita, quam proponere, turpe non est, nec in verecundum illi, quæ ad conjugium palam proferat; at verò quæ luxuriosam vitam agere instituit, causam hanc demittendæ filiorum tutelæ, coram iudice proponere, fas non est, nec honestum, imò turpe nimis, & indignum id esset; atque ita, etli male agat illa, tale vitæ genus instituendo, in culpatamen non est, si in hunc eventum tutorem filijs provideri non curat; non ergo ex hoc quod filijs tutorem non petat, pœnam pati debet, quam patitur illa, quæ illo non petito ad secundas venit nuptias, quæ è contrario, in hoc quod secundo jungitur matrimonio, male non agit, sed male agit, quia filijs tutorem dari non curavit; idcirco punitur in iure succedendi ipsis impuberibus. Atque ita diversa est ratio inter hanc, & illam respectu successione. Sed quod ad tutelæ jus attinet, amissionis illius ratio etiam eam comprehendit quæ peccat in corpus suum.

21 Quam tamen penam vt mulier subeat non satis erit, semel illam, aut iterum in corpus suam peccasse, sed pluries, ita vt luxuriosæ notam incurrat; alia enim causa est eorum quæ illi competunt ex persona mariti, quæ solo primo concubitu amittuntur propter gra-



gravem in hoc illi offensam illatam, ut tradidimus, alia eorum quæ non competunt propter mariti personam, sed ex sola ac nuda legis dispositione, ut est filiorum tutela, ut in d. titul. quando. mulier tutel. offic. fung. pot. ista enim quæ à marito non accepit, non ita facile amittit; differunt enim hæc, mulierem in corpus suum semel, aut iterum deliquisse, & luxuriosè vivere, ut latè probat Cost. d. cap. si pater. 1. part. verb. legavit, numer. 41. *quavis* Sanch. d. disput. 90. numer. 15. ubi de articulo isto, agit, referens sigillatim Doctores qui dicunt, viduam fornicantem, filiorum tutelam amittere, & qui dicunt, luxuriosè viventem amittere, sentiat, omnium esse mentem, ut unico stupri actu amittatur, communem sic intelligens, quod non placet. Nec obstabit, si dicatur, quod eo ipso quod ad secundas convolat nuptias desinit esse filiorum tutrix, ex quo videbatur idem fore dicendum, eo ipso quod cum aliquo illicitè concubuit, ne plus habeat luxuria, quam castitas; nam diversa est ratio, quæ pendet ab eo, quia contractis nuptijs in viri potestatem transit, & ideo, quæ in alterius est potestate, sub sua liberòs tutori nomine habere, non decet; deinde, nuptiæ in tractum successivum contrahuntur, quo filiorum cura impediretur, aut non idoneè expediretur; præsertim, quia novi mariti amor suspectam illis efficit matrem *l. lex qua tutores, versic. Lex enim C. de administ. tutor.* hæc verò, & prior ratio cessat in illa quæ stuprum semel aut iterum passa est; quare, non ex hoc quod sexus fragilitati tribui debet, filiorum tutela amittetur, sed propter luxuriosam vitam, quam quæ feceratur, de liberis non curare, pro certo est, cum nec de se ipsa curet, cui potius ut prodigæ dandas est curator *l. & mulieri, juncta interpretatione gloss. ibi in prima expositione, commaniter recepta ff. de curator. furios. dand. post alios tradit Gutier. de tutel. 1. part. d. cap. 9. numer. 22. de ejus leg. intellectu egimus in commentar. l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. 1. part. §. 2.*

22 Dubitari verò potest, an eo ipso quod tam turpem vitæ consuetudinem mulier e-legit, filiorum tutelam amittat absque aliquo judicis decreto, ita ut gesta deinceps per eam tutorio nomine non valeant. In qua quæstione, pars negativa, nempe, quod etsi luxuriosè vivat, non desinat esse tutrix donec per judicem à tutelæ munere expellatur, suadetur ex communi sententia quam in notorio prodigo probant Bart. & alij in *l. is cui bonis ff. de verbor. obligation.* tradentes, prodigum etiam qui notoriè hoc vitio laboret, antequàm illi bonis per judicem interdictum sit, rei suæ

administrationem liberam habere; quo argumento, in muliere corporis sui prodiga etiam publicè, dicendum videtur, ut, quandiu tutelæ filiorum munus illi à judice non sit ademptum, eo uti possit. In contrarium verò facit, quod mulier secundò nubens, ipso jure filiorum tutelam amittit, ut tradit Bart. in d. *Auth. sacramentum, C. quand. mulier. tutel. offic. fung. pot. num. 2. versic.* Ideo mihi videtur, & est communis, secundum Gutier. d. tract. 1. part. cap. 8. numer. 84. & 88. & 89: quam multis comprobatur, & citra dubium tenendam esse, scripsit Sanc. de matrimon. d. libr. 7. disput. 88. numer. 10. Et non debet illa quæ turpiter vivit, melioris conditionis esse, quam ista; quæ secundò nubendo non ita filios inhorat, nec eorum curam ita negligit, ut turpiter vivens; & ita in luxuriosè vivente probant citati à Sanch. d. libr. 7. disput. 90. numer. 15. versic. *Et videntur;* licet ipse in num. sequenti, magis probeat contrarium. Et ad communem sententiam circa prodigum manifestum, estò quod vera sit, nec enim de sunt qui contradicant, de quo fusè scripsimus in commentar. l. ex hoc jure ff. de justit. & jur. 2. part. cap. 6. responderi potest, facilius evenire, ut quis propter vitium, alienæ rei administrationem amittat, quàm administrationem rei suæ, ut videre est in patre cui propter luxuriosam vitam bonis proprijs non interdicitur, nec datur curator, secundum communem sententiam, & tamen eam ob causam administratio bonorum filij illi denegatur *l. final. §. minores, versicul. Nam si patria C. de sentent. pass.* ubi notant scribentes, & sic intelligit Gom. l. 14. Taur. numer. 14. versic. *Nec obstat,* Gutier. de tutel. d. 1. part. numer. 25.

23 Dubitari etiam potest, an, si mulier post vitam malè perditam, ad meliorem honestamque resipiscat, filiorum tutelam recuperat. Hæc quæstio in vidua quæ ad secundas nuptias transivit, quibus postea viduata ad filiorum tutelam redire contendit, apud nos contra eam decisa est per *leg. Regni ord. libr. 4. titul. 102. §. 4.* sed de jure communi frequens, & controversa est; in qua duæ principales reperiuntur opiniones, una *Specul. titul. de tutor. §. nunc videndum, numer. 7. versic. Quid si mater,* ubi post utriusque patris fundamenta adducta, resoluit dicens, quod si res invenitur integra, quia pueri alium tutorem non habent, admittenda est mater, secus si habent alium legitimum, vel habere possunt. Secunda opinio fuit Petr & Cyn. in *Auth. matri, & avia, quest. ultim. in fin. C. quand. mul.* qui absolutè negant recuperationem tutelæ, quia, inquiunt, adhuc durat



durat suspitionis causa propter sobolem forte ex posteriori viro susceptam, & potest in crastinum ad alia vota convolare, & sic est præsumptio *regul. semel. de regul. jur. libr. 6.* Quidam verò priori, alij posteriori adherent sententiæ, quos referunt *Boer. decis. 266. nu. 4. Gutierr. d. cap. 9. num. 26. ord. nostrad. §. 4.* posteriorem amplexa est. Sed *Salyc. in d. Auth. sacramentum C. quand. mulier. tut. offic. num. 5. versicul.* Restat ergo, primam ita accipit, & declarat, ut secundæ non adverteretur, sed eam limitet; nempe, ut binuba iterum facta vidua filiorum primi matrimonij tutelam recuperare non possit, secundum *Petr. & Cyn.* præterquam in subsidium, cum alius idoneus non invenitur tutor, legitimus, aut dativus, quod raro eveniet, secundum *Specul. quem sic intelligit Salyc. & ita declarando, concludit, utramque opinionem veram esse, sequitur Boer. d. decis. 266. num. 6. versic. Quare alio modo, Gutierr. d. cap. 9. nu. 26. versic. Quid ergo tenendum.* Iuxta quam sententiam, in quæstione nostra multo magis erit affirmandum, mulierem quæ post vitam luxuriosè transactam ad castam, & honestam reversa est, filiorum tutelam non posse reassumere, nisi in subsidium, cum, scilicet, alius idoneus tutor non invenitur, legitimus, aut dativus, quod raro eveniet.

24. Cæterum ego circa binubam in diversa sum sententia, communi jure attento, existimo enim, illam iterum viduatam, ad filiorum primi matrimonij tutelam debere admitti, si res est integra; rem autem non integram intelligo, si filij sub tutore alio idoneo sunt, si enim nullum habent, quanvis legitimus adsit quo eis provideri possit, præferendam matrem puto non obstante præteritarum nuptiarum impedimento, quod tunc cessare apparet; & suspitionis causa extincta est, quæ, maritum supertitem filiorum viticium concernebat, *l. lex. que tutores, versicul. Lex enim C. de administrat. tutor. per quem text. dixit Bart. in Auth. matri, & aviannum. 11. C. quand. mulier. tutel. offic.* quod mulier quæ habet secundum virum est suspecta legi, quia lex præsumit, quod excuriabit filios pro viro; quam legis suspitionem, manifestam juris præsumptionem esse, dicit *Gutierr. d. tract. 1. part. cap. 8. numer. 89.* ista verò suspicio non afficit matrem propter liberos ex secundo marito susceptos, quos nulla ratio suadet, ut prioris tori liberis in amore communis matris præferamus saltem ita, ut quæ ad hos pertinent, illis subtrahat aliorum intuitu, & favore ad quos non pertinent. Denique, quod potest in crastinum, ut illi ajunt, ad alia vota convolare, non est

in causa, ac consideratione, ut dum in casta viduitate est, ad filiorum tutelam non admittatur, sicut admittitur primi tori vidua, & etiam secundi ad tutelam filiorum ejusdem conjugij, de quo non est controversia; & tamen eadem ratio illam comprehendit respectu istorum, quæ adducitur respectu illorum, quanto magis, quod experientia constat, mulieres raro ad tertia connubia venire, ipso saltem fæminarum proprio, ac communi pudore ab his illas cohibente. Quod verò absque controversia esse dicimus in vidua secundi tori respectu filiorum ejusdem tori, *ord. nostrad. non ita probat, quæ potius d. lib. 4. tit. 102. §. 3. in princip.* & hanc à tutela illorum repellit, & quoad hoc parem facit illi, qui in honestè vivit, ut ostenditur ibi, *Que viverem honestamente, & namforem ja outra vez casadas.*

25. Quanvis verò supra dicta ita probem in bis vidua, non tamen probo in illa de qua est quæstio nostra principalis, quia aliquid plus castitati, quam luxuriæ est dandum, & quia non tam culpanda est, quæ ad secunda vota migravit, quam quæ turpissimo vitæ genere prima denigravit; & denique, ratio illa quæ contra binubam affertur, quod in crastinum ad vota alia convolare poterit, magis militat in ista; sub cujus tutela periculiosior idcirco liberorum cura est, & administratio tam quoad bona, quam, & multò magis, quoad personam, cum dedecore eorum, quæ sub tutela illius. Concludo, itaque, *Petr. & Cyn.* sententiam contra secundi tori viduam in hac tenendam fore, juncta tamen *Specul. limitatione declarata secundum Salyc. ubi sup.* non verò in illa, cui potius filiorum tutela redintegrandam erit, præterquam si viduitatis tempore sub idoneo tutore illi reperiantur.

26. Ex supradictis apparet, filiorum tutelam facilius amitti licito matris coitu, quam illicito; nam mater cum primum ad secunda vota transit, & à viro est cognita, secundum quorundam sententiam, vel etiam si cognita non sit, secundum alios, quos sequitur *Sanc. de matrimon. d. lib. 7. disput. 88. numer. 6. de quo latè Hispanus Gutierr. d. tract. de tutel. 1. part. cap. 9. a num. 4. cum sequentib.* statim & ipso jure desinit esse filiorum tutrix; at verò vidua vno aut alio stupro tutelam non amittit, sed luxuriosa vita, ut sup. tradidimus ratione differentia. Per contrarium verò, quæ justò, & licito coitu amissa fuerat, facilius recuratur amissionis causa cessante, quam quæ illicito, & injusto fuit amissa, ut ad utramque speciem probavimus. Apparet itè, non semper, quæ de secundo nubentibus scri-



pta sunt, in viduis luxuriosè viventibus locū habere, quanvis communiter ita tradatur, sed diversum aliquando inter hanc, & illam jus dicere, oportebit, quando diversitas rationis, quæ in omni morali disciplina attendi ante omnia debet, ita exigat. Denique, apparet, quædam esse, quæ vidua etsi castè vivat, nec vllum stuprum passa sit, inhonesta tamen vitæ consuetudine amittit, quædam quæ stuprum semel passa amittit, quædam quæ luxuriosè vivendo, quædam quæ nec sic perditè vivendo perdit.

27 Ad priorem verò speciem, vltra supra dicta, filiorum quoque tutela pertinet, quæ mulieri in honestè viventi decernenda non est, *ex ord. nostrad. lib. 4. titul. 102. §. 3. in princ. cum traditis per Sanc. d. lib. 7. disput. 90. num. 15 versicul. Imo, & per solos*, vbi ex citatis ab eo tradit, per solos tactus in honestos tutelam perdi, eo quod non servetur intacta pudicitia. Notanda verò est *lex Regia nostra d. §. 3.* quæ non loquitur in tutela suscepta, sed in suscipienda, ad quam matrem in honestè viventem non admittit; at verò luxuriosè vivens etiam susceptam amittit, juxta communem de qua sup. Quam communem ad illam quæ moribus, & habitu vidualem non servat honestatem castè tamen vivens, non extenderem; tum quia quandiu casto corpore vivit, opprobrio hoc turpium mulierum, quod ipsos etiam liberos graviter afficeret, de facili notari non debet; tum quia tutela non dum obtenta facilius denegatur, quam amittatur jam obtenta, vt in sponsata tradidit *Specul. titul. de tutore §. Nunc dicendum, num. 3. & 4.* quem alij sequuntur quos refert & legitur *Sanc. d. lib. 7. disp. 88. num. 5. per regul. l. 1. §. secundo loco, versicul. Sed melius est ff. de postul. secundum quam, facilius accepta retinentur, quam impetrentur non dum accepta.* Iuxta quam resolutionem accipienda est *ord. nostra titul. 102 §. 3. in princ.* quæ mulierem in honestè viventem ad filiorum tutelam non admittit; si enim in honestæ appellatione, de qua ibi, luxuriosa simul non intelligitur, non est *lex Regia* extendenda ad casum susceptæ jam tutelæ; vt ab ea mulier in honestè postea vivens repellatur, sed demum in casu nondum impetratæ tutelæ, in quo illa loquitur, est accipienda; si vero in honestæ nomine luxuriosa etiam ibi intelligitur, nam, & huic propriè verbum hoc convenit, amplianda est *lex* in casu adeptæ jam tutelæ; ex communi sententia, de qua sup.

Et hæc circa viduam satis modo sint.

(!:)

ARTIC. SEXTI.  
SUMMARI.

- 1 **H**onestas etiam de conjugatis predicatur, sicut & de nunquam nuptis; & nuptia casta appellantur, & castus cum propria uxore concubinatus.
- 2 Legatum a marito uxori relictum donec castè, & honestè vixerit, contractis secundis nuptiis non debetur; quando verò ab alio mulieri vidua ita relinquitur, non deficit si illa secundò nubat; juxta communem, & receptam sententiam.
- 3 Idem traditur ex communi sententia in conditione, donec castè vixerit, a filio matri adjecta, vt per eam secunda nuptia censeantur excluse. Contrarium probatur in conditione a filio matri adjecta in testamento. *Ibid. versic. Ego verò.*
- 4 In conditione, si castè vixerit, vel, donec castè vixerit, vidua adjecta, probatur vidualem continentiam venire, ita vt contractis secundis nuptiis deficiat, siue a marito, siue ab alio adjecta sit.
- 5 Agitur de conditione, si honestè vixerit, vel, donec honestè vixerit, vidua injuncta qua ad secundas nuptias convolavit; & traditur, legatum pure relictum hodie non amittere, quanvis intra lugubre tempus ad secundas nuptias transeat.
- 6 Conditionem, si honestè vixerit, vel, donec honestè vixerit, secundas nuptias excludere, probatur, perinde ac conditio, si castè vixerit.
- 7 Matrimonium tam primum, quam secundum in statu generis humani multiplicati, permissivi juris est; differentia tamen traditur inter jus permissivum istius, & permissivum illius.
- 8 Conditio, donec castè, & honestè vixerit, ijs personis ascripta quæ nunquam matrimonium contraxerunt, matrimonij impeditiva non est sed importat honestæ vitæ castitatem.
- 9 Conditio matrimonij impeditiva valet in contractibus. Et quid in illis importet conditio, donec castè vixerit, & donec honestè vixerit, traditur, constituta differentia inter hanc, & illam, pro primis nuptiis.
- 10 Mulier propter adulteriam perdit dotem, & arras, & paraphernalia bona, secundum communem; contra quam in paraphernalibus tenent alij.
- 11 An adulteram maritus alere teneatur.



- 12 An propter oscula, & tactus alios in honestos mulier dotem perdat, & alimenta, & licitum sit divortium, num. 13.
- 14 Mulieris, atque mariti adulteria compensantur ad evitandas civiles penas bonorum, & divortij. Intelligitur, nisi crimen, alterius reconciliatione precedente expressa, aut tacita abolitum jam sit. Ibid. in versic. Qua communis.
- 15 Barbof. opinio refertur ad jus Regium Castellae, & Lusitaniae, quam secutus est Sanch. circa usumfructum bonorum quem conjux lucratur propter conjugis adulterium extantibus liberis.
- 16 Contra eos probatur, maritum cum civiliter agit contra adulteram, usumfructum bonorum illius liberis extantibus lucrari, quandiu ipse vivit, secundum jus commune, quod in hac parte jure Regio non esse correctum, ostenditur.
- 17 Ostenditur, penam amissionis bonorum mulieris propter adulterium non pertinere ad divisionem de qua in casu l. hac edictali. C. de secund. nupt.
- Adulterij causa cum civiliter agitur ad totam separationem, & amissionem bonorum, equalis est in persona utriusque conjugis, & dicta in marito contra uxorem, habent locum e converso in uxore contra maritum adulterantem. Ibid. versic. Qua autem.
- 18 In criminali accusatione diversum jus in utriusque persona reperitur, quia maritus uxorem de adulterio criminaliter accusare potest, sed non e converso, illa maritum.
- 19 An vero mulier maritum criminaliter eam de adulterio accusantem repellere possit opposita exceptione de adulterio mariti ipsius, contraria referuntur opiniones.
- 20 Barbof. opinio contra alios probatur, tenentis, posse mulierem maritum repellere ab accusatione exceptione adulterij opposita, jure communi attentis.
- 21 Contra eundem idem probatur, jure Regio attentis.
- 22 Mariti lenocinium gravissimum crimen est, & exceptione illius repellitur maritus ab accusatione uxoris; alius tamen accusat utrumque.
- 23 Traditur, maritum qui ex legis facultate uxorem adulteram occidere potest propria auctoritate, potestate hac vii non posse, quando ipse adulterij crimine infectus erat.
- 24 Communis sententia refertur, & probatur, qua traditur, humanam legem qua marito tribuit potestatem occidendi uxorem adulteram, & cum ea adulterantem, illum in anima iudicio non excusare. Et nu. 25.
- Etiam minister publicus, qui iudicis senten-

tiam exequendo occidit delinquentem odio & malevolo in eum animo, peccat, d. n. 35 versic. Nec vero.

Probatur, maritum adulteros occidendum ex potestate legis, ut ipsius legis ministrum considerari non posse. Et de Christiana pietate legis Regia in executione ultimi supplicij d. n. 25. versic. Deinde, & versic. Denique.

- 26 Agitur de validitate legis qua marito tribuit potestatem adulteros occidendi, & ut mali permissiva defenditur. Melius tamen esse, legem illam exterminari, probatur n. 27. & duob. sequentibus.
- 28 Legibus civilibus non est tributa potestas marito occidendi uxorem adulteram; patri vero concessum est, occidere filiam sub sua potestate constitutam in adulterio deprehensam. Et cur ita.
- 29 Marito civilibus legibus occidere adulterum aliquando licet, uxorem vero ipsam adulteram propria auctoritate occidere, nunquam datam est. Et discriminis istius ratio assignatur.

## ARTIC. VI.

## De muliere conjugata.

**T**ertius mulierum statutus, conjugatarum est, quæ quidem non parvam de honestate laudem promerent, ut videre licet apud Guliel. Benedict. in repetit. cap. Raynutiis, verb. cuidam. Petro tradidit, ex numer. 49 de testament. Chassian. in catalog. gloria manus 2. part. considerat. 12. & 3. part. considerat. 4. & honestas de conjugatis predicatur, sicut, & de ijs quæ nunquam matrimonium contraxerunt, ut tradidimus sup. in initio circa diffinitionem honestatis, & castæ dicuntur nuptiæ, & cum propria conjugata castus concubitus cap. Nicena Synodus 3. dist. quem text. valde notabilem, & quod non est alius alibi ita expressus, dixit Abb. in cap. quod a renum. 3. in princ. de cleric. conjugat. cap. hac autem, dist. 30 cap. Deus, 31. quest. 1. vbi sic habetur, Deus masculinum, & feminam propagandi generis causa nuptiali castitate conjungit; de jure nostro text. optimus in Auth. de non eligend. secund. nubent. §. cum igitur, collat. 1. ibi. ut metu castarum nuptiarum, licet secundæ sint, ab his quidem abstineant, & descendant ad quasdam interdittas permixtiones, cum alijs citatis à Gom. l. 14. Taur. num. 9. quibus additur D. them. 2. 2. quest. 152. artic. 3. in respons. ad 5. vbi docet, virginitatem excludere quemcunque actum venereum, etiam illicitum, castitatem autem, solum illicitum.



Vnde elegans est illud venerabilis Bedæ re-  
latum à Guliel. d. verb. *cuidam Petro tradide-  
runt, num. 49. in fin.* cujus item meminit Chaf-  
san. d. *considerat 41. Bona est castitas conjugalis,  
melior continentia vidualis, & optima perfectio  
virginalis.*

2 Quod facit ad quæstionem de legato vi-  
duæ relicto donec castè, & honestè vixerit, an  
illi ad secunda vota transeunti debeatur, de  
quo per Bart. & alios in l. *mulier §. cum propo-  
neretur ff. ad Trebell. vbi Bart. num. final. se-  
cutus Oldr.* affirmativam partem amplecti-  
tur, nisi de mente testatoris, vel de communi  
vfu loquendi aliud appareret, quia quæ nubit,  
castè, & honestè vivere, dicitur, *juxta tex. ibi.*  
qua ratione idem scripsit Bart. in l. *final. in fin.*  
C. de *ind. Et. viduit. tollend.* ad quod optimè  
conducit *text. d. Auth. de non eligend. secund.*  
*nubent. §. cum igitur,* vbi Imper. etiam secun-  
das nuptias; castas appellat; atque ita vide-  
tur, illis non contraveniri conditioni castè vi-  
vendi. Et hanc sententiam, etiam vbi condi-  
tio à marito adjecta est vxori, cum Oldr. &  
Bart. tenet Abb. in d. *cap. quod à te n. 3. in princ.*  
& in *cap. ut clericorum, num. 5. de vit. & honest.*  
*cleric. sequuntur plurimi e iuristis, & Theo-  
logis, citati a Sancio de matrim. libr. 7. disp. 91.*  
*numer. 14. tom. 2. vbi eam probabilem dicit;*  
*sed num. 16. probabiliorem multò dicit, &*  
*sequitur sententiam quæ distinguit inter con-  
ditionem injunctam à marito, vel ab alio, vt*  
*primo casu secundæ nuptiæ excludantur, in*  
*secundo verò, non; in quam sententiam plu-  
res citat Authores, ita vt communis censenda*  
*sit, quam praxi, & consuetudine receptam, tes-  
tatur Alberic. d. l. mulier §. cum proponeretur,*  
& in d. l. *final. num. 8. C. de ind. Et. viduit. tol-  
lend. eamque Sanch. loco citato numer. 17.*  
& *sequentibus in utroque membro ampl. &*  
*lim.*

3 Præcipua verò ac frequens ampliatio  
est in filio, quem Doctör marito æqui pa-  
rant, tradentes, conditionem castè vivendi  
ab his personis adjectam, secundas nuptias  
excludere, idquè voluntatis conjectura ex  
eo collecta, quia marito, & filijs, secundis  
vxoris, & matris, injuria infertur, vt in ma-  
rito probat *text. in Auth. de nupt. collat. 4. §.*  
*qua verò nunc, versic. Nos igitur, ibi, & defun-*  
*cti animam contristaret, & in versic. sequenti,*  
*ibi, & per omnia contristandi priorem maritum,*  
& in filio eod. *Auth. §. solutio, ibi, & non,*  
*procreatam sobolem sequentibus matrimonijs for-*  
*stan contristare, & in §. nec illud, ibi, si non &*  
*illi tertijs injuriam passisint nuptijs, & in Auth.*  
*de non eligend. secund. nubent. §. prospeximus,*  
*ibi, Omnibus simul secundis nuptijs fecit injuri-*  
*am, collat. 1. Atque hinc eliciunt voluntatis*

conjecturam in conditione, *donec castè vixerit,*  
à marito, aut à filio apposita, ad excludendas  
nuptias; & secus, inquirunt, quando talis con-  
ditio ab extraneo adjicitur, vel etiam à paren-  
tibus, aut alijs consanguineis ipsius viduæ, cui  
sub illa relinquitur, quia parentes, & conjun-  
cti non offenduntur secundis propinquæ vi-  
duæ nuptijs, imò illis quandoquè gratæ sunt,  
tum ne alias turpi forte, & in honesta vitæ  
conversazione, toti generi derogetur, tum  
propter ipem dilatandæ parentelæ; & ita o-  
bservant communiter Doctör. in *questione*  
*hac, vt videre est ex citatis à Gom. l. 14. Taur.*  
*n. 9. & Sanc. eossecuto d. dispnt. 91. nu. 16. &*  
*sequenti.*

Ego verò, antequàm ulterius in quæstione  
progrediar, contrarium in hoc sentio, exis-  
timans, filium qui matri viduæ sub prædicta  
conditione legavit, parentibus, & alijs ejus  
consanguineis potius, quàm marito æquipa-  
rari debere, diversamquè in illo rationem ver-  
sari ab illa, quæ pro marito affertur; nec qui-  
dem diffiteor, filijs prioris matrimonij, sicut  
& marito secundis nuptijs injuriam inferri, &  
acerbas illis esse; cæterùm, distinguenda sunt  
tempora, vt, quod attinet ad præsentem quæ-  
stionem, disparitas rationis in vtriusque appa-  
reat, secundis, namque, nuptijs prædefuncto  
marito injuria irrogatur; & anima illius cõ-  
tristatur, vt dicitur in d. *Auth. de nupt. §. que*  
*verò nunc, ibi, & defuncti animam contristaret,*  
& *ibi, & per omnia contristandi priorem mari-*  
*tum:* at verò, non legimus, quòd prædefun-  
cti filij anima secutis matris nuptijs contriste-  
tur, nec quòd illis injuria prædefunctis filijs  
irrogetur, sed loca juris sup citata in filijs vi-  
vis loquuntur, quos mater secundis nuptijs  
in honorat, vt, *vltra loca de quibus sup. pro-*  
*bat text. d. Auth. de nupt. §. si verò expectet, ibi,*  
& *filios ex hoc ex honoratos viderit;* filios ita-  
que, qui vivunt secundarum nuptiarum tem-  
pore, illis exhonorat mater, non antea mor-  
tuum; atque ita apparet, quòd conditio cas-  
tè vivendi ab illo matri viduæ ascripta, non  
deficit secundis matris nuptijs, quibus illi post  
mortem suam, in quam dispositio confertur,  
non irrogatur injuria, & talis dispositio ad  
eamdem interpretationem, & rationem ean-  
dem pertinet, quæ à Doctöribus consideratur  
circa ejuscemodi conditionem à parentibus,  
& consanguineis ascriptam. Pertineret, vti-  
que, filij dispositio ad interpretationem, & ra-  
tionem maritalis legati, quando inter vivos  
dispositio esset, videlicet, si annum quid ma-  
tri viduæ promitteret donec castè vixerit; tunc  
enim, quia secundæ matris nuptiæ, filium pri-  
oris matrimonij in honorant, & contristant,  
conditio castè vivendi nuptias has excludere  
vide-



videbitur ex promittentis filij mente.

4 Et hæc quidem stante posteriori sententia, quæ communior est, in quæstione principali. In qua tamen ego aliter dicerem, in primis enim, in conditione, *si castè vixerit*, vel, *donec castè vixerit*, dicerem, quòd sive à marito scripta sit, sive à filio, sive à parentibus, & consanguineis, aut quavis alia persona extranea, ejusdem juris semper sit, intellecta de viduali continentia ac castitate. Moveor, quia etsi secundas nuptias castas fateamur, ut *in d. Auth. de non eligend. secund. nubentes §. cum igitur*, & cum propria conjuge castus concubitus sit *d. cap. Nicæna Synodus dist. 31.* tamen appellatione simplici castitatis illa intelligitur, quæ omnem removet coitum etiam licitum, *ut sup. tradidimus in init. operis*, & probavimus argumèto voti de castitate, quod etiam conjugalem removet concubitus; atque ita, appellatione castitatis simpliciter præceptæ illa venit quam continentes servant; idque communis loquendi vsus observat, ut ad propositam quæstionem, ejusquæ pro hac parte resolutionem observavit Anchar. *in cap. quod à te num. 8. & cum secutus Imol. ibi num. 7. de cleric. conjugat. & cum alijs ab eo citatis tradit Surd. de aliment. titul. 7. quest. 23. num. 3.*

5 Si verò conditio sit, *si honestè vixerit*, vel, *donec honestè vixerit*, dubitari magis potest de conditionis defectu propter secundas nuptias, quia honestas absolute sumpta, tam propriè de nuptis, quàm de non nuptis prædicatur, & idcirco videtur, quòd secundæ nuptiæ conditione hac non censeantur exclusæ; cum nec conditionis verba, eas comprehendant; nec ita testatoris mens, etsi maritus sit qui ita uxori suæ reliquit; nam cum verba talem non admittant interpretationem, non est unde voluntatis conjectura pro illa elici possit; si enim dicimus, eam elici ex injuria secundis nuptijs viro irrogata, dicere cogemur, quòd, etsi legatum à marito purè uxori relinqueretur, secundis nuptijs deficeret quasi sub tacita perpetuæ viduitatis conditione relictum; quod tamen est falsum; nam purè relictum secundas nuptias non impedit; sed viduitatis conditio in testamento scripta, *Auth. cui relictum C. de indiët. viduit. tollend. tradit Surd. d. quest. 23. ex numer. 6. cum sequentib. ubi alios refert; qui in questione procedente, num. penult. & ultim. idem tradit etiam in casu quo intra lugubre tempus vidua convolet ad secundas nuptias, stante hodierno jure, quo pænæ impositæ ad secunda vota festinantibus, correctæ sunt, inter quas erat, ut & pure relictæ à marito amitteret l. 1. versic. His etiam C. de secund. nupt. quæ hodie non*

perdet, earum tamen proprietate reservata filijs, si quos habet ex eodem matrimonio susceptos, juxta terminos, *l. famina, cod. titul.* atque ita de legato simpliciter à viro uxori relictæ, tam cum illa intra lugubre tempus ad secundas nuptias properat, quàm cum post illud, post Surd. & plures alios quos refert, probat Sanch. *d. lib. 7. disput. 87. num. 24. & in num. sequenti idem tradit*, quando mulier instituta est hæres, & rursus idem *Auth. pluribus citatis, in legatis loquens, atque etiam in vsu fructus legato, eodem libr. disputat. 91. num. 12.* Iuxta quæ, idem videtur dicendum adjecta conditione, *donec honestè vixerit*, quia, & nuptiæ honestæ sunt, & honestas simpliciter intellecta, de nuptis etiam, ut de non nuptis prædicatur; atque ita attenda verbi significatione, & communi loquendi vsu, distinguendum videtur inter hæc, *donec castè vixerit*, & *donec honestè vixerit*, inter quæ distinguit Angel. *in l. justitia §. juris præcepti numer. 1. ff. de justit. & jur. ubi in conditione, dum castè vixerit*, communem distinctionem de qua *sup. amplectitur*, aliter sentiens, si sic scriptum sit, *dum honestè vixerit*.

6 Nihilominus tamen, utramque conditionem ad idem jus pertinere, existimo, ita, ut sicut in illa diximus, & in hac inclusa censeatur viduitas; quanvis enim nuptias honestas dicamus, & etiam secundas castas appellet Imperat. *dict. Auth. de non eligend. secund. nubent §. cum igitur*, & quintas in Samaritana illa non improbaverit Dominus, qui nec septemviram damnavit, *ut ex D. Augustino habetur in cap. final. 31. quest. 1. & Flavio nubere, Pontificio jure permissum esse, tradit Menoch. de arbitrar. libr. 2. cent. 5. cap. 417. numer. 4 per text. in cap. aperiant. 21. quest. 1. qui post Boer. quest. 186. in fin. recenseret ex D. Hieronym. libr. 3. epistol. tract. 7. epistol. 26. mulierem quandam duxisse vigesimum secundum virum, qui vir, & ipse jam viginti uxores sepelierat; tamen quod ad honestatis jus attinet, secundæ, & posteriores à primis longè differunt; primis, namque, omni jure salva, & illæ salva manet honestas, secundis, & multò magis vlterioribus, manca manet, si manere dicimus; Imper. enim *d. Auth. de nupt. §. si autem tutelam*, in honestas reputat, ibi, *Propter solam honestatem hoc agunt*, ubi *gloss. secundis nuptijs honestatem corrumpit* dicit. Quod verò à Domino non reprobentur importat, licitas esse, & permissivas, ut constituta differentia inter primas, & secundas eleganter habetur. *ex eod. D. Augustin. in cap. penult. 31. quest. 1.* & ita secundas nuptias ad legem permissivam pertinere, permissivam tamen boni, & non mali, quia illæ bonæ sunt, tradit*



tradit Pater Suar. *de legib. lib. 1. cap. 15. num. 10.* sic interpretans *cap. hac ratione d. caus. & quest.* vbi dicitur, quod Apostoli præceperunt, secundas adire nuptias.

7 Quod si quis objiciat, primas etiam nuptias, permissivi juris esse, & non præceptivi, juxta illud *Apostol. 1. ad Corinth. cap. 7. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium,* id est, permittendo, non præcipiendo, ut exponit Suar. *d. c. 15. n. 9.* locus autem ille tam pertinet ad primum, quam ad secundum matrimonium, atque ita videtur, quod hoc, & illud ad idem permissivum jus spectet. Respondetur, matrimonium quidem tam primum quam secundum, absolute sumptum, quatenus ad humani generis conservationem institutum, & necessarium est, sub naturalis juris præcepto cadere; ad quod enim jus pertinet individui conservatio, pertinet, & speciei, & ita ex *D. Thom. in 4. distinct. 26. quest. 1. & alijs tradit Sanc. de matrim. lib. 2. disput. 3. num. 3.* Cæterum in statu generis humani multiplicati, matrimonij præceptum singulos non obligat, atque ita dici potest, in statu isto, & respectu singulorum, in quo versatur disputatio nostra, matrimonium permittentis juris esse, & non absolute præcipientis; sed differentia stat in eo, quod jus permissivum primi matrimonij, est jus permissivum ejus quod bonum, & honestum est, at verò jus permittens secundas nuptias, est jus permissivum ejus quod est bonum, & licitum; porro, non omne quod licet, honestum est, ut dicit juris regula *l. non omne ff. de regul. jur.* aliquando ergo jus permittit, quod bonum, & honestum est, ut in primo casu; aliquando, quod bonum, nec tamen honestum, ut in secundo; aliquando etiam mala aliqua permittit, ut patet in permissione lupanarium, & læsionis citra dimidiam justij pretij; atque ita, quanvis primæ nuptiæ, & secundæ permissivi juris sint, non tamen omnes æquali jure censentur, quia primæ honestæ sunt, secundæ licitæ, sic eas vocat *lex. in d. cap. hac ratione d. cap. penult. 31. q. 1. Auth. de nupt. §. si autem tutela, cum gloss. ibi,* vbi secundæ nuptiæ, ut inhonestæ notantur, sententia nostra in quæstione proposita, probabilior apparet; quæ multò magis tenenda erit, quando in conditione utrumque simul dicitur, nempe, *donec caste, & honestè vixerit.*

Constat, itaque, ex præcedente resolutione, conditiones hæc, *donec caste vixerit, & donec honestè vixerit,* viduæ adjectas, ad eandem juris decisionem pertinere, semperquæ castæ, & honestæ viduitatis conditionem importare, quæ viduitatis conditio injuncta viduis, hodie valet ex *Auth. cui relictum C. de indict. viduit. c. illud. & in corpore unde sumitur.*

8 At verò, quia talis conditio scripta nunquam nuptis non valet, sed rejicitur e testamentis *l. sed si hoc §. final. l. cum tale §. Maria l. Titia centum, ff. de condit. & demonstrat. cum alijs,* conditio, *donec caste, & honestè vixerit,* ijs personis ascripta, non erit accipienda ut matrimonij impeditiva, hoc enim sensu accepta, supervacanea appareret, cum, & hodierno jure, conditio, *si non nupsit,* in nunquam nuptis non valeat, ut ex receptissima sententia tradidimus *in relect. d. l. Titia centum, 1. part. numer. 37.* Quare, conditio illa nihil aliud, quam honestæ vitæ castitatem importabit, etiam conjugalem, ita ut mulier nubendo non perdat relictum, perdet verò, si dum nupta est conjugalem castitatem non servet, aut vidua facta vidualem; quia conditio, *donec caste, & honestè vixerit,* habet tractum tēporis successivum post nuptias etiam duraturum.

9 Aliud verò erit, cum talis conditio contractui adjicitur; quia non nubendi conditio adjecta contractibus, nec vitiat, nec illos vitiat, sed firma permanet, ut contra *Cost. in l. cum tale §. si arbitrato, limit. 2. numer. 1. & 2. ff. de condition. & demonstrat. observavi in relectione illa mea d. l. Titia 1. part. nu. 11.* quæstante opinione, videtur distinguendum inter conditionem, *donec caste vixerit, & donec honestè vixerit,* ut prima primas etiam nuptias includat; nam, etsi eæ castæ sint, castitas tamen in conditione simpliciter & absolute præcepta, etiam conjugalem coitum removet, ut tradidimus sup. secunda verò non includat, quia primæ nuptiæ honestæ ita sunt, ut nullam apud bonos honestosquæ viros in honesti notam incurant. Atque ita in hoc, honestatis jus, seu privilegium, quod ad conjugatas attinet, consistere, apparebit, quod honestatis nomine, & causa promissum, primas nuptias contrahendo non amittunt; per secundas verò amittitur, ut de legato eo nomine relicto diximus; & differentiæ ratio est, quia primis usquequaque illata manet honestas; secundis non ita, ut tradidimus.

Et si dicatur, id quod diximus, honestatis privilegium non esse, sed jure communi & ordinario procedere, secundum quod honestas de univris ita proprie dicitur, ut de non nuptis, respondebo, in conjugatis nullum, quod sciam, speciale privilegium reperiri honestatis causa jure nostro concessum. Quare privilegij loco erunt jura quæ retinent conjugali castitate, & honestate servata, cujusmodi est, quod scripsimus, & quæ sequuntur de ijs quæ conjux amittit, quia casta secundum statum suum & honesta non est.

10 Primò igitur, propter adulterium



Vxor dotem amittit penes virum remansuram  
*cap plerunque, vbi Abb. & reliqui, de donat. inter vir. & vxor. l. consensu §. vir quoque, versicul. virū etiam C. de repud. cōmunem tradunt Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 1. Clar. in §. adulterium, n. 13. Gregor. Tholosan. syntagmat. lib. 9. c. 23. n. 12. & Rursus lib. 36. c. 6. n. 14 Barb. in l. 2. p. 1. in princ. a n. 53. ff. solut. matr. v. bi latē prosequitur, Surd. de aliment. tit. 7. q. 16. n. 20. Sanc. de matrim. lib. 10. disp. 8. n. 2. & post omnes pluribus citatis Farinac. in praxi 4. tom. tit. de delict. carn. q. 142. 1. p. n. 1. Menoch. de arbitrar. cent. 5. cas. 419. nu. 58. vbi Cætareo, & Pontificio jure hoc constitutum tradit; Et de varijs adulterij pænis apud varias nationes, ac populos, atque etiam populū ipsum Romanū, latē ibi, & curiosè per eum ex n. 10. post Tiraq. de legib. connubial. l. 13. ex n. 6. cum seq. Greg. d. lib. 36. c. 6. ex n. 9. cum sequ. In arris idem probat cōmunis, & in bonis etiam paraphernalibus, vt constat ex citatis à Farinac. d. quest. 142. numer. 2. & 3. Menoch. d. cas. 419. num. 59. Circa paraphernalia tamen, ab illa discedunt Pannonitan. d. cap. plerunque, num. penult. & alij quos sequitur Barbof. loco citato num. 55. & 56. vbi distinguit, & pluribus citatis Sanch. d. disput. 8. num. 10. contrarium tradens de jure Regio Castelle, cum relatis ob eo ibid. in fin. Quod verò de jure nostro Lusitano circa dotem, & bona alia adulteræ conjugis, prosequitur Barbof. ex d. n. 56. versic. Sed videndum est, cum sequentib. & in l. si ab hostibus §. final. ex num. 59. cum sequentib. eod. & tit. An verò mulier, quā maritus de adulterio non accusavit, possit, eo mortuo, ab hæredibus illius civiliter accusari addotis, & bonorum amissionem, agit Valaic. conf. 169. tom. 2. fusijs Barbof. d. l. 2. in princip. 1. part. ex num. 119.*

11 Alimenta quoque propter adulterium amittit mulier, nec enim adulteram vir alere tenetur, vt tradit Abb. in c. fin. n. 3. de adulter. Palat. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. nu. 9. Surd. d. inul. 7. quest. 16. num. 16. & sequenti, verius, & receptius dicit Barbof. in rubr. 2. part. n. 47. ff. solut. matr. quod in adultera notoria intelligunt, quam maritus propria auctoritate expellere domo potest, aliàs iudicis sententia erit expectanda, refert, & sequitur Farinac. quest. 143. n. 44. Et an maritus notoriè adulteram propria auctoritate expellere possit, & quando dicatur notorium adulterium, fusè per eum ex nu. 49. Et hac quidem in foro externo; in interiori enim etiā occultæ adulteræ non expectata iudicis sententia posse maritum alimenta subtrahere, & iura alia maritalia, cum Sot. 4. dist. 36. quest. v. nic. art. 3. ad fin. & alijs, quos refert, probat Sanc. d. disput. 8. num. 25. Barbof. d. 2. part. rubr. nu.

26. & sequitur Farinac. d. quest. 143. num. 44. in fin. Cæterum, etiam facta tori separatione propter vxoris adulterium, esse à marito alendam, tenent alij; & communem dicit, & sequitur Clar. d. §. adulterium, num. 17. cujus ratio est, quia, etsi illa adultera sit, non tamen definit esse vxor etiam post tori separationem c. 2. de divort. vnde, castitatem servare tenetur maritus, & aliàs, recipere vxorem, cogendus erit, vt ex communi tradit Covar. d. §. 6. n. 5. versic. Imo, Clar. d. nu. 17. Surd. d. q. 16. n. 52. Barb. l. viro atque vxore, n. 3. in fin. ff. solut. matr. de quo latē Sanch. d. libr. 10. disput. 9. quest. 3. à num. 27. vbi quatuor in hoc sententias adducit. Ergo quidem durum puto, alimenta absolute negare, præsertim, ne fragili mulieri necessitatis obtentu, in turpi vita perseverandi occasio detur; onerosum verò duco, conjugem adulterij causa domo expulsum, vt conjugem alere, quo circa rem hanc sic temperandam iudico, vt alatur quidem maritali jure, quia maritus ejus verè est, non tamen, alatur vt conjux, idest, alimentis cōjuge dignis, quia illa conjugio se præbuit indignam. Sed & his alimentis privanda erit, si in eodem crimine relictatur; injuriosum, namque, satis esset, & bonis moribus contrarium, extra domum alere in adulterio perseverantem; quasi sic, alimètaque satis sint, vt turpis quæstus occasio amputetur, honestatis causa & favore præstita videatur, dicitur castè & honestè mulier vixerit.

12 Non solum autem propter adulterium sed etiam propter libidinosa oscula, amplexus aut turpes alios tactus, divortio locum esse, & dotis amissionem, tenuit Bald. in cap. tu. num. 4. de procurator. cujus sententiam cōmunem dicit Nicol. Bellon. in rubr. nu. 81. C. de edend. & sequuntur alij quos refert. Barbof. d. l. 2. in princip. 1. part. num. 69. versic. Amplius tertio, & à serè omnibus secutum in d. rubr. C. de edend. & in rubr. extr. de judic. scripsit Menoch. de arbit. libr. 2. cas. 287. num. 7. vltra quos eam sequitur Surd. d. inul. 7. quest. 16. n. 32. cum sequentib. hujus sententiæ argumenta circa alimentorum privationem idem probat post Lar. ab eo citatum in l. si quis a liberis §. si quis ex his, num. ex. 77. ff. de liber. agnoscent. Contrariam verò sententiam probat Bellon. d. rubric. num. 83. Covar. d. §. 6. num. 3. Tholosan. d. lib. 9. c. 23. nu. 13. Menoch. d. n. 7. cum sequentib. Barbof. loco proxime citato in numer. sequentib. vbi pro ea alios allegat, & communi nem refert, & plurimos pro illa Farinac. d. quest. 142. 3. p. num. 141. Sanc. d. lib. 10. d. 4. n. 12. vbi probat, & verissimū dicit, solentur etus quantūvis libidinosos, aq; animo perveniendi ad adulterium habitos, eo non tequuto nec divortio, nec dotis amissioni iustam præ-

præbe  
 que m  
 Lar. &  
 num. 2  
 Ego  
 am har  
 cum l  
 civis a  
 notam  
 traditu  
 jura, &  
 nulla j  
 alios t  
 veneri  
 inquit  
 ff. de ad  
 ff. de c  
 rem no  
 re non  
 illius al  
 constat  
 num. 7  
 delict. c  
 atque i  
 alium d  
 qui non  
 13  
 quam l  
 resolue  
 non it  
 in casu  
 vtriusq  
 inter v  
 propter  
 mittat  
 namque  
 tar, non  
 amittat  
 nere no  
 & conj  
 tur, iaj  
 cum vxo  
 casio d  
 eris, di  
 quæ  
 ex parte  
 impudic  
 iuxta di  
 dotis an  
 que, mu  
 quæ nec  
 mitti po  
 divortij  
 ser divo  
 14  
 vxoris a  
 riles pæ  
 act. in c



præbere causam, & pro hac sententia in utroque membro alios allegat, idemque contra Lar. & Surd. probat circa alimenta disputat. 8. num. 27.

Ego quidem, in dote, & alimentis sententiam hanc libenter amplector; ampliusque, ut locum habeat, etiam si mulier pluries in his lascivis actibus sit deprehensa, ita ut impudicæ notam incurrat; quod enim in adulterij causa traditum extat, quo maior marito irrogatur injuria, & maius ab vxore committitur delictum, nulla juris ratio patitur, ut ad oscula, & tactus alios turpitudinis extendatur; hæc enim, etsi veneris præludia sint, & argumentum, ut inquit. *gloss. in l. quod ait lex, verb. in ipsis rebus ff. de adulter. & in l. 1. verb. propter voluntatem ff. de extraordin. criminib.* quam ut singularem notat Angel. ibi, adulterium tamen vere non sunt, nec per se sola sufficiens probatio illius absque alijs loci, & temporis circumstantijs, ut constat ex traditis per Barbof. *d. 1. part. l. 2. num. 73. & sequenti, latè Farinac. d. titul. de delict. carn. quest. 136. à num. 129. cum sequentib.* atque ideo, lex pænalis in illo scripta, ad casum alium diversum extendi non debet, præsertim qui non tam grave delictum secum involvat.

13 Quod verò attinet ad divortij causam, quam Doctor. in quaestione proposita, eadem resolutione determinant cum dotis amissione, non ita absolute sententiam illam probo, sed in casu isto aliter sentio propter disparem utriusque casus rationem, quæ diversum jus inter utrumque mihi persuasit. Etenim, quod propter oscula, & tactus mulier dotem non amittat, injuriosum marito non est; injuria, namque, illius in ipsis vxoreis tactibus consistit, non in eo quod propter hoc dotem illa non amittat; at verò, quod impudicam, & abstinere nolentem ab his actibus, secum habere, & conjugali nomine, & honore tractare cogatur, injuriosum, & acerbum valde est, præsertim viro honesto, assidueque domi iurgij occasio. Nec sanè justior apparet ex parte mulieris, divortij postulatio propter mariti sævitiam, quæ justam divortij causam præbent, quæ ex parte mariti, propter incorrigibilem vxoris impudicitiam; quare, & hæc ex parte mariti iuxta divortij causam censenda erit, tametsi ad dotis amissionem sufficiens non sit. Puto, itaque, mulierem lascivis tactibus impudicam, & quæ nec à viro correpta ab illis se continet, divortij posse, dote non amissa; & in his terminis, divortij, ac dotis disparam causam censo propter diversitatis rationem.

14 Illud inter omnes constat, viri, atque vxoris adulteria compensari ad evitandas civiles pœnas bonorum, ac divortij, de quo est *text. in cap. intelleximus, de adulter. & regula l.*

*viro atque vxore ff. solut. matrim. tradit Abb. in cap. 1. ut lit. non contestat. num. 3. Covar. d. §. 6. num. 5. Tholosan. d. lib. 9. c. 23. nu. 15. & alijs citatis Barbof. in rubr. 2. part. n. 38. ubi pro communi ponit ff. solut. matrim. & dict. 1. part. l. 2. in princ. à numer. 97. versic. Limita secundo, plures, more suo, diligenter ad fideliter refert Sanch. d. lib. 10. disput. 8. num. 26. & post eum Prosper Farinac. d. titul. de Delict. carn. quest. 142. 1. part. num. 39. & quest. sequenti. nu. 69. quibus constat, non solum pariter adulterij; exceptione posse vxorem elidere mariti intentionem pro adulterio civiliter agētis, sed etiam adulterum virum convenire ipsam civiliter posse ad tori separationem, lucrandaque donationem propter nuptias, ut probat. *text. in d. c. 1. ut lit. non contestat. ubi gloss. 1. & Abb. d. num. 3. & communis ibi secundum Sanc. d. disput. 8. nu. 11. ubi alios refert, Farinac. d. quest. 142. n. 35. & sequenti, ubi plurimos refert communem testantes, & d. quest. 143. num. 22. & sequent.* Quæ communis & recepta traditio intelligenda planè est, nisi post mariti adulterium mulier illi reconciliaretur; nam si illa de adulterio postea ab ea commissio, à viro civiliter accusaretur, non poterit de præcedente illius adulterio excipere, nec pariter delicti compensationem uti. Quod probatur ex recepta utriusque juris conclusione, secundum quam, adulterij vxoris pænæ reconciliatione expressa, vel tacita, putata, per conjugalem coitum, tolluntur, & omnia ad pristinum redeunt statum, de quo per Barbof. *d. l. 2. in princ. 1. part. ex num. 100. versic. Limita tertio, ubi latè prosequitur, post eum Farinac. qui plures refert d. quest. 142. n. 68. cum sequent.* Et reconciliatio ista, & repositio per eam in pristinum statum, etiam post latam sententiam super divortio, & dote locum sibi vendicat, ut per Barbof. *d. nu. 100. ad fin. versic. Quæ reconciliatio, Farinac. d. quest. 142. num. 70. Sanch. qui alios refert d. disput. 8. num. 21. ubi ultra alia pro hac sententia expendit text. in cap. plerunque, de donat. inter vir. & vxor.* Si ergo vxoris adulterium, quod gravius est, & de testabilius, ut tradit Tiraq. *de legib. connubial. l. 1. num. 46.* reconciliatione aboletur ita, ut de eo mulier à marito accusari deinde non possit, multò magis mariti adulterium, conjugis reconciliatione expressa, aut tacita remissum censeri debet, ut mulier adulterij postea ab illa commissi, à viro accusata, maritalis adulterij præcedente jam reconciliatione aboliti exceptione, compensationem vè haud quamquam excusetur. Et ita in terminis ad utrumque conjugem, contra Hug. Turretrem. Archid. & Bellamer. *in c. 1. 32. quest. 6. & Gregor. Lop. l. 8. verb. Esse mismo, tit. 2. p. 4. ab eo relatus probat Sanc. d. lib. 10. disput. 6. num. 7. qui idem**



tenet disp. sequent. num. 1.

15 Quod autem de pœna dotis, ac donationis propter nuptias adulterij causa dictum est, accipiendum sic est, ut si adulteri conjugis liberi extent, conjux innocens solum habeat bonorum vsumfructum dum vivit, proprietate liberis reservata, ut probat *text. in l. consensu §. vir quoque, versic. Si vero filio C. de repud. & in Auth. ut lic. matr. & avia §. quia vero plurimos, & §. si vir de adulterio, & ibi gloss. verb. continentur, collat. 8. gloss. 1. sic intelligenda, in cap. 1. ut lit. non contestat. quam insignem vocat Covar. de sponsal. 2. part. c. 7. §. 6. num. 4. tradit Barbof. d. 1. part. l. 2. in princ. n. 62. & sequent. ubi in materia agit de jure nostro & Castellæ Regio, cujus ad jus Regiū explanationē sequitur Sanc. d. lib. 10. disput. 8. n. 12. Illius verò explicatio, cōmunis juris correctionem per Regium in aliquibus inducit; sic enim explicat *ord. nostram lib. 5. titul. 15. §. 6. in antiquis, quæ hodie est lib. 5. titul. 25. §. 6. & l. 1. titul. 20. lib. 8. ordinamenti in Regno Castellæ*, ut si maritus criminaliter adulteram accuset, & secundum leges pœnam mortis subeat, tunc liberi illius, sive ex eodem, sive ex alio matrimonio suscepti, statim in bonis matris succedant, quoad proprietatem, & vsumfructum; si verò maritus civiliter agat, tunc bonorum vsumfructum habeat, dum vivit conjux adultera, illa verò mortua succedant liberi illius. Sed & in casu isto, deducta liberorum primi matrimonij, si qui superfint, legitima, in reliquo bonorum divisionem putat inducendam secundum decisionem *text. in l. hac edictali C. de secund. nupt.* quæ etiam pertinet ad bona adulteræ filios habentis ex alio matrimonio, secundum Bald. *ibi nu. 5. & in cap. 1. num. 21. ut lit. non contestat. Covar. d. §. 6. num. 4. & alios quos refert Barbof. loco citato numer. 64. in princ.* ubi communem dicit traditionē, quæ in his terminis jure Regio nō invenitur correctā. Atque ita ille ad jus Regium utriusque Regni, quem retulit, & secutus est Sanch. d. disputat. 8. nu. 12.*

16 Ego in primis, doctissimos viros Barbof. & Sanch. (eorum pace dixerim) in eo lapsos puto, quod ajunt; maritum civiliter agentem, vsumfructum bonorum adulteræ vxoris filios habentis lucrari interim dum illa superstes est, ita ut ea mortua liberi illius statim succedant; id enim à communi jure deviat, secundum quod, in casu isto vsumfructus bonorum adulteræ ad maritum pertinet dum ipse vivit, ut bene probat *text. in d. l. consensu §. vir quoque, versicul. Si vero filio, ibi. Omne quicquid ex nuptijs lucratum est, filio, seu filia, filijs, seu filiabus post mortem accipientis servari;* & ita est communis traditio, cui Barbofa

etiam & Sanch. attento jure communi planè assentiunt, nec vero est vnde correctionem alius jure Regio colligant, ut vsumfructum in mariti persona duraturum secundum jus commune, adulteræ mulieris vita terminent, secundum jus Regium; eo enim jure, sive Lusitanū, sive Hispanum attendas, nulla vsumfructus, aut reservandæ liberis proprietatis mentio fit, sed maternorum bonorum successio illi simpliciter defertur; quod est intelligendum quādo mater de adulterio acculata pœnā mortis patitur legibus statutam, ut bene expendit Barbof. Atque ita, jus Regium in casu isto loquens, in quo nulla vsumfructus ratio habetur, sed bonorum successio plenè defertur, non est trahendum ad vsumfructus casum cum civiliter agitur, cum juris communis correctione præsertim, quod peculiaris quædam ratio est, qua Legislatores moveri potuissent ad sic statuendum in capitali matris adulteræ damnatione, nempe, ut tristissimo matris eventu afflictis liberis non auferetur afflictio dilata bonorum ejus successione, sed magis præmaturæ ac plena successio, solatij qualisqualis loco est. l. jure succursum ff. de jure dot. quæ ratio plenè cessat, cum mulier ad mortē non est acculata, sed civiliter conventa, & condemnata, imò, in casu isto commiserationis quædam ratio exigebat; aut etiam recompensandæ injuriæ ratio, ut quādo maritus plenam bonorum proprietatem non lucraretur, quia liberi extant eorum habeat vsumfructum dum ipse vivit, in casu isto, cōmuni jure dispositum videmus communi omnium consensu sic intellecto, quia Regium non contradicit, non est cur a eo deviemus.

17 Deinde adverto, præsentem casum longè diversum esse à casu *l. hac edictali C. de secundis nupt.* idcircoquæ ad divisionem qua ibi non pertinet, quicquid Bald. & alij relati, & secuti a Barbof. dicit. l. 2. numer. 63. & sequenti contrarium opinentur etenim dicit *l. hac edictali*, conjugis secundas nuptias contrahentis immoderatis largitionibus erga novum consortem obviatur, ne non vi conjugis excrecente amore decrescant bona in præjudicium liberorum prioris tori, idcirco statutum est, ne, qui ad secundas convolat nuptias, in novum conjugem transferat possit lucrativo titulo, sive inter vivos, sive testamentaræ voluntatis actu, ultra portionem vni filijs ex priori matrimonio susceptis datam, de relictam; etsi plures sint filij, nec portio omnium æqualis sit, minor pars spectanda erit & quod ultra donatum, relictum vè conjugis fuerit, liberis accretet, salva tamen semper legitimæ permanentæ, juxta *text. ibi: At vero adulterij casus dissimilis valde est, & d. verba*



longe rationis, quia ejus eventu, marito vxoris adulteræ bona deferuntur, non quidē, quasi lucrativo titulo, sed oneroso valde, nec de volūrate vxoris, sed illa invita. Vnde cessat ratio qua illa bonorum divisio inducta est, & coarctata largitio in d. l. hac edictali, servandaquē erit decisio d. l. consensu §. vir quoque, versic. Si verò sitis, & d. Auth. ut lic. matr. & avia §. quia verò plurimas, & §. si vir de adulterio.

Quæ autē dicta sunt de civili adulterij damnatione, cūm, scilicet, agitur ad tori separationem, & bonorum amissionem, à pari procedūt in viro, atque vxore, tam vbi liberi non extāt, quam vbi extant, pariaquē reputantur delicta, vxoris adulterium, atque mariti, sive agendo, sive excipiēdo in civili accusatione, vt constat ex supradictis.

18 In criminali verò, ad imparia iudicantur maritus, & vxor; quia maritus criminaliter vxorē accusare potest de adulterio, nō verò e contra vxor maritum l. 1. C. de adulter. c. apud misericordem vers. Hoc in mulieribus 32. quest. 1. tradit Abb. in c. 1. n. 3. vt lit. non cōtestat. Tiraq. 1. connubi al. n. 44. & seq. vbi rationē differētiæ inter virum, & vxorē assignat, & latè prosequitur Covar. de spons. 2. p. c. 7. §. 6. Barb. in rubr. 2. part. n. 38. ff. solut. matrim. & in l. 2. in princip. 1. part. n. 98. versic. ceterum, eod. tit. & alijs citatis Sanc. d. lib. 10. de matrim. disp. 8. quest. 3. n. 33. post omne: Farinac. d. tit. de delict. carn. quest. 14. n. 104. Petr. de Ledelma in sum. in addiel. ad. 1. part. c. 29. conclus. 4. ad fin. & sanè, quod ad accusationem attinet, certa est, & omnium consensu recepta prædicta differentia, quā probat expressè text. in d. l. 1. C. de adulter. transcriptus in d. cap. apud misericordem (quod D. Gregorij est) in versic. publico. Et ita generaliter accipitur regula l. viro atque vxore ff. solut. matrim. quod paria delicta mutua compensatione tolluntur, cū civiliter agitur, non verò in criminali accusatione, secundum Bart. ibi n. 2. cōmunitè receptum, vt per Barbof. ibid. nu. 3. & 4. & in d. l. 2. in princip. 1. part. num. 99.

19 Sed quoad exceptionem paritatis delicti ex parte mulieris oppositam ad elidendam mariti accusationem, diversæ sunt opiniones; alij, nāque, exceptionem ex parte illius in causa criminali, sicut, & accusationem pariter negativè determinant, quorum sententiam refert, & sequitur Sanch. loco proxime citato num. 24. legem Regiam castelliæ expressè ita determinātem allegans 3. titul. 20. lib. 8. recopilat. Farin. quest. 143. nu. 78. vbi se refert ad scripta per eum quest. 142. nu. 43. & sequenti, quo in loco contrarias retulit opiniones, nec aperit, quam maritus elegerit. E diverso Barbof. d. l. 2. in princip. part. n. 99. in fin. & sequenti, oppositū cenlet, scribit enim, quod mulier opposita exceptione

excludere potest maritum impudicum etiam ab accusatione criminali, & quod, si habeat maritus concubinam, vel alias committat adulterium, repelli potest per vxorem ab accusatione, juxta rationem text. in l. si vxor 13. §. iudex ff. de adult. vbi inquit, per iniquum enim videtur esse, vt pudicitia vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Quam text. rationem etiam ad maritum adulterum pertinere, intelligit Barb. d. n. 100. secutus Cujat. ab eo relatum, novel. 22. col. 4. quanvis glos. ibi, & alij quos refert, text. illum restringāt ad eam mariti impudiciā, quæ insurgit ex illius lenocinio. Et quod scripsit de excludendo marito propter adulteriū illius, secundū jus cōmune intelligit, idquē ex eo, quia jure cōmuni attento, quilibet de populo adulteriū mulieris accusare potest, & ideo non manet impunitum delictū, quanvis maritus per adulterij exceptionem ab accusatione repellatur. Atque ita, secundum eum, apud nos, & in Regno Castellæ, quia in his Regnis nemo præter maritum, vxoris adulterium potest accusare; ne maneat impunitum, vxoris adulteriū nō poterit maritus per eam repelli exceptione reciproci adulterij sicut non repellitur opposita lenocinij exceptione, vt per eundem d. num. 100. versic. Quinimo.

20 Circa quam insignis viri, atque primarij quondam apud Conimbricenses nostros præceptoris solutionem, primò quatenus habet, maritum ab accusatione vxorij adulterij repelli posse per vxorem exceptione adulterij opposita, secundum jus commune, illius sententiæ adversus contrariam tenentes libentes assentio. Moveor, quia exceptionem hanc nulla lege legitimus improbatam, tamen vxoris accusationem adversus maritum adulterum improbatam criminaliter institutam, & repellam videamus in d. l. 1. C. de adulter. & in d. c. apud misericordem 32. quest. 1. quia verò plus est accusare, quam excipere, ex eo quod mulieribus negatū legitimus id quod plus est, & maius, inferre non debemus ad de negationē ejus quod est minus, ac favorabilius, cuiusmodi est exceptio mulieris ad repellendā mariti accusationē. Rursus, ad civiles pænas, divortij, scilicet, & bonorū mariti, & vxoris adulterij paria iudicātur, & mutua cōpensatione tolluntur, juxta receptissimam omnium traditionem, de qua sup. porrò, minus est excipere de mariti adulterio ad repellendam criminalem ejusdem accusationem, quā de eodem ad pænas tamen civiles accusare eundem; quia mulier excipiendo, nihil adversus maritum adulteriū postulat criminaliter, aut civiliter; at verò agendo, in civilibus pænis condemnari eum sibi, exigat, quod illo maius est; cui ergo licet quod est plus licere vtique debet, quod est minus, & qui



ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus, *regul. cui licet, regul. qui ad agendum, de regul. jur. lib. 6. l. non debet cui l. invitus, §. 1. ff. eod. titul.* Et sanè, si jus commune attendamus, securior hæc opinio apparebit cum, non obstet ratio illa, qua contrariam tenentes moveri potuissent, ne, scilicet, vxoris adulterium, quod grave est & publici iudicij crimen, *l. 1. ff. de publ. iudic. §. item lex Julia de adulterijs instit. eod.* maneret impunitum, quia cuiuslibet de populo libera manet eo jure facultas accusandi crimen istud *l. 1. §. final. in fin. & l. 4. versicul. extraneis, & in §. si ante extraneus ff. de adulter. l. quavis in 2. junct. gloss. ibi, ubi, verb. proximis, & cõmuni C. eod.*

21 Quæ ratio cum cesset attento jure Regio, secundùm quod nullus alius præter maritum adulterium vxoris accusare potest, vt apud nos probat *ord. lib. 5. titul. 25. §. 2. & 3.* eo jure attento contrariam sententiam secure sentit Barbof. *d. num. 100.* In quo tamen ego ab illo haud hæsitans dissentio per ea quæ dicta sunt in terminis juris communis; quæ etiam de jure Regio locum sibi æquè vendicant. Et non obstat, quòd adulterium vxoris impunitum manebit, si illa maritum accusantem excipiendo de adulterio illius repellere possit, quia jure Regio nullus alius ad accusandum admitti potest; nam, iniquum reputari non debet, nec in conveniens, vxoris adulterium manere impunitum marito non accusante, quando statutum lege ita sit, vt illo non accusante illa ab adulterij crimine libera dimittatur, nec alius eam accusare possit *d. titul. 25. §. 2. & 3.* si enim iniquum reputaretur, adulterium manere impunitum marito nolente accusare, alius admitteretur, quo accusante puniretur, vt jure communi constitutum extat, quod jure Regio correctum in hoc reperitur coarctata facultate accusandi ad solius mariti personam favore matrimonij, si ergo iniquum non existimatur, nec inconueniens jure Regio attento vxoris adulterium impunitum manere, nihil interest, id ita evenire, quia maritus accusare nolit, aut quia non possit, legitima exceptione impeditus; sicut, & impunitum manet cum maritus præventionem mortis impeditus non potuit accusare, *ord. d. titul. 25. §. 5.* à contrario sensu. Denique, nec jure communi hodierno certum ita est, extraneum omnino alienæ vxoris adulterium posse accusare non accusante marito, aut personis contentis in *d. l. quavis 2.* communes enim in hoc invicem contrariæ traduntur opiniones, vt videre est apud Farinac. *d. quest. 141. muner. 36. & sequenti;* & sanè opinio negans humanior est, & literæ

*tex. in d. l. quavis magis convenit.*

22 Lenocinij maritalis diversa ratio est, lenocinium, namque, de testabile crimine est, quod leges odio habent, & graviter puniunt, vt in *Amb. de lenonib. collat. 3.* & maius homicidio, atque etiam adulterio ipso majus reputatur, vt in adulterio loquens probat Menoch. qui alios refert, *de arbitr. centur. 6. cas. 534. num. 2.* vbi de lenonibus copiosè, & erudite agit, & constat ex citatis à Farinac. *d. titul. de delict. carn. num. quest. 144. numer. 1. & 2.* qui etiam de lenonibus fuse egit; & de mariti lenocinio ibidem per eum *ex num. 69. cum sequentib. & Menoch. d. cas. 534. ex numer. 20.* Quod quidem multò gravius & detestabilius est alijs extraneorum lenocinij, nec tamen illo vxoris adulterium excusatur onerat vero maritum ipsum *l. 2. §. si publico, versicul. lenocinium & l. vxor 12. §. iudex, versic. Quæres ff. de adulter.* Quod sic intelligendum est, vt maritus exceptione lenocinij opposita per vxorem, ab accusatione adulterij repelli possit, *d. l. si vxor §. iudex l. cum mulier, in fin. ff. solut. matrim. quam gloss. final. ibi, & in d. §. si publico, concordat cum text. ibi, & citati à Farinac. quest. 142. num. 81.* marito verò exceptione illa repulso alius de populo vtrumque conjugem poterit accusare; & non sit qui accuset, justitiæ minister apud nos accusat, & acerbè puniuntur *d. titul. 25. §. 9.* Ex quo prædictam exceptionem, dilatoriã dicit Barbof. loco supra citato *d. num. 100.* præindequè ante litem contestatam ab vxore opponi debere. Quod in exceptione adulterij marito objecta apud nos aliter se habet, quia delictum perimit, juxta supra dicta, peremptoria sentenda est.

23 Ex prædicta verò sententia, qua delictum proximum maritum exceptione adulterij repelli posse à criminali accusatione adulterij vxoris suæ, inferri potest ad leges potestatem marito tribuentes occidendi conjugem adulterantem, vt non procedant casu, quo ipse quoque maritus per id tempus concubinam retinebat, aut alias adulterio erat innodatus. Quod ita licet non isto fundamento, sed alio, sub dubio tamen tradidit Hypolit. *in l. patre vel maritum num. 11 versic. Et ex prædicta doctrina ff. de quest. & l. 1. §. item divus numer. 6. ff. de fidei subscribit. Carrer. de homicid. §. 6 numer. 24. & cogitandum reliquit Covarru. de sponsal. part. cap. 7. §. 7. nota. 7. contrarium verò probat Barbof. *d. l. 2. in princip. 1. part. numer. 98. versic. ceterum hac collectio, & numer. 100.* Gratian. *regul. 496 numer. 9.* Azeved. *l. 1. num. 31. titul. 20 lib. 8. recopilat. relat. & sententiæ cuti à Sañch. de matrimon. lib. 10. disputat. questio. 3. num. 35.* Et moventur, quia hæc*



uxoris occiso propria autoritate, magis assimilatur accusationi criminali, ad quam cum imparia judicentur uxoris, & mariti adulteria occidendi uxorem potestas lege concessa, sublatam non intelligitur propter mariti adulterium. Quæ quidem ratio Hippolyt. fundamento obviat, quod erat e compensatione utriusque adulterij ad liberandam mulierem à pœnis civilibus, unde ad casum propositum argumentabatur Hippolyt. cæterum, retenta sententia quam sup. posuit, ad eum ex illa bene infertur; nec tunc obstat prædicta ratio quia, & si demus, occisionem conjugis adulteræ propria autoritate, criminali accusationi assimilari, nec ad illam pares haberi maritum, & uxorem, tamen ratio ista, id tantum evincit, non posse uxorem, maritum adulterij causa occidere, quanvis e contra maritus possit occidere conjugem adulteram, quemadmodum nec illa accusare illum criminaliter potest, & ille accusare sic eam potest, non vero evincit, maritum occidere impunè posse, quam similis adulterij exceptione opposita accusare non poterat; imò retorquetur pro hac sententia ratio illa, si enim occiso accusationi assimilatur, & accusatio exceptione adulterij tollitur, tolletur utique, & occidendi facultas, propter adulterium mariti, quasi in casu isto, quo mulier jure exceptionis sibi competentis uti poterat, occidendi facultas lege concessa non intelligatur, tum ne mulier jure suo privata maneret, tum etiã propter rationem scriptam in l. si uxor §. iudex ff. de adulter.

24 Hic se offert quæstio, quæ inter Doctores frequens, & dubia est, de lege permitte marito, uxorem & cum ea adulterantem in crimine deprehensos occidere, an scilicet, lex occidentem ex hac permissione in foro quoque conscientie tueatur. Quam quæstionem, ad utramque partem disputat Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 7. ex numer. 8. & negativam partem communem dicit, & veniorem num. 9 in fin. quam post alios sequitur Eman. Roder. in sum. 1. part. cap. 204. concl. 9. Azor. institution. moral. lib. 5. cap. 20. vers. dubitatur 1. part. ubi ait, quod constans est omnium opinio, non licere marito, aut patri, uxorem, aut filiam in adulterio deprehensam necare absque lethali peccato, late defendit Fortun. de ultim. fin. jur. iteration. 11. principali ex num. 124. & pluribus pro ea e Theologis, & Juristis citatis sequitur Sanch. d. lib. 10. disp. 8. quest. 3. numer. 39. Alij verò tenent, maritum utendo legis facultate non peccare, si non odio, aut propria vindictæ animo, sed quasi legis minister, publicæ vindictæ causa, seu justitiæ zelo occidat adulteros; quam sen-

tentiam sequuntur relati à Sanch. loco citato num. 37. & ultra eos Barbol. noster in l. si ab hostibus §. final. num. 43. versicul. Pro concordia, & num. sequenti ff. solut. matrimon. Et similis est quæ circa bannitum traditur, stante statuto, quod à quolibet occidi impunè possit occidorem enim peccato non ligati, tradit Alex. magis communem sententiam ita esse, dicens, in l. si plagij num. 2. ff. de verbor. obligation. sequitur. Clar. in §. homicidium num. 54. ad fin. & ut communem, ac veriore, & consuetudine receptam per totam Italiam, probat Azor. d. lib. 5. cap. 25. quest. 11. quæ sanè intelligitur quando publicæ vindictæ, & justitiæ zelo occidit, si enim privatae vindictæ, & inimicitie causa occidit, tenebitur in foro conscientie, & ita in casu alio observat Glos. 1. in cap. cum in lege 23. quest. 4. & in bannito post alios tradit Felin. in cap. que in ecclesiarum, num. 14. de constitut. Gom. l. 76. Taur. in fin. Clar. in §. homicidium, num. 54. Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 90. num. 6. & num. 48. cum citatis ab eo ibid. tradit, etiam in foro exteriori arbitrio judicis fore puniendum, qui privatae inimicitie ac propriae vindictæ causa bannitum occidit, tametsi lex impunè occidi permittat; intelligitur enim de occisione quæ fit publicæ justitiæ zelo, & subdit, quod in dubio præsumitur occidisse ob livorem & inimicitiam, non ad reipublicæ utilitatem, cap. si omnia, & ibi gloss. verb. invidia 6. quest. 1. Felin. d. cap. que in ecclesiarum, num. 13. Anton. Rub. in l. non solum §. morte num. 401. ff. de nov. oper. nuntiat. Barbol. d. §. final. num. 44. Quæ sanæ propriae vindictæ, & odij præsumptio multò magis cadit in maritum adulteros occidentem, quotus enim quisque est, qui uxorem adulteram, ac adulterum cum ea inventum, publicæ vindictæ, ac justitiæ zelo, & non vlciscendæ injuriæ tuæ causa interficiat? Atque ita, si qui odio, & injuriæ vlciscendæ causa interficit, reus est homicidij; in animæ judicio, ut fatentur etiam ij qui partem negativam amplectuntur in quæstione proposita, certè, si rem magis, quam verba spectamus, non multum ij disident à communi prioris sententia oppositum affirmante; raro enim casus eveniet, si quando eveniat sicut rara avis in terra, in quo contrariæ locus sit.

25 Sed absolutè, & in casu illo raro, etiam communem sententiam probabiliorem censeo; cujus inter alia quæ pro ea adducuntur à Covar. & Sanc. ubi sup. primum, & principale fundamentum est text. in cap. inter hæc 33. quest. 2. ubi gloss. communiter approbata secundum Fortun. d. illat. 1. num. 129. hanc sententiam indistinctè probat, quanvis qui contrariam sequuntur, eam sub distinctione de



de qua sup. accipiant; ait verò *text. ibi*, qui est Nicolai Papæ, quod, & si marito liceat secundum mundanam legem vxorem adulteram interficere, sancta tamen Dei Ecclesia mundanis legibus non constringitur, quæ gladium non habet, nisi spirituale, quo non occidit, sed vivificat; *text. optimus D. Augustini, in cap. si quod verius, ead. caus. & quest.* Nec verò contrariam sententiam excusat ratio illa, quam vt pro illa vrgentiores assertores ejus comminiscuntur, nempe, maritum in casu proposito, vt legis ministrum considerari, quia potuit lex criminis executionem per ministrum ad id deputatum aliàs faciendam, subdito suo publicæ vtilitatis causa demandare, vt ex Paul. in l. accusationis, ad fin. C. de his quæ vi, metu sive caus. sunt, tradit Barbof. d. l. si ab hostibus §. final. num. 43. versic. Pro concordia, & ad banniti occisorem considerat Felin. d. cap. quæ in ecclesiarum, nu. 12. Quæ quidem ratio ad casum nostrum commentitia est, & inanis siquidem, & publicus minister, si odio ac malevolo in delinquentem animo eum occidat exequendo iudicis sententiam, peccabit, *cap. de occidendis junctâ gloss. 2. ibi in expositione 2. & cap. cum minister 23. quest. 5.* porro, quærere maritum, qui vxorem, & adulterum cum ea, in crimine deprehensos, non odio ac propriæ vlciscendæ injuriæ causa, sed publicæ vindictæ zelo, occidat, est nodum in scripto quærere.

Deinde, etsi zelum hunc in marito occidente considerari, velimus, vt publicum tamen legis ministrum, & executorem considerare non possumus, si justam legem dicere debemus; etenim injustum valde est, quemquam damnare, & ministro tradere ad occidendum inaudito. Quod, si dicas, in crimine deprehensum, vt notoriè delinquentem eo inaudito occidi posse legis potestate, quia notorietas sententiæ æquiparatur, vt communiter notatur per *text. in l. emptorem ff. de action. empt.* quid respondebis ad legem permittentem marito, occidere vxorem adulteram quandocunque etiam in turpitudine non inventam, qualem nos habemus? Sed nec in adulterio deprehensa, notoriè rea est mortis quod ad maritum attinet, quem similis adulterij exceptione ab accusando, & occidendi facultate repellere poterat, vt sup. tradidimus. Denique, in populo Christiano nec de gravissimo crimine convictos reos, ac iudicis sententia condemnatos fas est occidere per publicos ministros abnegata sacramentorum copia, saltem confessionis, nam, & sacræ Eucharistiæ viaticum fidelibus ultimo supplicio condemnatis pridie ejus diei quo sententia executioni mandanda est præstari debere, piè satis ac saluberrimæ

provisum fuit lege nostra in nova collectione ord. lib. 5. titul. 138. §. 2. & ibi etiam traditur quòd religiosi viri ita condemnatis assillam ad solatium eorum, ac piamminentis mortis instructionem, simulquæ sanctæ misericordie confratribus executio facienda denuntietur, quòd condemnatum ad supplicij vsque locum comitentur, quod illi munus sedulo ac pie exequentur sacra Crucifixi Domini imago ante reum elevata, cujus aspectu, & præsentis mortis supplicium æquo animo suscipiant, & salutem futuræ vitæ spem pia mente concipiant. Si ergo lex ita piè, & religiosè fabricata in executione faciendam per publicum ministrum parte audita, & sententia condemnatoria rite lata, dicendum non est, marito occidendi adulteros facultatem commisisse illi prætermittis, quasi ejusdem legis ministro, quæ sic ille à peccato excusetur.

26 Et hæc quidem ratio non solum maritum ipsum legis potestate vtentem onerat, sed legem ipsam in turpitudine deprehensos occidere permittentem graviter afficit, quam ex hoc vt injustam, & a pietate Christiana longe alienam damnat Fortun. & reputat invalidam de ultim. fin. jur. d. illat. 11. num. 126. cum sequentibus. Ego quidem, maritum occidentem vxorem, & patrem filiam adulteram, lethaliter semper peccare, existimo, & quidem gravissimè, nec vnquam in foro animæ legis potestate excusabuntur; legem verò ipsam, quæ sub Christianis ac catholicis Principibus letam, & a viris prudentibus approbatam, ac vultu receptam videmus, vt injustam damnare non auitur, quam potius sustinendo, permittentem mali dicerem, ad mala alia gravissima vitanda, cujusmodi est adulterium, quod quidem gravissimum & detestabile omni jure humano & humano crimen est, de cujus gravitate, & pænis, antiquo, & recentiori jure indubietis ex sacris, & humanis literis, videndus est Salzed ad Bernard in præctica criminali cap. 85. verb. Gravitatem, fusius post eum Farinac. de praxi 4. tom. titul. de delict. carn. quest. 141. & ante eos Covarr. de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 7. latissimè Tiracq. de jure mariti. l. 13. a nam. cum multis sequentibus. Non, itaque, legem defendendo, quasi mariti ministerio ad publicam criminis vindictam vtentem; juxta hunc ensensentum, iniqua appareret, & a Christiana pietate aliena valde, vt ex prædictis constat. Nec eam item probo, quasi justo dolori mariti in crimine deprehensos occidendi parcere voluisset; nam justus hic dolor, quem temperare, difficilimum est, pænam temperat excelsa ordinariam, non mitiorem aliam, *l. si adulterium cum inestu §. Imperatores ff. de adulter. l. si quis in gravi §. si maritus, junctâ gloss. ibi.*



verb ignoscitur ff. ad senatus consult. Sillan. l. Graech. in fin. C. de adult. sed quasi mali permissiva sustinenda est; quod ipsam quidem legem non efficit iniquam, & in validam, quando malum vnum permittit ad alia evitanda, quanvis, qui hac legis permissione utitur, inique agat, vt in permissivis alijs videre est, videlicet, in lupanarium permissione, & læsionis citra dimidiam.

27 Cæterum, si, quid sentio, fas est dicere, etsi legem de adulteris occidendis, sensu prædicto validam dicamus, procul tamen à finibus Christianis fore relegandam, & exterminandam illa maximè ratio suadet, quæ Christianam respicit pietatem ac religionem, cui sanè nequaquam convenit, sed ab ea longè abhorret, vt ijs prætermisissis quæ ad salutem animæ conducunt, delinquentes ultimo supplicio afficiantur, etiam auditi, ac de crimine ritè convicti; multo minus igitur permitti debet, vt non convicti nec auditi interficiantur; & quod fidelium mentes, ac humana etiam viscera maximè exulcerat, vt in peccato ipso occidantur, quo, non corpus tantum, sed & animam perire, probabile est; nam etsi inter mortis angustias, & anxietatem, de peccato doleat imminentis pænæ metu, attritio hæc est, quæ absque sacramento ad vitam non proficit, contritionem verò eo statu habere, specialissimum divinæ largitatis beneficium est. Nec in illo solum facinoris statu, sed vtcunque veniat filijs hujus sæculi imperata mors, æternæ vitæ periculo magno est, & nocumento; vnde sancta Ecclesia inter alias Litaniarum supplicationes, Deum precatur, vt à subitanea, & improvita morte liberet nos; quæ quidem pia & communis ad Deum supplicatio contraria est legi subitaneam, & improvitam mortem in subditos permittenti. Ex quo, multo magis catholici Principes, Ecclesiæ ipsius filij, de suarum legum cathalogo auferre deberent legem tanti mali permissivam præsertim quod ratio illa permissionis, vt nempe, adulteria evitentur, sterilis nimis est, vt propter eam lex tanti mal, aut etiam tantorum malorum permissiva evulgetur; adulterium, namque, non raro committitur, & conjug pudica, pudicitia ipsius, mariti, ac virtutis amore illud abominatur; quæ verò impudica est, legis metu ab illo non cohibetur, certam temper, aut, vt certius loquar, cæcam occulti criminis, instigante Diabolo, ipem sibi proponens.

28 Additur, civilibus legibus antiquis, & novis, quibus adulteria puniuntur, nunquam marito in conjugem adulteram ejulcemodi potestatem esse tributam, & tamen patri in filiam sub sua potestate constitutam in adul-

terio deprehensam tribuitur, & marito in adulterum quando vilis conditionis est ejus, inquam, quæ describitur in l. marito ff. de adulter. Et certè, quod patri potius quam marito occidendi tribueretur facultas, ratio in promptu est, quæ scribitur à Papinian. in l. nec in ea, in fin. ff. de adulter. vbi, Ideo autem, inquit, patri, non marito mulierem, & omnem adulterum permissum est occidere, quia plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit; cæterum, mariti & calor, & impetus facile savientis fuit refranandus. Quæ ratio clarè innuit, occisionem adulterorum propria autoritate legi inimicam esse, quam idcirco in marito cohibuit, patri verò permisit, paterno amor, & optimo illius pro liberis consilio confidens.

29 Maior verò difficultas est in investiganda ratione differentia quod ad maritum attinet, inter adulterum, quem aliquando occidere, marito licuit, & vxorem adulteram, quæ jure communi huic nunquam potestati subjecta est; cum, si illatam adulterio injuriam attendamus, maiorem patiatur maritus ab vxore à qua maior ixigitur fides, & conjugalis amor, quam ab adultero, juxta illud Ps. 54. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò, homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu. Veniat mors super illos, &c. Atque ita, quia vxor, sociæ rei humanæ, atque divinæ domus suscipitur l. adversus C. de crimin. expilat. heredit. & vnanimis marito est, erunt, inquit, duo in carne vna, Genes. 2. magis contra matrimonium ipsum, ac maritum delinquit adulterando, quam qui eam adulterat; ex quo videbatur, quod facultas marito competens occidendi adulterum in casibus à jure permissis, in vxorem competere etiam, & à fortiori deberet, tanquam maioris vindictæ ream; cuius tamen contrarium legimus in d. l. marito, junctâ gloss. 1. ibi, & gloss. verb. omnem in d. l. nec in ea, versic. Ideo autem l. si adulterium cum incestu § Imperatores, eod. titul. Cujus discriminis ratio, pervia quidem non est; in eo tamen consistit, vt puto, quia secundum jus antiquum non licebat marito adulterum vxoris suæ in adulterio ubicunque deprehensum occidere, etsi vilis conditionis esset, sed tunc demum, cum in domo mariti ipsius deprehendebatur, vt probat text. in d. l. marito, quod hodierno jure latius extenditur præcedente trina illa contestatione, de qua in Auth. vt lic. matr. & avia §. his quoque collat. 8. & Auth. si quis ei C. de adulter. atque ideo, etsi vxor adul-



adulterio ipso gravius delinquat, maioremque irroget marito injuriam, quam adulter illius, feverius tamen in illum animadverti debuit, quia ex parte illius duplex committitur injuria, & duplex delictum, vnum, quia mariti domum ingreditur adulterandæ vxoris illius causa, alterum, quia adulterat. Dicit aliquis, etiam vxor ipsa maiorem irrogat injuriam, cum in domo mariti committit adulterium, quam cum alibi, vt probat *text. in l. quod ait lex §. sufficit, versic. Illa ratio ff. de adulter.* sed respondetur, quod hoc adulteri crimen, & illam ab eo injuriam magis aggravat, si enim illa maiorem infert injuriam adulterium committendo in propria mariti domo, quæ vtrique communis est; profectò multo magis in domo eadem offendit ille, cui nullum eam ingrediendi jus competeat, imò, solo ipso domus ingressu adulterandæ vxoris causa graviter offendit virum ejus. Atque ita, in hoc, puto, quòd consistat discriminis ratio, vt adulter occidi aliquando impunè possit, adultera verò nunquam, secundum jus civile:

Ex quo, redeundo ad propositum, suaderi multò magis potest, patriarum legum abolitio de occidendis adulteris propria autoritate; si enim Civilibus legibus, quorù Authores salutem animarum non curabant, ejusmodi potestas marito in vxorem nunquam datur, & in adulterum non liberè datur, sed certis restricta casibus; profectò, inter Christianos, quibus præcipua animarum, & collendæ pietatis cura est, multò magis potestas talis neganda erit, quæ & ijs quibus datur, & in quos datur, magna fert incommoda cum æternæ salutis dispendio, ac probabili præsertim cum in ipsa turpitudine occiduntur gehennæ ignis periculo. Deleatur, ergo, de libro legum Catholicorum Principum ejusmodi lex, quæ, cum magna ac certa secum mala ferat, nec malas fæminas, à malo refrænat, nec bonas excitat ad conjugalem fidem castitatemque servandam; quia hæ castitatis ipsius, ac conjugalis societatis, & virtutis amore peccare oderunt: illæ legis metu non se abstinere, maritorum ignorantiam sibi semper ante cæcos mentis oculos proponentes, cum malo consentiunt cæca ipsæ ignorantia sua elusæ.

## ARTIC. SEPTIMI.

## SUMMARI A.

**H**onestum est; filias sine parentum consensu non nubere.

*Et ante vigesimum quintum ætatis annum nubentibus sine parentum consensu pena exheredationis imponitur communi jure, & Regio.*

- 2 *Filia in corpus suum peccans ante vigesimum quintum ætatis annum penam ex heredationis incurrit, quam non incurrit peccans post annum illum; contra quod movetur difficultas, & solvitur.*
- 3 *Item iraditur in illa que post vigesimum quintum ætatis annum in corpus suum peccat, cum parentes justas illi nuptias obtulissent cum dote competente, quibus noluit assentiri. Et expenduntur pro hac sententia verba text. in Auth. vt cum de appellat. cognoscit. §. aliud quoque capitulum, versicul. causas prope finem collat. 8.*
- 4 *Idem & si pater post vigesimum quintum ætatis annum nuptias justas obtulisset, & illa illi recusatis eligit in corpus suum peccare.*
- 5 *Filia, cui pater dignas obtulit nuptias antequam ad vigesimum quintum ætatis annum pervenisset, & illis recusatis nupsit indigno post illum ætatis annum, penam ex heredationis non incurrit, ut illa que peccat in corpus suum, & differentia ratio inter hanc, & illam assignatur.*
- 6 *Intelligitur text. d. Auth. vt cum de appellat. cognoscit §. aliud quoque, versic. causas, prope fin. & probatur, filiam ante vigesimum quintum ætatis annum irrequisitis parentibus nubentem, & quanvis in digno nubat, exheredari ob id non posse, secundum jus Casareum, & Regium Castella.*
- 7 *Limitatur in ea que ita indignè nupsit, vt grave inde parentes injuriam patiantur. Item in illa que seruo nupsit, quanvis post vigesimum quintum ætatis annum nupsisset. Et assignatur differentia ratio inter hanc, & illam que post illum ætatis annum in corpus suum peccavit, ad intellectum text. in dict. versicul. causas autem.*
- 8 *Secundum jus commune, & Regium Castella, vt filia exheredationis penam incurrat propterea quod ante vigesimum quintum ætatis annum in corpus suum peccat, requiritur, quod luxuriosè vivat, sed secundum jus Regium Lusitania nostræ, semel peccare sufficit.*
- 9 *Leges pena exheredationis mutant filias in corpus suum peccantes, etiam viduas in minore ætate constitutas, & conjugatas comprehendunt. Et num. sequenti. Et specialis circa conjugatas declaratio d. n. 10.*
- 11 *Mater meretrix filiam ob meretricij causam exheredare non potest. Limitatur in matre que tempore conditi testamenti emendata jam erat. Et limitatio ista dupliciter subimitatur.*



- 12 Patre meretricatore filia meretrix non excusatur à pena exheredationis. Limitatur quādo ille turpitudine sua occasione filia praeiuit.
- 13 Filia minor quae iniuitis parentibus nupsit indigno, vel in corpus suum peccavit, non est privanda alimentis, nec dote quatenus ad illa necessaria sit, si non habet unde alatur. Et nu. 14. & 16.
- 14 In questione, an pater ingrato filio alimenta prestare teneatur, contrariae opiniones distinctione concordantur.
- 15 An ingratitude causa à filio commissa, per penitentiam ipsius tollatur.
- 16 Filia minor quae nupsit indigno, aut etiam digno iniuitis parentibus, propter quod causam exheredationis incurrit secundum jus nostrum Regium, dote, & alimentis privanda est, nisi quatenus ad vitam alendam necessaria sint.
- 17 An filiam quae in minore aetate constituta in corpus suum peccavit, postea emmendatam pater in matrimonium collocare, & dotare teneatur.

ARTIC. VII.

De filia iniuitis parentibus nubente, aut in corpus suum peccante.

**H**onestum esse, atque reipublicae maximè conveniens, filias in contrahendis nuptiis parentum consentum, exigere, scripsit Covar. de sponsal. 2. part. cap. 2. §. 8. num. 1. versiculi. Honestum tamen; non est enim virginalis pudoris eligere maritum, ut inquit D. Ambros. lib. 1. de Abraham cap. ultim. ubi, non solum in virgine, sed in vidua adolescentula id ipsum commendat, ut inquiens, electionem mariti parentibus deferat, ne appetentiae procacioris exultimetur auctor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet; & adducit illud Euripicæ in Andromacha, Sponsaliorum meorum pater meus curam subibit; hoc enim non est meum: habentur hæc in capit. honorantur 32. quest. 1. quibus conveniunt Imp. verba in l. in conjunctione C. de secund. nupt. ibi, Si puella cultu verecundiae propriam voluerit voluntatem depromere. Ad quod honesti jus pertinent leges patriæ, atque etiam Cæsareæ secundum communem sententiam, quæ filiabus ante vigesimum quintum aetatis annum nubentibus absque parentum consensu, penam exheredationis imponunt; de quarum legum validitate, & ratione, cum alijs ad earum ornatam intexui dispositionem in releet. l. Titia, si non nupsit. 3. part. ex nu. 1. cum multis sequentibus ff. de condition. & demonstrat. Et hoc quidem jus tam comprehen-

dit filias sub patria potestate constitutas, quæ emancipatas, viduas, & naturales tantummodo, ut pro ampliacione legis nostræ lib. 4. titul. 88. §. 1. tradidi d. 3. part. releet. num. 35. cum duob. sequentibus. omnes enim debitum parentibus obsequium ligat, ut pro ratione expendi ibid. num. 37. & honestatis ratio, secundum quam, filias irrequisitis parentibus ad nuptias convolare, non decet, ut in d. capit. honorantur, & scripsi d. 3. part. num. 23. omnes æque comprehendit. Et quanvis utraque ratio etiam maioris aetatis filias comprehendere videatur, ex causa tamen publicæ utilitatis, quæ in contrahendis liberè nuptiis consistit, legis dispositio ad vigesimum quintum aetatis annum restricta est, ne si ulterius extendere-tur, nuptiis impedimentum afferret, ut explicui d. releet. 3. p. n. 24. & seq.

2 Et quidem, quod attinet ad matrimonij causam, justè lex certum filiabus tempus præscripsit, intra quod absque parentum consensu nubere non possent citra exheredationis penam, ut latè probavimus loco citato. Cæterum, in eo quod idem æquè diffinierit tempus ad penam exheredationis incurrendam si in illo filia in corpus suum peccaverit, ut ita post vigesimum quintum aetatis annum hac pena immunis peccare possit, dura lex videtur, & non satis honesti jus respexisse, quod, constat, multò magis filiam violare peccando in corpus suum, quam ad nuptias irrequisitis parentibus convolando. Atque ita videtur, quod justius, & honestius lex statuisset, si filiam, quandocumque vivis parentibus in corpus suum peccasset, exheredationis pena multasset, prætermissa in hoc certæ aetatis diffinitione, quam in nubentibus duntaxat expressisset, non verò in fornicantibus, publica polcebat utilitas, & contrahendi matrimonij libertas. Lex tamen aperta est, secundum quam, filia, quam pater distulit matrimonio copulare, post vigesimum quintum aetatis suæ annum in corpus suum peccando, exheredari ob id non potest, Auth. ut cum de appellat. cognoscit. §. aliud quoque, versic. Causas, in fin. collat. 8. Auth. sed si post C. de in officios. testam. & in Regno Castelle l. 5. titul. 7. part. 6. apud nos ord. lib. 4. titul. 88. §. 1. à contrariario tenit, ubi quod attinet ad exheredationis penam idem jus æquè statuitur in ea quæ ante vigesimum quintum aetatis suæ annum cum aliquo dormierit, & in illa quæ sine parentum consentu intra tempus illud alicui nupsit.

Quare, ut difficultas propter utriusque causæ æquiparationem transacto vigesimo quinto aetatis anno tollatur, attendenda est ratio quam ad utrumque casum subjecit Imperat.



in d. versic. causas, finalibus verbis, ait enim, loquens de filia post vigesimum quintum ætatis annum in corpus suum peccante, vel marito libero tamen, sine parentum consensu se conjungente, quod hoc illi ad ingratitude impunitari non debeat, pro ratione subdens, *Quia, non sua culpa, sed parentum id commisisse, cognoscitur.* Quasi sic, & si filia male agat in corpus suum peccando (id enim negari nunquam potest) exhæredationis tamen pœnam evadat propter parentis culpam, quam lex considerat in eo quod ultra vigesimum quintum ætatis annum filiam marito copulare distulit.

3 Vnde dubitari potest, an, si filia honestas à patre nuptias illi conquiritas, ac cum dote competente oblatas intra statutum à lege tempus, recuset, ac deinceps illo transacto luxuriosè vivat, exhæredationis pœnam incurrat? Et videtur, quod sic, tum, quia nulla tunc in patre deprehenditur culpa, seu negligentia in quærendis filia nuptiis, sed magis filia ipsius culpa reperitur, quæ assentire illis, injustè recusavit; tum, & maximè, quia si verba legis in d. versicul. causas, prope finem, attente consideremus, ad hunc etiam casum, non dubie pertinere videbuntur, præsertim ibi, *si verò usque ad vigesimum quintum annorum ætatis pervenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc contigerit, in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum marito se libero tamen conjungere, hoc, ad ingratitude filia, nolumus imputari; quia non sua culpa, sed parentum, id commisisse cognoscitur.* Per quæ verba ostenditur, quod, ut filia peccando in corpus suum, à pœna exhæredationis, de qua ibi, excusetur, duo copulativè requiruntur, vnum, quod usque ad vigesimum quintum annorum ætatem pervenerit, alterum, quod parentes distulerint eam marito copulare, vtrumque enim simul intervenire debere, exigit natura copulativæ dictionis, de qua in text. & præterea idem insinuant verba illa, *ex hoc contigerit*, idest ex nuptiarum dilatione; atque ita, quanvis pervenerit ad vigesimum quintum ætatis annum, si parentes quantum ex parte illorum est, non distulerunt eam marito copulare, sed illa conquiritis nuptiis irrationabiliter renuit assentire, subiacebit exhæredationis pœnæ, juxta proximè præcedentem ejusdem text. casum, ubi scribitur vna ex memoratis in text. illo exhæredationis causa nullo ætatis filia termino circumscripta: cujus verba sunt hæc quæ sequuntur, *Si alieni ex prædictis parentibus volenti sua filia, vel nepoti maritum dare, & dote secundum vires substantia sua pro ea prestare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam, elegerit.*

Iuxta quæ text. verba, junctis quæ sequuntur, quæ sup. transcripsi, expeditum censeo, quod, si filia justis illi à parente nuptiis cum dote competente oblatas non assentiat, & turpem eligat vitam post vigesimum quintum ætatis suæ annum, non ex hoc pœnam exhæredationis effugiet.

4 Id què, ne cum si parens intra vigesimum quintum ætatis annum nuptias illi obtulisset, sed etiam si post illum transactum, vtrique enim casui verba text. conveniunt, præsertim illa, *Si verò usque ad vigesimum quintum annorum ætatem pervenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare.* Denique, in confirmationem addo, jure codicis generaliter statutum esse, filiam turpiter viventem exhæredari posse, nullo in id ætatis tempore definito *l. si filiam C. de inoffic. testam.* quod jus, Authenticorum jure correctum fuit in filia post vigesimum quintum ætatis annum in corpus suum peccante, differente patre eam marito copulare, ut in *Auth. sed si post*, ibi subjecta, & in corpore vnde sumitur *d. Auth. ut cum de appellat. cognoscit §. aliud, versicul. causas autem, ad fin.* atque ita, si parens non distulit, eam marito copulare, sed illa potius distulit, seu irrationabiliter renuit acceptare, manebit sub dispositione juris antiqui *d. l. si filiam*, quasi in casu isto correctum non extet, sed in illo tantum, quo parens distulit, filiam marito copulare. Et convenit regula *l. Labeo scribit. 50. ff. de contrahend. empt.* secundum quam, cum stat per eum, cum quo conditio impleri debet, quominus impleatur, pro impleta habetur; & ita in terminis, tam jus cõmunè locis citatis, quam *Callæ Regium* intelligit *Gregor. in l. 5. ut. 7. part. 6. verb. Que no querit casar, ad fin.*

5 Hoc tamen in illa duntaxat est intelligendum, quæ justis spretis nuptiis à parente oblatas turpem vitam degere elegerit, & non in illa quæ ad nuptias convolvit post vigesimum quintum ætatis annum, tamen non ita dignas, ut quæ sibi à parentibus conquiritæ, & oblatae fuerant cum dote competente ante quam ad eam pervenisset ætatem, & si copulativa oratio de qua in text. ubi sup. hanc æquè, ac illam, determinare videatur, dispartamen vtriusque ratio est; quia filia quæ dignis spretis nuptiis à patre illi oblatas, in corpus suum peccat, nullam habet exculationem peccati sui; at verò illa quæ talibus neglectis nuptiis alias postea non ita dignas, imò non se ac suis dignas elegit, pœna exhæredationis multari non ita debet, propter contrahendi matrimonij libertatem, propter quam nuptiis à patre quæsitis consentire non tenebatur, & post vigesimum quintum



atatis annum libere cui voluit, libero tamen, nubere potuit secundum leges, quæ in casu isto, exheredationis pœnam non imponunt, sive jus commune, sive Regium attendamus, nam Regiū nostrum *lib. 4. tit. 88. §. 1.* pœna ista illam auntaxat multat, quæ sine parentum consensu nubit ante vigesimū quintum ætatis suæ annū, cōmuni verò jure, nec hanc quæ nuptui sed ad ante vigesimum quintum ætatis suæ annum in pœnā incidere, certū est, quia nulla est lex quæ hoc exprimat in filia nubente: & qui de jure cōmuni sententiā hanc probant, movetur per *tex. d. Auth. sed si post C. de inoffic. testam.* & in corpore, unde lumitur, à contrario sensu; quod argumentū alij in hoc non probant; de quo latè Suar. *in l. 2. tit. de los casamientos lib. 3. for. ex n. 28.* Barbof. *verò in l. 1. 4. p. n. 33. & seq. ff. solut. matr. cum alijs quos refert,* distinguit inter eam quæ nubit digno, & quæ indigno nubit ante vigesimum quintum ætatis annū, vt illa Cæsareo jure attentio exheredari nunquā possit, ista verò sic; in qua recipit argumentum à contrario sensu d. auth. sed si post. Atque ita apparet, inter omnes extra controversiam esse, nubentē indigno post vigesimum quintum ætatis suæ annum exheredari non posse, tametsi digno à patre ante oblato contentire nolisset.

6 Et non obstat copulativa ratio, de qua ind. versicul. *Causas autem, ad fin. secundum quam probavimus, eam quæ post vigesimum quintū ætatis annum luxuriosam vitā degere cegerit, cum dignis nuptijs ante à patre quasi sitis & oblati contentire nolisset, in pœnam exheredationis incidere propter copulativæ naturā, de qua ibi, quæ æquè porrigitur ad nubentem, vt ibi videre est; dicendū est enim, orationē illam in sensu suo directo & expressio prout jacet, vtrūque casum, nēpe, filia in corpus suū peccantis, & sine parētis cōsensu homini libero nubentis post vigesimū quintū ætatis annum pariter determinare, argumentū verò à contrario sensu inde collectū eā tantū includere quæ in corpus suū peccat, sive id cōtingat ante vigesimū quintū ætatis annū, sive post eū expletum vbi parēs non distulit, eam in matrimonium collocare, juxta naturā copulativæ dictionis, de qua ibi, ac proximè præcedētis *in tex. ibi casus positionē, vt sup. expendimus;* non verò includere filia nuptui se tradentem digne, sive ante vigesimum quintum ætatis annum, sive postea, & si pater digne eā collocare voluisset, & illa renuisset, quia casus hic nulla lege reperitur expressus, iacircò per argumentū à contrario sensu nō est inducendus in materia pœnali, & odiosa, præsertim matrimonij libertate obstante. Ex quo magis probocū Thom. Sancio *viro doctissimo, & relatis ab eo, de matrim. lib. 4. disp. 24. n. 3. tom. 1.* filiam nubentem indigno inuitis parentibus*

ante viginti quinque ætatis suæ annos exheredari ob id non posse Cæsareo jure attentio; & communiorem ita esse Doctorum sententiam, eandem secutus ait Molin. *de justit. & jur. tom. 1. tract. 2. disp. 176. num. 14.* & de jure Regio Castellæ idem probat Sanc. *loco citato num. 15. per l. 5. titul. 7. part. 6.* quo etiam jure idem probat insignis Barbof. *d. l. 1. 4. part. n. 35. circa init.* Ex quo loco, de jure nostro Lusitano, fusè, & eleganter per eum.

7 Quod tamen sic accipi volo, si cui filia nupsit, indignus ita non sit, vt gravem inde patrens patiatur injuriam, quod boni viri judicio æstimandū erit; hoc enim casu contraria sententia tenenda erit, nec quidem per argumentum à contrario sensu sumptam *ex d. auth. sed si post, & d. versic. causas autem, ad fin.* quod si sumendum inde esset, non magis calum hunc cōcluderet, quàm præcedentem, in quo diversam probamus sententiam; sed potius per *text. ibid. in d. versicul. causas autem, in princip.* vbi pro secunda ingratitude causa scribitur, si quis parentibus suis gravem, & in honestam injuriam ingererit; quam ego ingeri dico, indignis filia nuptijs, non tamē, qualiter qualiter indignis, sed ita vt illis parens opinione hominū notabiliter injuriaretur; & quavis eandem sustineat injuriam, his cōtractis nuptijs à filia post vigesimum quintū ætatis suæ annū, hoc tamē ad ingratitude illius non imputatur, quia parentis culpa contigisse, juris censura reputatur, dum ad eam vsque annorum ætatem filiam marito collocare distulit, *vt in dist. versic. Causas, in fin.* semper tamen excipiendus est casus quo filia liberè non libero nupsit, *juxta tex. ibi.* Qui quidem *text.* (vt hoc obiter notemus) notabilis est in eo, quod maiorem æstimat parentū injuriam si filia cum servo nubat, quàm si in corpus suum peccet; peccantē enim post vigesimum quintum ætatis suæ annum, impunitam finit, sed, mancipio nubentē, vt ingratam punit, vt tenet *glos. fin. ibi, & in d. Auth. sed si post, quam sequitur* Barbof. *cum relatis ab eo d. l. 1. 4. part. num. 32. versic. Limitanda tamen, & omnes secundum Sanc. d. disput. 24. nu. 10.* Cujus differentie rationem in eo esse puto, quia secundum jus civile affinitas ex nuptijs contrahitur, & non ex coitu illicito *l. facile §. affines, & §. sciendum ff. de gradib. affinitat. gloss. in §. affinitatis, in lit. de nupt.* & ideo ratione affinitatis à filia cōtractis nuptijs caulata inter parentes, & maritum cui copulatur, maiorem illis, ac toti familiae juris censura injuriā irrogare visa est, nubendo serviliter, quàm luxuriosè vivendo.

8 Notanda quoque est ingens differentia inter jus commune, & nostrum circa eam quæ peccat in corpus suum antequàm perficiat

Ec

vige-



vigesimum quintum ætatis annum; nam jure communi attento, ut pœnam exhæredationis incurrat, non fatiserit, semel, aut bis peccare, sed requiritur, quod, luxuriosam degere vitam elegerit, ut dicit *text. d. Auth. ut cum de appellat. cognoscit §. causas autem, prope fin. in versic. Si alicui*, per quem ita tradit Sanch. *d. lib. 4. disput. 24. num. 6. post Covar. c. Raynutius, in init. num. 15. de testament. & Molin. de just. tom. 1. tract. 2. disput. 176. fol. 1038. in fin. ab eo citatos, qui de jure Regio Castella idem probant per l. 5. titul. 7. part. 6. ubi Gregor. verb. En puteria*. Sed jus nostrum prescius hoc strinxit; per vnum enim coitum filiam exhæredationis pœnam ipso facto incurrere, statuit *ord. lib. 4. tit. 88. §. 1.*

9 Sciendum verò est, quòd ne dum quæ nunquam nupsit, sed vidua, & maritata etiam minor legi subjiciuntur; quia ejus dispositio generalis est, & omnes comprehendit; quam in vidua minore ad secundas nuptias inuitis parentibus convolante nuncupatim tradit Barbof. *d. l. 1. 4. part. nu. 42. in fin. idem ergo dicendum est si stuprum admittat in ea ætate constituta.*

10 In conjugata verò non minor ratio est, sed maior propter maius delictum, quod vertitur in adulterio, maioremquè eo parentibus irrogatam injuriam; vnde, & occidendi filiam in adulterio deprehensam, potestatem pater habebat *l. patri, cum legib. sequent. ff. ad leg. Jul. de adulter*. Et quanvis potestas hæc filiam adulteram occidendi, illi soli parenti tribuebatur sub cujus potestate filia erat, tamen in casu nostro qualitas illa non requiritur, quia utriq; parenti data est facultas filiã exhæredandi eam ob causam, & tamen fœmina sub sua potestate liberos non habet *§. femina, instit. de adoption*. Atq; ita videtur, quòd possint parètes exhæredare filiã ex causa adulterij cõmissi antequàm perficeret vigesimũ quintum ætatis annũ, aut etiã, quod attento jure nostro Regio eo ipso maneat exhæredata, ut generaliter statutũ est in ea quæ antequàm excesserit illum ætatis annũ in corpus suum peccavit. Nec quidem de sententia hac dubitarem, si non ex adverso matrimonij favor ac conjugalis cõcordia obstaret; propter quam, etsi adulterij crimen publicus sit, nulli tamen alij regulariter, præter maritũ, accusare illud, licitum est, saltem jure nostro *ex ord. lib. 5. tit. 25 §. 2. & 3. de quo scripsimus sup. articulo præcedente*. Quarè, dicendum puto, ut jure nostro Regio, nõ liceat patri filiã adulterij causa exhæredare, nisi in casu quo illi, aut cuilibet alij, accusare illud, licitum esset, quia fortè viro lenone adulterium cõmisit; jure verò cõmuni, quo jus accusandi adulteriũ latius patet, patri, namque, & quibusdam alijs personis con-

junctis competit per *l. quanvis 2. C. ad leg. Jul. de adulter*. & exhæredandi facultatẽ, quod est minus, cõpetere parentibus, dicendum est. Id. què, ne dum si intra vigesimũ quintum ætatis annum filia adulteretur, sed etiam si, postquam illum excesserit; tum, quia in casu isto cessat ratio scripta in *d. Auth. ut cum de appellat. cognoscit §. causas, in fin.* pro excusatione illius quæ post vigesimum quintum ætatis annum in corpus suum peccavit; tum, quia filia adulterio gravis parentibus irrogatur injuria, quæ per se digna est causa exhæredationis, *juxta d. §. causas, in princ. ibi. Si gravem, & in honestam injuriam eis ingesserit*; quod si quis objiciat, etiam luxuriosa soluta filia vita gravem, & in honestam parentes pati injuriam, ob quam tamen, si post vigesimum quintum ætatis annum contingat, exhæredari illa nequit, *juxta text. ibi in fin.* facilis est responsio, & cuique pervia *ibid.*

11 Illud verò constat, quod, si mater est meretrix, filiam meretricij causa exhæredare, non potest, ut tradunt Bart. Bald. & communiter Scribent. per *text. ibi, in l. in arenam C. de officios. testament. Covar. cap. Raynutius in init. num. 15. de testament. Molin. de justit. tom. 1. tract. 2. disput. 176. num. 15. & alijs citatis Sanchius d. lib. 4. disput. 24. num. 7.* Quod tamen in matre jam correctã limitari cõmuniter solet, ut scripsi in *relect. l. Titia 3. part. n. 41. ff. de codit. & demonstrat.* Non tamen constat inter Doctor. quo tempore, correctã eam esse oporteat, ut filiam eam ob causam exhæredare possit; & communis opinio contenta est, si, tempore quo mater moritur, emendata jam erat, secundũ Menoch. *de success. creat. lib. 1. §. 10. n. 611.* vbi tamen hoc reprobãt, tenens, oportere emendatam eam esse tempore quo condit testamentum. sequitur Sanc. *d. disput. 24. n. 8.* Ego illis assentio; addidi verò in *d. relect. mea §. part. nu. 43.* sublimitationes duas ad præcedentem limitationem; prima est in matre quæ à meretricio surgit cum illi apta jam nõ est vel propter senilem ætatem, ad quam usque perseveravit luxuriosè vivendo, vel propter superveniens aliquod valetudinis impedimẽtum hæc enim, etsi deinceps probatissimæ matronæ vitam agere instituat, filiam, eam ob causam quam ipsa in se probavit quoad usque potuit, exhæredare non poterit; secunda est in matre, quæ turpi vitæ suæ instituto, ejusdem turpitudinis filia fuit exemplo; nam, & hæc emendata exhæredare filiam non poterit, ut loco citato tradidi. Quid verò si filia ipsa erroris sui pœnitens, & emendata proponatur, scripsi *ibid. nu. 42.*

12 Et de patre meretricatore, in quo diversum jus traditur, ut probant relati, & secuti à



Tiraq. de legib. connubialib. l. 1. num. 45 versic. Propterea quavis, Surd. de aliment. tit. 7. quest. 4. a num. 3. cum sequentib. vbi agit de alimentorum denegatione meretricij causa, Molin. d. disput. 176 num. 15. Sanc. d. disput. 24. num. 7. scripsi d. relecl. 2. part. num. 40. vbi hoc limitem in patre qui turpitudine sua, ejuldem turpitudinis occasionem filiae praebuit; quam ideo exhaereditare, illi non licebit, eam ob causam, quae ipsi imputanda potius est, d. Auth. vt cum de appellat. cognoscit §. causas, in fin. facit text. in l. cum mulier ff. solut. matrim. ibi, Cur enim improbet maritus mores, quos ipse aut ante corrupit, &c.

13 Quæri item solet, an ex prædictis causis, scilicet, quia filia minor nupsit inuitis parentibus, aut in corpus suum peccavit, possint eam parentes dote, & alimentis privare. Et circa dotis causam communis distinguit inter eam quæ digno, & eam quæ indigno nupsit, vt primam pater dotare teneatur, secundam verò non, nisi quatenus ad necessaria vitæ alimenta expediat, si pauper est, nec habet vnde alatur; quam distinctionem in viroque membro probat Rip. in l. 1. num. 57. & sequent. ff. solut. matrim. & eo, atque alijs citatis communem iradens Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 3. §. 8. n. 7. Molin. de Hispanor. primogen. lib. 2. cap. 16. num. 7. & 8. post omnes Sanch. de matrim. l. b. 4. disput. 26. numer. 16. cum sequentib. tom. 1. vbi non nullas subdit conclusiones pro resolutione præsentis quaestionis, post quatuor in ea opiniones adductas. Barbof. verò in l. 1. 4. part. num. 41. versic. Caterum, & num. sequenti ff. solut. matrim. filiae qua nupsit indigno dotem absolutè negat, etiam si aliunde non habeat vnde alatur, contra Rip. & sequentium distinctionem, eo præcipuè ductus fundamento, quia pater ingrato filio nec necessaria ad vitam alimenta præstare tenetur, vt ibi dempercum Quod tamen alijs non placet, qui necessaria alimenta ingratis liberis debere, probant; quod vt verius probat Sanc. disput. 26. num. 1. in fin. inde inferens ad paternam dotis obligationem in quantitate necessaria ad talia alimenta, quando aliunde ea filiae ingratae non supplerent, sed fame periret.

14 Ego quidem opinionem hanc, probabilem cenleo, & æquam esse, negare nemo potest; vtrumque fatetur Molin. d. lib. 2. c. 16. numer. 3. cui tamen contraria magis placuit, quam probat Barbof. loco proxime citato. Pro concordia verò distingui potest, nec sanè improbabiler, inter ingratitudinis causam quæ directò, & immediatè personam parentis respicit, & quæ non directò, & immediatè, sed consequenter illum tangit, vt cū pater injuriam patitur in persona filij, filia vè propter ig-

nomiosam vitæ professionem, quam elegit; primo enim casu, videtur, justè filio alimenta ad vitam necessaria posse negari, secundū priorem sententiam; quavis enim hæc à parentibus jure naturæ liberis debeantur, ad idem tamen jus pertinet, honorare parentes; idcirco filius auxilio juris quod in vno graviter violavit, ad aliud iuvandus non erit, argum. tex. in l. auxilium, in fin. ff. de minorib. in altero verò casu, quia in se ipso filius principaliter delinquit, & non in persona parentis, quem turpi vitæ professione offendere, non intendit; alimentis jure naturæ debitis non est privandus, illis, inquam, quæ ad vitam necessaria sunt; nam, etsi exhaereditari dignus sit, non tamen causa ipsa exhaereditationis naturæ jus quod præcipit honorare parentes, directò offendit. Atque ita in casu proposito vtraque opinio ad cōcordiam reducenda erit.


15 Nec quidem nova est hæc cautelarum ingratitudinis distinctio, eadem enim vtuntur alij, cūm quæritur, an per filij penitentiam ingratitudinis causa tollatur, vt ob eam quæ ante commiserat, exhaereditari nequeat; distinguunt enim inter causam istius, & illius speciei, vt per Rip. contrarias opiniones sic concordando in l. final. quest. 67. n. 225. & sequenti C. de revocand. donat. Covar. in cap. Raynutius, in int. num. 19. in fin. de testament. Surd. tract. de aliment. tit. 7. quest. 1. num. 35. & sequenti; quod tamen non placet doctissimis Lusitanæ nostræ viris, Cost. in l. Gallus §. & quid sit tantum 3 part. numer. 190. in fin. & sequent. ff. de liber. & posthum. & Barbof. d. l. 1. 4. part. num. 46. versic. Ex quibus inferitur, tradentibus, exhaereditationis causam, siue hanc, siue illam, penitentia filij non aboleri, excepta arenarii causa, de qua loquitur text. in Auth. vt cum de appellation. cognoscitur. §. causas autem, versic. Si præter, collat 8.

16 Ex prædicta verò sententia ad causum propositum inferendo, dicendum est, filiam viginti quinque annis minorem indigno nubentem absque partis consensu, cui aliunde non suppetunt alimenta, dotari debere intra quantitatem necessariorum ad vitam alimentorum quavis enim causam admiserit exhaereditatione dignam, saltem secundum jus nostrum Regium, causa tamen talis est, quæ patris personam, atque injuriam illius principaliter non tangit. In ea quoque quæ digno nupsit, idem jus fore cenleo; nam, & hæc causam exhaereditatione dignam commisit saltem apud nos, idcirco, nec dotem consequi debet, nec alimenta præterquam necessaria, si non habeat aliunde vnde alatur, etsi communis de qua sup. nu. 13. inter hanc, & illam distinguat. Moveor, quia filius, ex qua causa exhaereditari



potest, alimentis etiam privari potest, *l. si quis a liberis §. Item index, ff. de liber. agnoscend. ubi ita tradit gloss. verb. detulerat, communiter recepta, secundum Covarr. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 6. numer. 17. Molin. de primogen. libr. 2. cap. 16. numer. 1. & pluribus citatis tradit Surd. de aliment. d. titul. 7. quest. 1. nu. 1. & 2. Barbof. d. l. 1. 4. part. n. 41. ubi hec expressum dicit in d. §. Idem iudex, Sanc. d. lib. 4. dispnt. 26. nu. 1. ubi ad denegationem dotis ex eisdem causis infert cum citatis ab eo.*

17 Circa illam autem quæ in minore ætate cõstituta in corpus suum peccavit, ex quo pænã exhæredationis incurrit, dubitari magis potest, an resipiscens à patre collocanda & dotanda sit; quod in dubium revocare, postquam dignas nuptias contrahenti dotem abnegaverimus, mirum videbitur, aut otiosum, & tamen, hanc emendatam, teneri patrem alere, & dotare, tradit Alex. in l. 1. num. 33. ff. solut. matrim. Bald. Novell. de dote 6. part. privileg. 16. col. 14. versicul. Sed posset non improbabiler, Guiliel. Benedicet in cap. Raynutius, verb. dotem, numer. 40. de testament. Hieronym. Gabr. conf. 150. num. 10. a quibus tamen dissentit Barbof. noster d. l. 1. 4. part. numer. 15. & 48. versic. Et cavendum est, illo ductus fundamento, quia filia eo admisso delictum consummavit ex quo pænã ex hæredationis incurrit, à qua postea per resipiscẽtiam non liberatur, ne dum respectu successione paternæ, sed etiam alimentorum, secundum eum. In quo ultimo cõtrarium tenet Specul. lib. 4. titul. qui filij sint legitim. versicul. Quid si ipsam peccat peccati numer. 16. quem sequitur Cost. dict. §. & quid si tantum 3. part. num. 189. Surd. d. titul. 7. quest. 1. numer. 37. & fusius, cum pluribus quos refert, quest. 4. ex num. 27. eod. titul. Mihi quidem in hoc eadem distinctio adhibenda videtur, quam ad præcedentem casum probavi, quia præsens casus sub eadem juris dispositione est, quod attinet ad exhæredationem; igitur, & quod ad dotem attinet, & alimenta eodem jure censi debet; præsertim quod, non debet filia quæ in corpus suum peccavit, melioris conditionis esse, quam quæ nupsit, ne dicatur, quod plus habet luxuria quàm castitas, contra regul. l. his solis Cod. de revocand. donat.



## ARTIC. OCTAVI. SUMMARIA.

1 **C**oncubinatum, & concubinam, à simultaneo carnali concubitu dici, tradi-

- tur; & quod sine eo concubinatus non est, intellectu text. in l. penult. ff. de concubin. contra gloss. ibi.
- 2 Ad concubinatum plura requiruntur, & principalia requisita referuntur, & qui vere filij naturales dicantur.
- 3 Concubinatus, quo jure prohibitus sit, traditur, & quod naturali jure etiam simplex fornicatio prohibita sit. Et illud quod sacris literis habetur, sanctos Patres concubinas habuisse simul cum vxoribus, quomodo sit intelligendum.
- 4 Concubinatus de solutis proprie dicitur, & jure civili punibilis non est, Pontificio vero arbitraria pena punitur. Et assignatur ratio ad Regiam ord. lib. 5. titul. 27. Secundum quam concubinarj in curia residentes puniuntur.
- 5 Declaratur ord. d. titul. 27. quod locum non habeat in eo qui negotij causa incuria versatur.
- 6 Concubinatio aliquo heredem instituto, & magis concubina, omisso fratri, aut sororis officiosi testamenti querela competat. Intelligitur l. fratres C. de inoffic. testam. & ord. Regia lib. 4. titul. 40. §. 1. ibid.
- 7 Leges de concubinarj simpliciter loquentes, de manifestis intelliguntur. Et quis manifestus sit, traditur; & quod in causa civili testis esse non potest.
- 8 Traditur, habentem duas simul concubinas infamie notam non incurere, & gloss. in Auth. quib. mod. natural. efficiunt. §. si verò effusa, callat. 7. contrarium non sensisse, probatur. Idem traditur in concubinatio manifeste, quæ infamie jure non sit. Turpibus tamen personis uterque annumerandus est ad casum querela inoffic. testam. fratri, aut sorori competenti.
- 9 Si concubinarius omisso fratre propriam instituat concubinam, vel contra, vel ab omisso fratre suo alienam instituat concubinam, querela inoffic. testam. competat fratri. Et intelligitur dummodo simili non laboret.
- 10 Concubinarj regulariter sibi invicem in testamento relinquere possunt quocumque titulo inter vivos donare.
- 11 Agitur de ord. lib. 4. tit. 66. secundum quæ, ab nata a marito in concubinam, & esse sibi test vxor illius. Et num. sequentib.
- 12 Declaratur primò ord. dict. titul. 66. in quod vxori permittit agere in iudicio contra mariti concubinam ad repetendam rem illi a marito donatam, aut venditam, cū plene ejusdem rei recuperata dominij & administratione, ut locum non habeat



## ARTIC. VIII.

## De Concubina.

- illa mortuo marito, alij nupta agere intendat.
- 13 Ord. dict. titul. 66. statuens, rem a marito concubina venditam, aut pro mutuo oppigneratam liberè ab uxore repeti posse, in presumptione juris, & de jure fundata est. Traditur, quasi presumptio juris, & de ju. e. & de illius effectibus ad virumque forum.
- 14 Ampliatur lex Regia, ut procedat etiam in casu quo res concubina donata, aut titulo alio in eam translata, in solidum alias ad maritum pertineret.
- 15 Actio competens uxori pro re concubina donata, aut vendita, in rem est, & contra rei possessorem competit.
- 16 Donata a marito, ubi inter illum, & uxorem bona communicantur, in partem ipsius imputantur. Quid de consumptis in malos usus, num. 17.
- 18 Ord. Regiam d. libr. 4. titul. 66. ostenditur, esse exorbitantem, & juris communis, & etiam aliarum Regni legum correctoriam.  
Nummos a marito concubina donatos, & ab illa consumptos uxor condicere nequit. Ibid. in fin.
- 19 Traditur differentia inter concubinam, meretricem, & mulierem qua carnali affectione adamatur, ad intellectum ord. d. libr. 4. titul. 66. & nu. 20.
- 21 Limitatur ord. ut non procedat in alienatione per actum ultima voluntatis.
- 22 Limitatur item, seu declaratur, ut non procedat in donatione facta ei, qua concubina fuit, sed jam non erat tempore donationis.
- 23 Milites non possunt concubinis, seu focarijs suis donare, aut in testamento relinquere; sed dona a ipsis repetunt, in testamento vero relicta infert fiscus.
- 24 Idem traditur ex communi sententia in milite caelestis militiae, & in advocato, & doctore. Et in omnibus limitatur in donatione remuneratoria.
- 25 Probatum contra communem, non esse bonum argum. unum de milite armato ad clericum, & advocatum pro donatis concubina.
- 26 Pro relictis concubinae in testamento commune probatur argumentum de milite armato ad clericum.
- 27 Declaratur, procedere argumentum in clerico qui sacris est initiatus, & non in clerico minorum ordinum.
- 28 Probatum, pro concubina relictis non valere argumentum de milite ad advocatum.

**C**oncubinam, ex sola animi destinatione aestimari, oportere, ait Paul. *Inriscons. in l. penult. ff. de concubin.* ubi glossa hanc animi destinationem accipit etiam sine concubitu, ut, quod de matrimonio dicitur in *l. nupcias ff. de regul. jur.* & alibi etiam de concubinato Paul. ibi dicere voluisset. Cui interpretationi non assentio, dispar enim ac lógè diversa ratio est matrimonij, quod individuum vitæ consuetudinem præ se fert, ac in dissolubile conjugatorum vinculum, & concubinatus, qui nomine ipso suo nihil magis quàm carnalem vtriusque insinuat commixtionem; dicitur enim concubinatus, concubina, ac concubinarius, à simultaneo vtriusque concubitu, id est, à *con*, quod est simul, & *cubo*, ut explicat Bermond. *de public. concubinar. verb. concubinam dimittat, nu. 9.* atque ideo sine carnali concubitu concubina non est. Quia verò, non quilibet carnalis coitus concubinam facit, sed istantum qui destinato in concubinatum animo, & affectu peragitur alijs intervenientibus, quæ statim dicemus, concubinam ex sola animi destinatione aestimari oportere, dixit *Inriscons. in d. l. penult. ubi verbum, Sola, exclusivum non est carnalis commixtionis, quam verbū ipsum, concubina, secū includit, juxta prædictam nominis etymologiam, ac proprietatem; sed verbum illud importat, solum animi affectum attendi debere ad judicandum an concubina sit, suppositis alijs quæ ad id requiruntur.*

2 Hæc verò sunt quæ colliguntur ex text. in *Auth. quib. mod. natural. efficiunt sui §. si quis autem defunctus, collat. 7.* & ponit *Specul. libr. 4. titul. de success. ab intestat. §. 1. versic. Nunc de naturalium, num. 17.* Bermond. *d. versic. Concubinam dimittat, nu. 5.* Ludovic. *de Surd. tract. de naturalib. liber. 1. part. §. de concubinis, Alc. de presumption. regul. 2. presumpt. 5. numer. 5.* Menoch. *eodem tract. libr. 6. presumpt. 55. num. 4.* Palæot. *de notib. & spur. cap. 12. num. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 341. ex num. 13. juse post omnes Farin. de delict. carn. quest. 128 num. 8 cum sequentib.* Surd. *tract. de aliment. titul. 1. quest. 9 n. 10 ubi plures refert; nempe, quod res agatur inter solum & solum inter quos matrimonium contrahi liberè possit, & quod vnica sit, & in domo retenta. Et secundum gloss. in d. l. penult. & Bart. ibi, cohabitare simul debent in eadē domo; post alios tradit Rojas in epitom. succession. cap. 10. numer. 17. cum duobus sequentib.*



Plura alia requisita adducit Farinac. loco citato, Surd. d. num. 10. sed quæ diximus, præcipua sunt, & à Doctorib. communiter tradita. Quanvis autem hæc omnia adsint, adhuc non dicetur concubinatus, nec concubina, nisi hoc animo & affectu illa retineatur; atque ita prædictis suppositis animi affectus erit attendendus ad discernendum an concubina sit; & per consequens, an filij ex ea suscepti, naturales sint; soli, namque, qui ex concubina suscipiuntur, naturales dicuntur, ut tradit Specul. d. nu. 17. *prosequitur late Rojas d. cap. 10. per tot. unde infert Alc. dict. presump. 5. num. 6. quod filij quos aliqui habent ex servitricibus suis licet non conjugatis dicuntur spurij, non naturales, quod ex alijs quos refert omisso Alc. tradit Surd. d. quest. 9 num. 17. & refert Alc. loco citato ex Bald. conf. 262. Recordor me consuluisse, libr. 10. quod pauci sunt verè naturales propter multa quæ ad concubinatum requiruntur; quod item ex Bald. conf. 456. lib. 5. & conf. 206. libr. 3. & Oldr. conf. 169. & Alex. conf. 174 libr. 5. refert Paleot. d. cap. 12. numer. 2. in fin. qui numer. sequentib. tradit, hoc secundum jus civile esse; secundum Pontificium enim, generaliter omnes qui nascuntur ex soluto, & soluta inter quos matrimonium consistere potest, naturales censentur, & per subsequens inter parentes eorum matrimoniū legitimi efficiuntur.*

3 Quo verò jure concubinatus prohibitus extet, disputant Doctor. Et in primis Pontificio jure prohibitum esse, nemo diffidetur. Civili verò permitti, saltem antiquiori, crebrò asseritur; & de utroque fusè agit Palæot. d. cap. 12. & precedente, Bermond. de public. concubinar. verb. *Et cum omne fornicationis crimen, ex numer. 4 cum sequentib. Farinac. d. quest. 138. cum duob. sequentibus ubi quod ad jus civile attinet, commutes invicem contrarias adducit, & ante eum Clar. in §. fornicatio numer. 6. Circà naturale jus verò dubitatio est, an eo concubinatus prohibeatur. Movet dubitationē, quia antiquos Patres concubinas habuisse, ac, simul cum vxoribus, illis uti, sacris literis legimus, Abraham, scilicet, & Iacob, quod illis absque peccato licuisse, sine dubio inter omnes est; atque ita videtur, naturali jure concubinatum fuisse licitum; quod absit, ut licitum dicamus si absque peccati labe licitum intelligimus, cum eo jure, ac sacris literis etiam simplex quælibet fornicatio, prohibita sit, & mortali peccato obnoxia, ut ex D. Augustin. habetur in cap. sic non, & cap. sequenti 32. quest. 4. & contrarium asserere, esset hæreticorum, ut post alios tradit Marquard. tract. de calibatu*

*sacerdot. non abrogand. cap. 8. numer. 4. 3 part. Covar. de sponsalib. 1. part. cap. 4. in init. num. 8. Azeved. l. 1. titul. 19. libr. 8. nov. recopil. lat. numer. 23. novissime Farinac. quest. 137. num. 11. cum sequentib. Respondendum ergo est, naturali jure, & divino concubinatum illicitum esse, ut post alios tradit Azeved. d. l. 1. numer. 18. late Farinac. d. quest. 138. numer. 25. & sequentib. sanctis verò Patribus divina revelatione concessum illud fuisse, cap. gaudemus, de divor. quæ divina revelatio superat omnem legem, ut dicitur in cap. ex parte 2. de convers. conjugator. & ita tradit Rojas in epitome succession. cap. 10. numer. 25. Et tunc quidem, quæ dicebatur concubina, vxor verè erat in dissoluto subili vinculo societatis; ad differentiam verò illius, quæ principalis erat, & quasi domina domus curam, & regimen habebat, concubina vocabatur; unde permissio illa divina ad Patriarchas sanctos, de quibus legimus, habuisse concubinas, non est intelligenda de concubinatu verò, prout hic accipimus, sed de pluralitate vxorum propagandæ sobolis causa inculta, & ita explicat Marquard. d. 3. part. tract. de calib. cap. 9. numer. 3. Costan. de matrim. titul. Quid sit matrimonium, num. 11. Covar. de sponsal. dict. cap. 4. in init. nu. 9. ubi citat ad hoc D. Thom. distinct. 33. quest. 1. articul. 3. ad 3. Greg. Thololan. syntagmat. jur. lib. 10. cap. 1. num. 7. & 8. Menoch de arbitrar. cent. 5. cas. 418. num. 14. cum duob. sequentibus. Azeved. d. l. 1. num. 9. & ex Ricard. in 4. dist. 33. quest. 2. & commun. Theologorum schola tradit Albertin. de agnoscent. assertionib. catholic. & heretic. quest. 22. num. 48. sic etiam explicat, & communem dicit opinionem Ioann. Azor. institution. moral. 3. part. lib. 3. cap. 5. in fin. cui quidem explanationi convenit text. in d. cap. gaudemus.*

4 Est, itaque, concubinaria commixtio divino, & humano jure prohibita, ac damnata, & punibilis etiam aliquando est jure fori secundum locorum statuta. Apud nos sane, concubinarij soluti, de quibus concubinatus propriè dicitur, juxta sup dicta, secundum largam, namque, significationem etiam de illis inter quos matrimonium esse nequit, dicitur concubinatus, ut per Bermond. de public. concubinar. d. verb. concubinam dimittit num. 9. nulla plectuntur pæna, præterquam in curia residentes, juxta ord. lib. 5. titul. 27. quasi sic Reges nostri, dum pænae formidant ac etiam exilij pæna de qua ibi crimen hoc è loco curiæ ablegare intendunt, castitatis imitatores se esse, profiteantur, Imperatores imitati in Auth. de lenonib. collat. 3. solent tamen eandem castitatis professionem obser-



vantes specialibus rescriptis locorum iudicibus committere, ut de concubinarijs publicis inquirant, ac pro qualitate delicti arbitraria pœna plectant. De jure verò Canonico etiam solutorum laicorum concubinatus arbitrio iudicis punibilis est, ut tradit Clar. in § fornicatio, num. 8. versicul. De jure autem Canonico, de quo Sac. Concil. Trident. sess. 24. de reformatione matrimonij cap. 8. Salzed. in addit. ad Bernard. in pract. criminal. canonica cap. 79. verb. ab officio & beneficio, versic. Laicus verò, Farinac. d. quest. 138. num. 76. & sequenti, Azaved. d. l. 1. num. 11. cum sequentib.

5 Illud verò ad jus nostrum observandum erit, quòd, non satis est, quemquam concubinam in curia habere, ut lege comprehensus sit, sed necesse est, ut domicilium ibi habeat, vel, si aliunde habet, ut in curia versari solitus sit; sic enim verba legis exigunt d. lib. 5. tit. 27. idcoquè si aliquis non solitus versari in loco curiæ, eo venit negotij fortè alicujus causa, & dum ibi pro expeditione illius moram facit, cum muliere cohabitata domo retenta libidinis causa, pœnæ legis non subijcietur; nec, si inde profectus postea redeat ejusdem, aut alterius negotij causa, & ad eandem cum eadem conversationem redeat, in curia versari solitum ad pœnam legis incurrendam, censebo; quia lex loquens de homine in loco curiæ domicilium habente, vel in illo versari solito, in concubinatum propriè sumptum lata apparet, qui absque animi destinatione non aestimatur l. peruli. ff. de concubin. porrò, hæc animi destinatione, ac concubinarijs affectus, considerabilis non est in eo qui certæ rei causa in curia commoratur animo redeundi post illam expeditionem.

6. Quanvis autem simplex, ac propriè sumptus concubinatus civili jure punibilis non sit, tamen, quia a honestati contrarius est, & bonos mores aperte offendit, negari non potest, quòd turpis sit, & quòd apud bonos, gravique viros concubinarij malè audiant, turpitudinisque notam incurrant: quos, turper personas esse, scripsit Aymon. conf. 229. Quidam clericus, in princ. inde inferens ad inofficiosi testamenti querelam fratri competentem, videlicet, si tales, hæredes instituantur ab habente fratrem, aut sororem ex utroque latere, vel paterno tantum; quo casu, quasi turpi instituta persona, in officiosi testamenti querela fratri competet, aut sorori l. fratres, aut sorores C. de inofficios. testament § 1. instit. eod. nostra libr. 4. tit. 90. §. 1. quæ, etsi in ebrio, & lulore, turpium hæredum exempla posuit, præsentem casum non excludit, tam quia exempla non arctant regu-

lam, quam quia post scripta ibi exempla, verba illa subjecit aliorum similium inclusiva, ou de outra semelhante torpeza; porrò, concubinaria conversatio, non minoris turpitudinis est bonorum virorum opinione, quam ebrietas, & ludendi consuetudo; pensanda itè sunt verba illa legis nostræ, assi como se o herdeiro instituido fosse reputado entre os bons por vil & torpe, & de maos costumes; quæ sanè ad casum nostrum non dubiè pertinent, sicut, & illa d. l. fratres, vel turpitudinis, vel levis notæ macula asperguntur; juxta quæ, ne dum in fœmina, in qua loquens hoc ipsum tradit Palat. in repet. cap. per vestras §. 10. num. 11. ex Angel. ibid. ab eo relato, conf. 171. quem etiam idem tradens retulit Bermond. Choveron. de public. concubinar. verb. contra prædictos, num. 16. & sequenti; & in illa quidem dubitare non licet, quia maiorem notam turpitudinis incurrit impudica conversatione; sed & in maculo etiam concubinario idem jus probandum erit, quia levis saltem notæ maculam non effugit; & ita dictam querelam etiam concubinario instituto locum habere, tenet Aym. d. conf. 229. numer. 12. & in utroque pariter, & in distinctè tradit Lancilot. Gall. de statut. quest. 3. num. 16. part. 1. Et ex eadem ratione, concubinam ad emphyteusim nominari non posse, nedum ecclesiasticam, in qua securiùs hoc procedit, sed secularem etiam, quasi de nominatione perlonæ turpis dominus in concessione non cogitasset, probavit Cald. de jur. emphyteut. 3. part. quæ ad eligendi, seu nominandi potestatem pertinet cap. 1. nu. 46. versicul. Verum.

7. Supradicta verò securiùs procedunt in manifestis concubinarijs (de quibus in foro contentioso intelliguntur leges de concubinarijs simpliciter loquentes, & non de occultis, ut tradit Bermond. de public. concubin. r. in rubric. verb. publicis concubinarijs, an. 1. manifestus autem dicitur, qui nulla tergiversatione vicinis celari possit) quos & infamiæ macula attingi, sunt qui affirmant, idcircoquè in testes admitti non posse in causa civili, ut ex Specul. tit. de teste §. 1. col. 34. versicul. Item quòd est concubinarus, & Felin. in cap. testimonium, col. 2. in fin. de testib. tradit Auferer. tract. de testib. num. 22. quem remissivè sequitur Ioan. Crot. eod. tract. 4. part. num. 207. refert item & sequitur Monticel. in repertor. de testib. verb. concubinarus, Matcard. de probat. conclus. 1357. num. 23. ubi alios citat.

8. Supradicta item planius procedunt in illo qui duas eodem tempore tenet concubinas, quem infamiæ notam jure incurrere, sicut qui duas habet vxores, tenet gloss. in Auth. quib.



quib. mod. natural. efficiunt. sui §. verò effusa, verb. consistente, collat. 7. quam sequitur, & notabilem dicit Bald. in l. 2. C. de incest. nupt. Bermond. de public. concubinar. verb. concubinam dimittat, num. 3. & verb. monemus omnes laicos, numer. 2. Clar. in §. fornicatio, num. 8. qui idem æquè tradunt, de eo qui vxorem habet, & concubinam, & cum alijs, quos refert, idem tradit Farinac. d. quast. 138. num. 21. Sanè, vxoratum concubinarium jus civile detestatur l. unic. C. de concubin. l. final. in fin. C. commun. de manumission. & lex nostra Regia lib. 5. titul. 28. acriter punit, non tamè masculinum vili pœna punit, sed concubinam ejus, vt ibid. in princ. & §. 1. nec apud nos in vsu est, vt qui duas concubinas habet, aut vxoratus qui vnam, eo ipso notam infamiæ incurrat; idquè de facto non observari, scripsit Bald. in d. l. 2. & eo atque alijs citatis refert Clar. d. §. fornicatio, numer. 8. & de jure quod infamis non sit, qui duas habet concubinas, tenet Bart. in l. 1. num. penult. ff. de his qui notant. infam. Nec quidem gloss. in d. §. si verò effusa, verb. consistente, cui contraria opinio attribuitur, seu imponitur, in habente plures concubinas illam scripsit, sed in illo qui habet plures vxores, per jura quæ allegat, in d. l. 2. C. de incest. nupt. & in l. eum qui Cod. de adulter. & quod subdidit, quòd ita non licet plures concubinas habere, sicut non potest quis priori vxore aliam superi inducere, verum quidem est, juxta text. ibi, & in Auth. de trient. & sem. §. consideremus, versic. Si autem, collat. 3. quem glossa citauit. Cæterùm non inde infertur, sensisse gloss. per omnia comparandum fore eum qui duas retinet concubinas, cum habente binas vxores, quod detestabilius multò est, vt ita, legalis infamiæ nota in hunc scripta, ad illum extendenda non sit, qui non tam graviter deliquit, vt bene adverti Bart. differentia quoad hoc inter hunc, & illum constituta in d. l. 1. numer. penult. quare, nec, si manifestus concubinarium sit, hanc notam incurrare, dicam. Semper verò, hunc, & illos turpibus personis annumerandos censeo ad propositum casum de inofficiosi testamenti querela fratri competente; ad quam satis est, hæredem scriptum, turpem esse, & vel levis notæ macula aspergi, quanvis infamis jure non sit; hæc enim inter se diversa sunt, vt ad præsentem casum optime probat citatus sup. text. in d. l. fratres C. de inofficios. testament. disjunctiva dictione, vel, qua vtitur, dicens, si scripti hæredes infamiæ, vel turpitudinis, vel levis notæ macula asperguntur.

9 Huic autem querelæ locus est, tam vbi ab alio, quam vbi alter ab altero fratres, aut sorores, habente instituuntur. Semper verò

fratres inofficiosi testamenti querelam adversus scriptum hæredem ex hoc capite moventes, tales esse debent, qui simili nota non laborent, juxta gloss. in d. l. fratres, verb. infamiæ, per l. in arenam C. de inofficios. testament. & in terminis querelæ fratri competentis propter turpem personam institutam expressit ord. nostra d. lib. 4. titul. 90. §. 1. & in §. sequenti nonnullas subdit ingratitudinis causas, propter quas à querela in casu prædicto repellitur frater, tradit gloss. in d. l. fratres, per text. in Auth. de nupt. §. in gratitudinem collat. 4. & casus alios quibus fratri querela non competit turpi persona instituta subdidit Bermond. d. verb. contra prædictos, nu. 17.

10 Regulariter verò testamentaria institutio concubinarijs prohibita non est, & legata, & fideicommissa relinquere sibi invicem possunt, & inter vivos donare; hæc enim, solis militibus in concubinas suas specialiter prohibita legimus, vt infr. trademus, in alijs autem permilla sunt l. qui concubinam l. item legato §. item interest, versicul. Parvi autem ff. de legat. 3. l. affectionis l. donationes in concubinam ff. de donationib. tradit Palat. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 37. ex nu. 1. Bermond. d. verb. contra prædictos, n. 14. & de ob sequentib.

11 Iure tamen nostro, si conjugatus propriæ concubinæ, seu forariæ quicquam connec, poterit vxore ejus ab illa in solidum sibi totum repetere, & super hoc in iudicio ab ipso mariti licentia agere, & rem ipsam liberè administrare, ex ord. libr. 4. titul. 66. quæ idem statuit etiam in casu quo maritus rem aliquam venditionis titulo, aut quovis alio in concubinam transtulit, poterit enim vxor alienatam rem etiam non refuso pretio. siue constante, siue soluto matrimonio sibi repetere.

12 Circa quam legem Regiam nonnulla annotanda sunt. Primum, quod liberam facultatem quam tribuit vxori constante matrimonio pro recuperanda re à marito in concubinam alienata cum pleno ejusdem rei dominio & administratione, locum habet constante matrimonio cum marito qui rem alienavit, cuius odium lex sic statuta est; si enim illo prædefuncto alij nubat, & constante matrimonio, cum prioris concubina agere intendat, sine licentia mariti cui copulata tunc est, stare in iudicio non poterit, nec recuperatæ rei administratio penes illam erit, sed penes maritum, juxta leges, & consuetudinem Regni, quæ in casu isto correctæ non reperiuntur; quod enim lex statuit de libera vxoris potestate standi in iudicio, ac plene rei dominio, & administratione, statuit in odium mariti qui concubinæ dedit, aut vendidit, atq;



inodium etiam concubinæ ipsius; unde, nulla juris ratio patitur, ut extendatur ad eum cui illa postea nupsit, & in nullo deliquit.

13 Secundum quod notario oportet ad d. leg. Regiam, est, quod ubi loquitur de recuperatione rei concubinæ venditæ, aut pignori datæ, absque pretij alicujus redditione, præsumptivè statuit, ut ratio ipsa in lege scripta satis ostendit, ibi, *Porque de presumir he, que a tal alheçam foi feita conlujosamente, por o marido defraudar sua mulher.* Hæc verò præsumptio, quia à lege inducta est, & super eam statuit, est præsumptio juris, & de jure, ut tradit Bald. in l. antiquanum. 3. C. ad Velleian. Alc. de præsumption. 2. part. num. 3. ubi diffinit præsumptionem juris, & de jure, dicens, quod est dispositio legis aliquid præsumentis, & super præsumpto tanquam sibi comperto statuentis, Mascard. de probation. in proamio quest. 10. num. 48. & conclus. 1223. numer. 1. ubi utriusque juris loca varia citat, Menoch. de præsumpt. lib. 1. quest. 3. ex numer. 15. cum sequentibus. ubi prædictam. Alc. definitionem, & alias adducit quæ in eadè re incidunt, idcirco non admittitur probatio in contrarium, gloss. in Auth. de equalit. dot. §. aliud quoque, verb. privilegium collat. 7. & in d. l. antiqua, verb. esse credendum, & Bald. ibi. num. 3. Alc. d. 2. part. numer. 4. & pluribus citatis Valasc. conf. 125. numer. 15. tom. 2. Mascard. dict. quest. 10. num. 59. & d. conclus. 1223. num. 2. ubi inquit quod uno ore ita tradunt Scribent. Menoch. d. quest. 3. num. 13. & num. 20. cum sequentibus. & Rursus d. lib. 1. quest. 60. quæ tamen receptissima conclusio limitatur communiter, ut ex eisdem Authoribus constat, & gloss. in l. in contractibus verb. in nullo modo. C. de non numer. pecun. communiter recepta secundum Valasc. dict. num. 15. ut non procedat in probatione per adversæ partis confessionem; communem tradit Mascard. d. conclus. 1223. num. 1. Sed hæc quidem adversæ partis confessio, ut contra præsumptionem juris, & de jure admittatur, in iudicio facta esse debet, ut probat Alc. d. 2. part. num. 6. 7. & 8. ubi dicit, quod ita est de mente aliorum, sequuntur Mascard. dict. proam. quest. 10. num. 52. & sequenti, Valasc. dict. conf. 125. numer. 16. & sequenti. Secundum quas receptas traditiones, in terminis legis nostræ, concubina admitti non debet ad probandum per testes, aut instrumenta, rem sibi à concubinario suo conjugato verè & realiter venditam fuisse cum pretij solutione, aut oppignoratam pro mutuo dato. Et quantum de hoc publica proferat instrumenta, quibus, uxorem concubinario marito alienanti consentisse expressè, caveatur, adhuc contra præsumptionem juris & de jure, cui lex inniti-

tur, iuvanda non erit. Solum ergo, ipsius vxoris de rei veritate sibi consciæ confessio in iudicio facta prodesse illi, poterit. Sed, & in foro conscientie, quia in illo leges super præsumpto statuentes locum sibi non vendicant, vxor de veritate consciæ, quia, nempe, certò scit, cum concubina circa rei alienationem à marito actum verè esse, absque vlllo fraudis cōmento, & perinde ac si cum persona alia ageretur, adversus eam experiri non poterit.

14 Tertiò ad leg. Regni notandum est pro ampliatione illius, ut procedat etiam casu quo res à marito concubinæ donata, aut titulo alio in eam translata, ipsius mariti pleno jure esset, ita ut ad communem bonorum societatem non pertineret ex lege contractus; legis enim ratio, quæ est concubinariorum odium, ac punitio, in casu isto æquè militat, & verba illius conveniunt, tum quatenus generaliter, & in distinctè loquitur in vxorato qui concubinæ, focariæve donavit, tum, & maximè, quia rem alienatam ad vxorem in solidum pertinere, statuit; atque ita partem mariti, quam aliàs habebat in re donata, ipsius odio illi adjudicat. Quæ ergo est ratio, ac juris dispositio de parte quoad partem, eadem est de toto quoad totum, sicut & è contra l. qua de tota, & ibi gloss. ff. de rei vendicat.

15 Quartò observandum est, actionem ex lege Regia competentem, in rem esse, & ad rem, ut verba legis satis ostendunt, quæ in rei persecutionem semper diriguntur: & ita in senatu nostro fuisse iudicatum, tradit Gam. decis. 226. numer. 3. versicul. Sententia tandem, illo tamen contrarium sentiente, ut ibid. & numer. sequenti, versic. Quas leges. Unde, malè agitur cum concubina, si cum lis adversus eam movetur, jam non possidet, nec dolo desijt possidere. Poterit sanè adversus quem vis rei possessorem mulier experiri, quia verba legis concubinam non determinant, sed omnes qui rem possident, æqualiter amplectuntur.

Dubium verò erit, an concubina saltem in subsidium conveniri possit pro pretio quod ex re habuit, quia illam fortè alicui vendidisset. Et quia lex correctoria juris est, & odij causa lata, videtur, quod ad casum istum, in quo non loquitur, non sit extendenda, sed in eo ejus commune servetur.

16 Secundum quod, cum bona, vel lucra constante matrimonio quæsitæ, inter conjuges communicantur ex forma statuti, à marito ex eis donata, in partem ipsius imputantur, tantundem vxore ex communi acervo præcipuum habitura, vel pro medietate sua donationem revocare poterit, ut ad leges Regni probant Palat. in repet. rubr. de donation inter vir. & vxor. §. 66. numer. 29. Roderic. Suar. l. 1. titul.



titul. de las ganancias lib. 3. fori ex num. 52. & licet alij contrariam sententiam probent, hanc sequuntur plures, quos refert, & sequitur Christophor. de Paz in scholijs ad leges Styli l. 1. 5. schol. unic. num. 3. cum sequentib. & ex nostris Barbol. in l. 1. 1. part. num. 40. versic. Quoad maritum autem, cum duob. sequentib. ff. solut. matrim. de quo apud nos est ord. lib. 4. titul. 64. olim lib. 4. titul. 6. §. final. secundum quam à marito donata absque vxoris consensu in partem illius imputantur. Declarat autem Barbol. d. numer. 40. versic. Quæ tamen conclusio, vt donatio quidem valeat (quod intelligitur de donatione mobilium, in quibus lex illa loquitur; immobilium, namque, donatio, seu quævis alienatio absque vxoris consensu non valet per legem aliam Regiam) mulieri verò damnum caillatum in portione sua, ex parte mariti resarciatur; quòd si mariti pars non sit solvendo, utilis rei vindicatio pro parte sua illi competat.

17 In partem quoque, mariti imputantur quæ in malos usus consumpsit, videlicet, ludendo, aut meretricando, vt late probat Valalc. noster de partition. cap. 24. ex num. 15. cum sequentib. nec ab hac sententia dissentit in stricta juris dispositione Suar. d. titul. de las ganancias, num. 57. Barbol. d. l. 1. 1. part. num. 40. prope fin. versicul. Unde inferitur, vbi alios refert, vterque tamen, contrarium seruari, testatur; sed Valalc. qui d. cap. 24. num. 12. ingenue fatetur, se per plures annos quibus in suprema Lusitaniæ Curia consultus respondit, nunquam vidisse, neque audiuisse tales sumptus in solius mariti partem imputari, nisi in causa vna cuius ibi meminit, subdit postea d. num. 15. id ex eo esse potuisse, quia in iudicium res deducta non fuisset, concludens, tales malorum usum sumptus in solius mariti partem imputari debere, & pecuniariam item condemnationem quam maritus delicti causa passus est; de quo Palat. d. repetit. rubr. §. 66. ex numer. 18. cum multis sequentib.

18 Cum, itaque, vbi ex forma statuti bona inter conjuges communicantur, si maritus ex illis donet, aut in malos usus dissipet, attempta juris dispositione, non possit vxor donata repetere, ac sibi in solidum habere, sed tantum pro parte sua satisfieri illi debeat, secundum vnã opinionem, aut, secundum alteram quæ apud sup. citatos videri potest, nec pro hac provisum illi extet, apparet leg. nostram d. lib. 4. titul. 66. quæ mulieri actionem tribuit ad repetenda in concubinam translata, cum dominio, & administratione eorum, exorbitantem, & juris correctoriam esse; nec tantum communis juris correctoria est, sed,

& aliorum Regni legum, qua parte tribuit mulieri plenum rei dominium cum libera illius administratione in iudicio, & extra illud. Atque ideo, cum de actione in rem, & ad rei donatæ recuperationem loquatur, non erit extendenda ad personalem pro rei pretio; adeò quidem, vt, si pecunia concubinæ donata fuisset, consumptos nummos non possit vxor ab ea condicere, vt iudicatum fuisse, refert, Gam. d. decis. 226. num. 3. & 4. versic. Quæ leges.

19 Quintò notanda est ord. d. titul. 66. quæ loquitur in concubina, & quavis alia muliere quam conjugatus carnali affectione cognoscit; sic enim in hac, & illa specie, vt in diuersis alternativè loquitur. Quod tamen non ita amplè intelligendum est, vt rem loco pretij meretrici à marito donatam possit vxor ab illa sibi vindicare; quæ quòd eo nomine recipit, turpiter non recipit l. 4. versic. Sed quæ meretrici, in fin. ff. de condition. ob turp. caus. de quo latè Palat. d. repetit. rubr. §. 40. Bermond. de public. concubinar. verb. contra predictos, num. 3. cum sequentib. Covar. in regul. peccatum 2. part. §. 2. de regul. jur. libr. 6. Sed in casu isto satis sibi consultum æstimare debet vxor, si in partem mariti illud imputetur, tantumdem ipsa ex communi acervo præcipuum deductura. Et lex Regia in secunda illa alternativæ dispositionis suæ parte intelligenda est de muliere, quæ, etsi concubinæ loco non sit, de qua est prima alternativæ pars, carnali tamen affectione adamatur; hoc enim verba illa legis important, ou a qualquer outra mulher com que tenha carnal affectam; quòd meretrici quidem non convenit, quæ à coeuntibus secum carnali quidem commixtione cognoscitur, sed carnali affectione non adamatur quæ palam omnibus turpis quæstus causa prostituta est. Quare, prædicta verba de tali muliere sunt accipienda, quæ nec concubina est in stricta significatione, in qua, concubina de vxorato dici nequit, nec in larga significatione, quia de hac loquitur lex in prima alternativæ dispositionis suæ parte; nec rursus intelligenda sunt de meretrice, quia in hanc carnalis affectio non cadit; restat ergo, vt tertiam constitutum speciem mulierum fornicariorum, & illam quidem mediam inter concubinam, & meretricem; & tanè, mulieres extra fœdus matrimonij coeuntes, in triplici differentia esse, scripsit Bermond. de public. concubinaris, verb. concubinam dimittat, num. 1. vbi tradit, quod alia appellatur concubina, alia meretrix, alia focaria seu fornicaria, & quod dispositio faciens mentionem de vna etiam non comprehendit, tam propter nominum diversitatem, quàm quia odia sunt retri-



ringenda. Et cum ibi satis explicet, & quæ dicatur concubina, & quæ meretrix, forcariam tamen prætermisit, subdens tantummodò *ibid. num. final. in fin.* quòd Canones, focarias, seu fornicarias mulieres, clericorum concubinas appellant: ex quo, sensisse videtur, focariam à concubina differri secundum strictam concubinæ significationem, de qua per eum *ibid. ex num. 2.* Cæterum, militum concubinas, focarias appellat Imper. *in l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* & quidem non magis ad concubinam in larga significatione, quam in stricta sumptam locus ille pertinet; & verbi etymologia, si ea est, quam scripsit Præteius *in lexicon jur. verb. focaria*, ad strictam magis pertinet, scripsit enim, focariam à focodici, quasi, scilicet, amasij sui foco assidentem; quòd concubinæ concubinarij domo retentæ proprium est.

20 Dicendum est ergo, vera legis nostræ de quibus *sup.* ad talem mulierem pertinere, quæ, etsi concubina, focaria vè conjugati non sit, quia hoc animi affectu, nec in propria, nec in aliena domo ab eo tenetur, eam tamen carnali affectione cognoscit, quæ media est species inter concubinam, & meretricem; & huic quidem verba legis conveniunt. Quod si quis tentaverit, illi etiam mulieri verba convenire, quæ carnaliter cognita non est, sed carnali affectione prætenditur cognosci, alienum à lege sentum non judicabo; verè enim verba illa, *ou a qualquer outra mulher com que tenha carnal affectam*, animi affectum etiam absque corporis significant; non enim in lege scriptum est, *com que tenha carnal ajuntamento*, qui verborum tenor ad carnalem copulam solum modo pertinet, & non ad solum animi concupiscentis affectum, ad quem pertinent illa, *carnal affectam*, quibus non otiosè lex vtu est. Enim verò, quia non rara experientia constat, vxoratos his lascivis ac carnalibus mulierum amoribus deditos propriæ vxoris ac domus curam perditè oblivisci, ac res suas perdere, tum præteritis mulieres effulis largitionibus sollicitare, & ad se allicere tentant, identitas rationis exigebat, vt, quod de alienatione rerum in concubinas facta lex decreverat, in his quæ in concupiscentia carnis ab vxorato amatur, live carnaliter ab eo cognoscantur, live non dum ad id perventum sit, eadem statueret determinatione.

21 Sexto observandum est, dispositione procedere in alienationibus quæ fiunt per actus inter vivos, & non per actus ultimæ voluntatis: quanvis enim venditionis verbum, quod in lege scriptum est, omnem alienationem comprehendat per quam dominium transfératur *l. statuli liberi §. Quintus Mutius ff. de*

*statuli liberi.* quod multò magis in casu præsentis procedere posset, quia subdidit ord. dispositionem de qua ibi, locum habere quocumque modo res à marito in concubinam transferatur quæ verborum generalitas etiam translatione quæ fit per ultimæ voluntatis actum completi videtur, tamen legis mens attendi magis debet, quæ sanè prospicere voluit mulieribus contra alienationes quæ fiunt per actus inter vivos; & vt comprehenderet omnes, ampla illa verborum generalitate vfa est ultimas voluntates coarctare non intendens, tam quia nullum vxori fit præjudicium, neque injuria, si in tempore soluti matrimonij maritus res suas concubinæ relinquat, quod secus est quando illo constante donavit, aut sub alio titulo alienavit, quam quia suprema hominum voluntas non ita facilè constringi debuit, cum nihil sit quod magis hominibus debeatur quam libera supremæ voluntatis facultas ac dispositio *l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* Denique verba legis ad alienationes inter vivos factas planè diriguntur, quanvis revocandi eas facultatem tribuat vxori tam constâte matrimonio, quandocumque, quàm eo soluto, intra quadriennium.

22 Septimò, & ultimò noto, legem Regiam procedere in donationibus, & alienationibus factis tempore concubinatus, vt verba illa probant, *der à sua barregãa*, idest, donaverit concubinæ suæ, & inferius vbi de venditione loquitur, ibi, *que por elle a ella for vendida*, &c. quæ verba de illa planè intelliguntur, quæ concubina est tempore donationis, aut venditionis illi factæ; sed multò clarius id expriment illa, *com que tenha carnal affectam*, quæ præteritis sunt temporis, & ostendunt, legem de illa loqui cum qua carnalis affectio perdurat tempore donationis. Et sanè, maior erat ratio, vt lex in hanc diceretur, quàm in illam quæ, etsi cum marito alterius deliquit, jam delinquere de reliquit. Pro qua etiam est *gloss. opinio in l. miles ita §. mulier, verb. cadere potest ff. de militar. testam. ent* qui text. probat, suspectam de turpitudine mulierem nec ex testamento militis capere posse, & *gloss. ibi interpretatur*, quia eam cognovit, & subdit postea, *Item hoc, nisi tempore mortis bona opinionis erat absque suspitione*; atque ita probat *gloss.* id quod dicitur, concubinam militis ex testamento illius capere non posse, de illa non intelligi quæ mortis tempore absque suspitione jam erat, idest, quæ jam antea à concubinatu illius resipuerat; cuius *gloss. ad hoc meminit Paul. in l. donationes, numer. 2. ff. de donation. Palat. d. repetit. rubric §. 37. num. 8. versicul. Maximè si jam.*

23 In militibus autem speciale est, vt concubinis



cubinis suis, seu focarijs donare non possint. l. 2. C. de donat. inter vir. & uxor. nec in testamento relinquere illis possunt d. l. miles ita §. mulier, juncta gloss. ibi, l. mulierem ff. de his quib. ut indign. & utrobique Bart. Paul. in d. l. donationes, numer. 2. Et licet ratio scripta in d. l. 2. ibi, milites tamen meos à focarijs suis hac ratione, scilicetque adulationibus spoliari nolo, solum militum donationes, & non testamentaria relicta determinet, ut subtiliter considerabat Lusitanus Cost. relatus à Gam. decis. 226. in fin. communis tamen opinio in testamentarijs militum relictis idem probat secundum Gam. ibid. eandem secutum. Et ratio generalis pertinens ad utramque speciem, secundum Angel. in d. l. miles ita §. mulier, est, quia maior castitas in militibus requiritur quam in paganis, ut ad pugnandum fortiores sint, & audaciores; propter quod olim antiquam pugnaretur, per tempus aliquod fornicariæ à campo expellebantur, ut ex Vigorino refert Angel. ibid. sequitur Palat. d. rubr. de donation. inter vir. & uxor. §. 37. num. 10. & præter hanc, tres alias rationes assignat Bermond. de public. concubinar. verb. contra predictos, num. 18. Differentia verò stat in eo, quod relicta, fisco applicantur, d. l. mulierem, tradit Paul. d. l. donationes num. 2. Bermond. d. verb. num. 17. in fin. & judicatum refert Senator Regius Gam. d. decis. 226. num. final. ut verò quæ miles concubinæ suæ donavit repetere ipse potest, ut probat text. in d. l. 2. ibi, eam tibi restitui jubebit, & huc spectat ratio ibid. in fine scripta, ne à focarijs suis milites rebus suis spolientur; contra quem text. loquutus est Palat. in d. §. 37. num. 10. ubi in consultò scripsit vir aliàs consultissimus, quod donatum à milite suæ concubinæ non ipse repetit, sed filius qui est iniqui lucri acquisiti justus ablator, ut in d. l. mulierem, qui text. loquitur in relictis testamento, in quibus cessat ratio scripta in d. l. 2.

24 Quod autem in milite armatæ militiæ dispositum est, in clerico cælestis militiæ milite æquè probant omnes, ut concubinæ suæ (quod absit ab eis) neque donare, neque in testamento relinquere possit, ita Bart. d. l. miles ita §. mulier, numer. 4. & in d. l. mulierem, & in l. affectionis ff. de donation. & in l. miles numer. 4. ff. de re judicat. Paul. d. l. donationes, numer. 2. Aymon. conf. 229. Quidam clericus num. 3. in princ. ubi latè contendit, nec adhibito juramento talem donationem valere, & alijs citatis Palat. in dict. rubric. §. 39. num. 1. Gam. d. decis. 226. numer. 4. versicul. Fallit, & secundò, ubi addit, idem etiam locum habere in milite insignito Cruce Domini nostri IESU CHRISTI; quod si verum

est, in alijs etiam aliarum ordinum militarium candidatis probare idem possumus. de prædictam opinionem in clerico sacrorum ordinum probat, & communem dicit, ejusque rationem adducit Bermond. d. verb. contra predictos, num. 21. & sequenti, eamque tripliciter limitat ibid. num. 24. & sequenti. In advocato idem tradit Bart. in l. miles, in fin. ff. de re judicat. & in doctore Gam. loco proxime citato, & in utroque Palat. d. rubr. §. 37. num. 14. & de licentiatò agit in §. sequenti, & loquens in doctoribus, & advocatis, communem tradit, & probat Bermond. d. verb. contra predictos num. 19. & sequenti. Limitatur verò tam in milite armato, quam in alijs, quòdonatio remuneratoria est, ut probatur meritis valeat intra eorum æstimationem, ut per Paul. d. l. donationes, num. 2. ff. de donationib. Aym. d. conf. 229. nu. 3. Bermond. d. verb. contra predictos, num. 25. cum duob. sequenti. Palat. d. §. 39. nu. 13. versic. Vnum non est omittendum, Gam. d. decis. 226. nu. 4. versicul. Quæ omnia.

25 Hæc sanè quæ à Nostris absque controversia ita traduntur factò vulgari argumento de milite armato ad alios, de quo per gloss. & Scribent. in l. miles ff. de re judicat. non tam mihi probantur saltem ad donationis casum in quo disparitas rationis diversum jus suadet. Si enim dicimus, donationem à clerico, aut ab advocato concubinæ factam non valere argumento ejus quod in armato milite traditum extat, fateri cogemur clericum, & advocatum concubinarium donationem ipsam repetere posse; hoc enim repetendi jus expresse datum est armato militi concubinario in d. l. 2. C. de donat. inter vir. & uxor. at verò, quæ in honesta, & indecora propriæ turpitudinis ex hac causa allegatio sit, præsertim in ore ejus qui quotidie canit, Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam, & iterum, in precibus Dominicalibus ad Præmam, Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam, necnon est qui non videat; Fornicatio autem, & omnis immundicia, aut avaritia nec nominetur in verbis, sicut decet Sanctos, ait Apostol. ad Eph. 5. quod, etsi omni genis Christi fidem coelestibus prædicat, ad illos tamen magis pertinet qui in sortem Domini sunt vocati, & quibus dicitur, Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi, vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis, Psalm. 81. Porro turpe valde est, & indignum viro honestissimam juris disciplinam profitente, cujus præceptum, ac capitale præceptum est, honeste vivere l. justitia §. juris præcepta, ff. de justit. & jur. §. juris præcepta, instit. eod. titul. in hoc



nestam concubinatus proprii causam præten-  
dere ad repetendam rem quam donavit. Quod  
si dicatur, in re per clericum, & advocatum,  
doctoremve concubinæ donata fisco locum  
esse, atque ita, illis non agentibus rem repeti  
posse, ut de clerici donatione loquens tradit  
Bermond. *d. verb. contra predictos, numer. 23.*  
Palat. *d. rubric. § 39. numer 7. ubi tractat,*  
Ecclesiæ ne fisco, an Regio seculari, compe-  
tat, hoc ipso apparebit, argumentum de milite  
armato ad eos de quibus agimus, nõ procedere  
in specie proposita, si quidem in armato expedi-  
tum est per *d. l. 2. repetendi* jus illi competere,  
& non fisco; atque ita, si fisco repetit donatio-  
nem à clerico factam, armati militis argumen-  
to non repetit; si verò huic argumento stare  
debemus, clericus repetet; quod esse absurdum,  
& clericali ordine satis indignum, ostensum est,  
quo dato absurdo non valet argumentum.  
Nec obstat, si dicatur, militem armatæ militiæ  
propriam concubinatus sui turpitudinem in  
hac eadem repetitionis specie allegare, & nihi-  
lominus ab agendo non repelli, per *d. l. 2.* quo  
argumento idem in alijs probandum videba-  
tur; respondetur enim, non tam turpe esse ar-  
mato militi concubinam habuisse, ac id palam  
asserere, quàm virò literato bonorum morum  
scientiam profitenti; & in clerico turpius & ig-  
nominiosius hoc esset, quem, ex instituto cal-  
tatem servare, eamque alijs vitæ suæ exem-  
plo prædicare, decet. Et denique, quod spe-  
cialiter armatæ militiæ militibus conce-  
sum est, *in d. l. 2.* ex ratione de qua ibi, quæ  
militiæ favorem concernit, ad alios non est  
trahendum, ne favor in odium converta-  
tur.

26 In ijs autem quæ in testamento relin-  
quuntur præcedens differentiæ ratio cessat,  
& in clerico militat illa quæ in armato milite  
considerari potest, ut concubinæ relicta fisco  
vendicentur; ratio enim odium concubinæ us  
respicit, qui si in armato milite odibilis est, in  
cælesti odibilior multo magis; & si, armatos  
à mulieribus abstinere, oportet, ut ad pug-  
nandum fortiores sint, & audaciores, ut scrip-  
sit Angel *in l. miles ita §. mulier ff. de militar.*  
*testam.* quanto magis, castum esse, oportet,  
qui cælestem militiam proficitur, qui, eo ip-  
so quo turpem querit concubinum, hosti suc-  
cumbit? item, concubina gravius delinquit  
cum clerico, quàm cum milite; quia cū milite  
simplex est concubinatus; at vero, delinquen-  
do cum clerico sacris insignito maius commit-  
titur peccatum; quod an flagitia alia, præter  
simplicem fornicationem secum involvat, in-  
ter Doctores controversatur; de quo *infr. age-*  
*mus art. 10.* atque ideo, tãquam ab indigna au-  
ferri illi meritò debet quod clericus reliquit,

sicut aufertur à milite relicto, *l. mulierem ff.*  
*de his quib. ut indign.*

27 Clericum verò hic intelligo qui sacris  
est initiatus, & non qui in minoribus est consti-  
tutus, cum quo simplex tantum committitur  
concubinatus, nec tam graviter peccat, ut sa-  
cris initiatus, ut notat, Abb. *d. cap. ut clericorum*  
*num. 2.* Unde, pænalis legis extensio de milite  
ad clericum facta per Doctor. satis est, si in sa-  
crorum ordinum clerico accipiatur, propter  
paritatem, aut etiam maioritatem rationis quæ  
in illo militat, ut expendimus; & non in cle-  
rico minorum, in quo nec delicti gravitas, nec  
æquiparationis ratio de vno milite ad alterum  
eandem exigit extentionem; qui enim sacro-  
rum susceptione Deo se vovit, militare Deo,  
proprie dicitur, & non qui in minoribus sunt,  
præsertim si ecclesiæ non ministrant, quos,  
aliud agens, pares laicis reputat Covar. *libr.*  
*2 variar. cap. 1. num. 9* juxta quod accipien-  
dus est Bart. *in l. affectionis ff. de donat.* ubi scri-  
psit Richard. secutus, quod sicut miles non po-  
test donare meretrici, ita nec miles cælestis  
militiæ, & subdit, generaliter hoc esse intelli-  
gendum in quolibet clerico; & sanè, quod ad do-  
nationem attinet, jam sup. tradidimus, non pro-  
cedere argumentum; in relictis verò intelli-  
gendus est de quolibet clerico qui Deo militat,  
etsi ad presbyteratus ordinem promotus non  
sit; in illum enim qui non militat, qualis est,  
qui minoribus tantum est decoratus, & ma-  
trimonio adhuc carnali jungi potest, &  
querere quæ mundi sunt, non cadit argu-  
mentum de vno milite ad alterum. Quod si;  
& hunc militare, quispiam contendat, quia  
fortè certo aliquo ministerio ecclesiæ servit,  
adhuc in casu nostro argumentum negabo,  
quia legis pænalis extensio, de facili inducen-  
da non est, præsertim, cum dissimilis ratio sit  
inter hunc, & illum, quo casu de vno milite  
ad alterum non valet argumentum, ut tradit  
Abb. *in cap. 1. num. 5. de cleric. agrotant.* Palat.  
*d. rubr. § 4. 2. num. 5. versic. Unde privilegia, &*  
*ego scripsi in commentar. l. 1. 2. part. §. 1. nu. 23. C.*  
*de sacrosanct. eccles.*

28 Ex prædictis infertur quid dicendum  
sit in relictis concubinæ ab advocatione; valere  
enim, dicendum est, quia etsi militare dicatur;  
*l. advocati Cod. de advocat. diversor. judicior.*  
unde de armato ad eum argumentatur *gloss.*  
*& Scribentes in l. miles ff. de re judicat. ubi*  
Bart. *in fine,* in terminis nostris loquens, tamè  
pænalis lex, & odiola non debet hoc argu-  
mento de vno ad alium facile extendi, sicut  
diximus circa clericum in minoribus consti-  
tutum, cui magis, quàm sacris insignito, advoca-  
tum hoc in articulo æquiparandum fore, existi-  
mo, quia concubinatus illius nullum aliud quam



simplicis cōcubitus crimen secum involuit. Quod si dicatur etiam armati militis concubitus, nullum aliud præter simplicis cōcubitus crimen secum portare, & tamen nec donata, nec relicta ab eo concubinae iuræ valent, respondebitur, quod in milite scriptum ita est, ad advocatū trahi non debere per argumētum de vno ad alterum in materia odiosa, & in qua eadem in utroque non militat ratio. Sanè, non dico hoc propter favorem advocatum ad excusandas excusationes in peccatis eorum; valde, namque, turpe est, & iterū turpe, ut mores ipsi offendant, quorum se consultores, & vindices esse glorientur, atque ita in se approbent quod reprobant in alijs; ut dici talibus meritò possit, *Medice, cura ve ipsum.*

## ARTIC. NONI.

## SUMMARI A.

- 1 **M**eretrice qua sit, tradit. Et de verbi etymologia, nu. 2.
- 3 Lupanaria in Christiana Republica tollerantur ad maiora mala evitanda. Et unde dicta sint, traditur.
- 4 Virum, qui locat meretrici domum in lupanario sitam, vel extra lupanarium, non ignorans eam meretricium exercere, peccet. Et n. 5. Intelligitur Ulpian. locus in l. ancillarum in fin. ff. de petition. hereditat. quatenus ait quod in multorum honestorum virorum prædijs lupanaria exercentur. d. nu. 5. in fin.
- 6 Meretricem è vicinia expelli posse, cum communi traditur.
- 7 Idem traditur ex mente communis contra Menoch. & Mascard. in illa, qua, etsi meretrice non sit, inhonestè tamen cum amasio aliquo vivit.
- 8 Domus Dominus etiam locationis tempore durante potest ab ea expellere mulierem inhonestè viventem, quanvis longè inde habitet. Et an pensio residui temporis mulieri expulsa ob culpam suam remitti debeat, num. 9.
- 10 Virum Dominus in propria domo inhonestè vivens, per vicinos compelli possit, ut eam derelinquat.
- 11 An, & quando conjugata propter in honestam vitam conversationem è vicinia expelli possit. Mulier nupta cuius maritus furiosus est, vidua equiparatur. Ibid. versic. Et quidem.
- 12 Meretrice nupta quando propter civile debitum in carcerem detrudi possit.
- 13 Meretrices infames esse, & personas turpes, traditur, & de alijs ad illas pertinentibus, remissivè.

- 14 Meretrice testamenti factionem habet activam, & passivam, & etiam de ijs qua meretrice acquisivit, testari potest. Et an de illis elemosynas facere, remissivè.
- 15 Adversus Bald. & alios probatur, meretrices non esse cogendas certum aliquem habitum, aut signum aliud portare quo ab honestis mulieribus distinguantur. Et intelligitur à minima C. de Episcop. audient.
- 16 Meretrice etiam qua in publico lupanario constituta est, non potest ad coitum cogi; & vim illi inferens extraordinaria pena punitur. Et nu. sequent.
- 18 Intelligitur. Lusitana ord. libr. 5. titul. 18. in princ. quatenus mulieri qua questum facit, vim inferentem coitus causa, pena mortis subit.

## ARTIC. IX.

## De Meretrice.

**M**ulta in iure nostro circa meretrices traduntur, quod est vile, ac turpissimum genus mulierum, & utinam tam multæ nõ essent in Christianæ Republicæ civitatibus, ubi tamen permissivè tolerantur ad maiora mala evitanda; necesse est enim, ut veniant scandala, veruntamen vae homini illi per quæ scandalum venit, Math. 18. Quæ autem meretrice sit, describitur ab Ulpian. in l. palam in princ. ff. de rit. nuptiar. Secundum quem ibi, meretrice est, qua palam ac sine delectu corpus suum profert, sive questu, sive sine eo, sive in lupanario, sive alio in loco; tradunt Bermond. de public. concubinar. verb. concubinam dimittat, num. 30. cum duob. sequentib. Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8, §. 11. num. 4. Gom. l. 62. Taur. nu. 3. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 201. n. 7. & cas. 228. n. 4. Matienz. l. 10 titul. 3. gloss. 4. num. 2. Mascard. de probat. concl. 1066. a. n. 4. cum sequentib. Farinac. in praxi criminali 4. tom. titul. de delict. carn. quest. 156. cas. 2. ex n. 76. Cōducitur. cum sumario Bald. ibi, in l. free C. de adulter. bonus text. in cap. vidua 24. dist. ubi habetur, quod meretrice est, quæ multorum libidini patet. Quot verò contineantur appellatione multorum ut meretrice dicatur, variæ sunt opinioniones, ut videre est apud Bermond. loco supradicto, Mascard. d. concl. 1066. a. num. 13. cum sequentib. ubi num. 17. eam probat sententiam quæ plures quam duos à muliere admissos requirit, sequitur Farinac. post relatos ab eo d. quest. 139. n. 85. ubi hanc sententiam veriorè dicit, & magis communem, & quod procul est text. expressus, licet alij illum pro contraria allegent, in d. l. palam, versic. l. qua: per quem text. scriptum Gregor. Tholo-



san. syntagmat. jur. libr. 2. cap. 2. num. 3. sufficere ad convincendam meretricem, quod cum tribus se commiscuerit. Meretrix, itaque, est etiam quæ in lupanario nõ est, & multis modis per testes, & præsumptiones probari potest, vt per Mascard. d. conclus. 1066 num. 4. cum duob. sequentib. & ex num. 21. late Farinac. d. q. 136. cap. 3. per tot. succinte Menoch. d. lib. 2. centur. 6. cas. 535. nu. 3. & 4.

2 Dicitur verò meretrix, vel à merendo, merere enim, est stipendia facere, secundum Vallam lib. 3. elegantiar. cap. 110 citatum à Tholosan. d. cap. 2. n. 1. & à Farinac. d. q. 136. num. 80. vbi alios refert etymologiam istam probantes, vltra quos, eandem probat illo citato Menoch. d. cas. 535. numer. 5. vel secundum Alberic. in suo dictionar. verb. meretrix, relatum ab eodem Farinac. & ante eum à Bermond. d. verb. concubinam dimittat, num. final. meretrix dicitur quasi meretro trahens à bono opere, scilicet, virginitate, vel castitate, propter quæstum, seu lucrum; merere enim, propriè est, lucri gratia aliquid operari, & merere dicuntur, quæ se sordidissimi quæstus gratia prostant, à quo meretrices sunt appellatæ; quæ etymologia in secunda parte, convenit cum priori, quæ prior videtur ad verbum, meretrix, vt nempe, à merendo dicitur. Adde tamen aliam, vocabulo ironicè sumpto, vt à merendo quidem meretrix dicitur, sed hoc per ironiam, quia cum vitæ statum elegerit, quo nullius meriti mulier sit apud Deum, & homines, apud quos lege ita notata est, vt, etsi turpiter vivere desinat, turpitudinis maculam, qua coinquinata est, non abstergat dict. l. palam, versicul. Non solum autem.

3 Hoc autem tam turpe mulierum genus quo non est aliud turpius, aut vilius, in Christiana Republica esse, permittitur ad maiora mala evitanda; adeò vt & lupanaria meretricibus sint deputata. Sunt autem lupanaria, loca civitatis in quibus eæ diversantur, sic dicta à lupa, quo nomine, Acca Laurentia quæ vulgato corpore quæstum faciebat, Faustuli regij pectoris magistri conjux, à pastoribus, & vicinis vocabatur; ex quo meretrices, lupæ antiquitus vocabantur; & quia hæc primos vrbis Romæ cõditores Romulum, & Remum nutrit, inde fortè fama percrebuit, à lupa fuisse nutritos, à quo non dissentit Livius sub init. lib. 1. ab Vrbe condita. Hæc, itaque, lupanaria cõditorum, id est, meretricum vsu, in civitate permittuntur; quam turpitudinem terrena civitas licitã fecit, vt ait D. Augustin. de civitat. Dei lib. 14. c. 18. & licitam dicit, quia nulla eius civitatis lege vindicatur, vt statim subdit, innuens, scilicet, legis Dei, quæ regnat in civitate

vindictæ subjacere, explicat Covar. de sponsal. 1. part. cap. 4. in init. num. 9. versic. Ecclesia igitur; vbi scripsit, Ecclesiã, ac totius Christiani orbis catholicos Principes lupanaria permittere, non quod peccatum approbent, sed vt adulteria, incestus, atque alia luxuriæ crimina cõpescant; & citat D. Augustin. D. Thom. alijs in propositum adductis, post eum fusius Menoch. d. cent. 6. cas. 535. ex numer. 9. cum sequentibus, vbi de prima meretricum institutione, ac earum in civitatibus permissione luculenter egit.

4 Quæstio verò est frequens apud Scribentes, an domini lupanariorum peccent locando meretricibus, quas ad eorum conductionem turpis vsus causa proflire, non ingorant; videtur enim, quod peccent; nam, etsi lupanaria licita sint, absque mortali tamen peccato vsus eorum non est, vt inter omnes constat, atque ideo qui in hunc vsum mulieribus locat, peccati scandalum præbere videtur, ex quo, & ipse peccat illis cooperando, sicut qui vsuarijs locat ad exercendum fœnus, quod non licet c. 1. de vsur. lib. 6. Et Navarr. quidem pro hac parte alia adducit in manual. Latino ca. 17. nu. 195. versic. Quarto, vbi scripsit, difficile defendi posse, quod non peccat mortaliter qui facit, vel locat domum meretrici ad meretricandũ, etiam in ea parte civitatis in qua permittitur habitare, sed tandem in contrariã sententiã quavis dubius inclinatur, dummodò qui locat, nec principaliter, nec etiam minus principaliter, meretricium vsu in domo cõducta exercendum intendat, sed solus habitationis vsu; quã sententiã sine scrupulo (vt Navarr. asserit) affirmat Maior in 4. dist. 15. quæst. 35. & secuti sequuntur Frat. Ludov. Lopez in instructor. negotiant, lib. 2. cap. 28. versicul. Quarto asserimus, Molin. tom. de contractib. disput. 500. numer. 3. Azor institution. moral. libr. 12. cap. 18. quæst. 3. tom. 2. Rebell. de obligat. lib. 14. quæst. 17. numer. 8. in fin. Emmanuel Rod. in summ. 1. part. c. 203. conclus. 1. Petrus de Ledesma in summ. 2. part. tract. 27. cap. 9. concl. 6. dub. 3. versicul. Digo lo segundo, vbi communem affirmat. Rebell. vero loco proxime citato num. precedente hoc ipsum probat etiam cum extra lupanaria domus meretrici aliàs æquè peccaturæ locatur justæ mercedis consequendæ gratia, contra Navarr. in hoc casu contrarium tenentem d. cap. 17. num. 195. versic. Tertio, & Conrad. quem etiam retulit Rebell. quæst. 87. supposit. 3. vltra quos icè cum Navar. tenet Ludovic. Lop. d. c. 18. versic. Tertio dicimus, nec ab illis in casu isto dissentit Azor d. q. 3. & consentit Ledesma. d. cap. 9. conclus. 6. dub. 3.

5 Ego quidem circa præsentem quæstionem sentio, quod, si locare domos quæ sunt in



lupanari peccatum non est, ut tenent præcitati Doctores, nec utique peccatum erit, locare meretrici domum alio in loco sitam, quamvis locator domus non ignoraret, mulierem in ea meretriciū exercere; nec enim inter utrumque casum idonea differentiae ratio dari potest, siquidē mulier in utroque casu peccat; nec maius est peccatum in se sumptū mulierem extra lupanarium, quam in illo meretricari; vel ergo dicimus, quod qui eiusmodi mulieri domū locat sciens prudensque, peccato illius cooperatur, vel quod non cooperatur, si primum dicimus, fateri cogemur, locatorem domus peccare, sive illa in lupanario sit, sive alibi, impossibile enim est, alterum absque peccato, in peccatum alteri cooperari, ut in materia scandalii tradunt communiter omnes; si secundum dicimus, infertur ex eo, locatorem domus non peccare, etiam si illa extra lupanar sit. Et non obstat, si dicatur, qui in lupanario locat, à peccato excusari publica auctoritate, qua lupanaria ipsa sunt instituta, & meretricandi usus permissivus in illis est; nam publica illa auctoritas forū exterius respicit, in quo versatur, & non interius, in quo sicut non potest mulierem à peccato excusare, ita nec illi quoquo modo in peccatum cooperantem. Atque ita, vera semper, & constans manet resolutio quam præmisimus, quæ tota pendet ex eo, an qui domum locat, cooperari intelligatur in peccatum mulieris, vel non.

Quinimò, si fas est dicere, videtur sanè, quod excusabiliter sit in foro animæ, qui domum locat extra lupanar constitutam, quam qui in lupanari; si quidem qui locat in lupanari, dicat quid velit, in meretricium vltum locat, quem mulier ipsa domus conductione profitetur, & principaliter intendit, & secundariò habitationis vltum; sicut qui tabernam vinariā aut alterius popularis vltum locat, in vltum tabernæ locat, & qui conducit, principaliter in destinatum tabernæ vltum conducit, & minus principaliter, atque in consequentiam illius, in vltum habitationis; at verò, qui domum extra lupanarium mulieri locat, quam meretricem esse, nō ignorat, ad vltum quidem habitationis, in quem destinata est domus, locatio & conductio inter eos celebratur, & pravus mulieris vltum per accidens, & cōsequenter ad habitationis vltum venit, qui non tam attenditur, quam qui principaliter intēditur, ut est in lupanariæ domus conductione, meretricius vltum. Atque ita videtur, quod in foro animæ excusari à peccato facilius possit, qui domum locat meretrici extra lupanarium, quam qui in illo sitam. Cæterum, quia & hic communi vltu excusatur, ego de peccato cum non accuso, nec id quidem muneris mei est, præsertim cum doctissimi

virorum iudicium, & communis vltum stent in contrarium etiam in Urbe Roma, ubi teste Navarr. d. c. 17. n. 195. locantur, & semper consueverunt locari domus meretricibus, & confessarij obsoluunt, & semper absoluerunt locatores earum sine proposito abstinendi à tali locatione, quæ repetit Ledesm. d. conclus. 6. dub. 3. versic. Digo lo segundo; illos tamen admonitos esse velim ejus quod scripsit Molin. tom. de contractib. d. disp. 500. num. 3. ubi scripsit, quod licita est ea locatio, tametsi distuadenda sit, & cuique probo viro potius domus sua esset exurenda, quam locanda eiusmodi mulieribus. Assertio sanè religioso ac tanto viro digna, illaque cuique probo & honesto viro corde, & opere amplectenda; tametsi cum ea pugnare videatur Ulpian. Iuriconsul. in l. ancillarum in fin. ff. de petition. hæreditat. ubi ait, quod, & in multorum honestorum virorum prædijs lupanaria exercentur; sed certè Ulpian. responderi potest, quod etiam honesti aliàs sint, in quorum prædijs lupanaria exercentur, in hoc tamen, quod ea exerceri permittunt, honestatis specimen non præbent. Vel etiam dicendum est, Ulpian. loqui ad casum de quo ibi, scilicet, & restitutione pensionum ex locatione lupanarium perceptarum, in iudicio petitionis hæreditatis, de quo ibi agitur.

6 Quæritur deinde, an meretrices è vicinia expelli possunt. In qua quæstione affirmativè communiter respondetur, ut per Rip. tractat de pest. 2. part. de remed. præservativis, numer. 144. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 11. numer. 5. & alijs citatis probat Gregor. Tholosan. d. libro 10. cap. 2. numer. 37. & libr. 4. cap. 24. n. 10. ubi de vicinis agit in toto illo cap. Gom. tom. 3. variar. c. 6. n. fin. versic. Et ex superioribus, & l. 62. Taur. n. 3. versic. Item adde, ubi dicit, quod istud est notabile, & quotidianum in practica, si petatur ab honestis vicinis proximioribus, Vincent. de Franch. decis. 316. in princ. Menoch. de arbit. libr. 2. cas. 78. n. 11. & cas. 328. nu. 14. & rursus pluribus citatis cas. 535. numer. 16. Marc. card. de probat. concl. 1066. n. 8. ubi sequitur Menoch. d. cas. 328. numer. 14. contrarium tradit in ea, quæ non quæstus gratia, sed capta alicujus amore, sui copiam illi facit; hæc enim meretrix non est Quod vltimum ego quidem libenter agnosco; atque ideo multa quæ in meretricem notæ, & pænæ causa traduntur, in hoc locum non habent, ut apud eos videre est, Menoch. nempe, d. cas. 328. & Marc. card. d. conclus. 1066. numer. 7. cum duob. sequentib. Cæterum lex loquens de muliere honesta, in ista locum non habet, quia verè honesta dici non potest, quæ extra sædus matrimoniale corporis



qui copiam non coacta facit, quocunque intutu faciat, & per consequens lex loquens de muliere in honesta hanc sine dubio comprehendet, quæ verè in honestè vivit, tametsi non meretricio more se cuilibet prostituat, sed vni quem amat carnaliter, & ejus amore capta.

7 Quia verò in casu nostro legem non habemus de meretrice, aut in honesta muliere expellenda, dubium erit, an, quod Doctor. de meretricis expulsionem tradunt, in hac quoque sit practicandum. Et sanè, quanvis in illa contrarium probent Menoch. & Mascard. cum secutus, vbi sup. tamen, si rei rationem scrutemur, inveniemus, Doctorum sententiã ad hanc etiam pertinere; est enim ratio, ne meretrices in honesta sua conversatione bonos vicinorum mores corrumpant, aut saltem honestos offendant obtutus; quæ ratio etiam adversus eam militat quæ vnum tantum admittit amasium. Et sanè Paul. in l. 2. n. 5. C. de sum. Trinit. & Dec. qui eum retulit, & retutus est in l. semper in contractibus, aliàs semper in conjunctionibus, num. 3. ff. de regul. jur. quos retulit Menoch. d. cas. 328. num. 14. quasi in meretrice loquentes, in muliere inhonesta loquuntur, tradentes è vicinia expelli posse. In honestæ autem appellatio etiam eam, de qua agimus, comprehendit, vt dictum est; ita etiam in muliere inhonesta loquitur Vincent. de Franch. d. decis. 316. in princ. & in meretrice, vel in muliere in honesta loquens vt in diversis, idem æquè tradit Gom. d. 3. tom. cap. 6. n. final. versu. Et ex superioribus. Pro qua, deniq; sententia facit, quia mulierem istam, inhonestam esse, constat, vt diximus, & in loco honesto non licet collocare in honestas personas, vt dixit Bald. in Auth. si quas ruinas, num. 3. in fin. C. de sacrosanct. eccles. per tex. in l. si qua C. de specul. lib. 11. quem ad hoc satis notabilem vocat Cbasien. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 5. in princ. nu. 54.

Differentia tamen inter hanc, & illam mulierem constituenda est; quia meretrix in lupanari vivere cogenda erit, qui proprius illarum mulierum est locus, & fœdissimo earum quaestui destinatus; quæ verò meretrix non est inhonestè tamen inter honestos vivit, è vicinia ejici poterit; sed, quia ad lupanar ire non est cogenda, nec ab vrbe releganda, quia pœnam hanc relegationis non incurrit, locum habitationis in vrbe, aut sanè in suburbij eligere debet, qui honestorum viciniae non ita congruus sit, juxta tradita per Menoch. dict. cas. 328. nu. 15. post Rebuff. citatum ab eo in l. Maria, col. 2. versu. Adde quoque ff. de verbor. significat. quod, & circa meretrices, vbi lupanaria non extant, erit etiam observandũ. Sanè juxta sacras ædes habitare, inhonestis mulieri-

bus permitti nunquam debet, argum. text. in Auth. de lenonib. post init. ibi, & (quod deterius est) juxta sacratissima loca, & venerabiles domos sint tales habitationes, & c. collat. 3. pestilentiae verò tempore, aut cum timor illius imminet, meretrices extra urbem sunt ejiciendæ, de quo dubitandum non esse, ait Rip. d. tract. de pest. de remed. preservat. n. 144. vbi scripsit, quod, etsi omni tempore continentium sit, fugiendaquè libido, in pestilentia multò magis, secundum Cornelium Tacitum.

8 Non solum autem ab honestis vicinis mulieres inhonestè viventes è vicinia ejici possunt, sed, & domus locator quanvis longe inde habitet, eodem jure vti poterit durante locationis tempore; generale, namque, est, vt inquilinus qui re tibi locata malè vtitur, expelli possit a domo domino l. eodem C. de locat. cap. propter §. verum, eod. titul. & ibi Hostiens. super verb. perversè, communiter receptus secundum Valasc. de jur. emphyt. quest. 23. apud nos ord. lib. 4. tit. 24. in princip. ibi. ou usando nella de alguns actos illicitos, & deshonestos; similis in Regno Castella l. 6. titul. 8. part. 5. versicul. La tercera razon. Addit verò Valasc. ex Bald. d. l. eodem, num. final. quod si domus esset juxta lupanar, vel ad talia consueta, non posset conductor expelli, licet in ea turpiter agere, nisi esset sacerdos, & Valascum refert, & sequitur Molin. Theologus tom. de contractib. disput. 499. numer. 12.

9 Et cum conductor ob prædictam causã expellitur durante tempore locationis, dubium est, an illi pensio pro rata temporis remitti debeat. In qua quaestione, post varias adductas sententias distinguit Gregor. d. l. 6. verb. dos casos, prope fin. dubius tamen, dicens; quod aut dominus reperit conductorem pro tempore futuro, & tunc fiat remissio pensionis, secus si non reperit, ne aliàs in damno sit propter conductoris culpam, refert, & sequitur Molin. d. disput. 499. nu. 14. Qua stante distinctione, & ratione illius, videtur, quod onus quaerendi novũ conductore pro residuo tempore conductori expulso incumbat, & non domino domus, ne onus hoc & gravamen propter culpam illius sustineat, contra regul. l. factum cuique suum ff. de regul. jur. & reg. non debet aliquis, eod. titul. libr. 6. Ego verò distinctionem prædictam sine scrupulo probarem in præcedente casu, quando, scilicet, conductor ob turpem vitæ conversationem expellitur à vicinis, quibus scandalum præbet; tunc enim quia propria culpa expellitur, & absque facto locatoris, nulla est ratio, quæ ipsum à totius temporis mercede excuset; si verò nõ à vicinis, sed à locatore jure domini vtete expellatur



tenendum, magis puto, ut pensio illi remittatur; quia, etsi propter ipsius culpam expellitur, talis tamen culpa est quæ nullum affert domino in re sua detrimentum; atque ideo, satis sibi consultum expulsionis jure in casu isto reputare debet, remissa inquilino residui temporis pensione, ut evenit in casibus alijs quibus expellendi jus locatori competit durante locationis tempore, per *l. adem, cum ibi notat. C. de locat.* Quod si expellendi jus oriatur ex malo rei usu cum damno illius, remissioni mercedis locum non fore, puto, nisi novus substituatur conductor, juxta distinctionem de qua *sup.* quam in casu isto probo. Scio, in utroque casu Ioan. Andr. *contrarium è diametro tenuisse in cap. propter, de locat. quem refert, & sequitur Abb. ibi num. 16. ubi Imol. numer. 19. scripsit, quod* Ioan. Andr. opinio propter auctoritatem tenentium eam forte in practica fervaretur, sed de jure verius censet, in utroque casu, quia culpa sua conductor expellitur, pensionem illi remitti, non debere. Ego in quæstione hac, in qua sic variant Doctores, quod sensi, scripsi, eruditus Lector quod justius est eligat.

10 Quæritur deinde, an, quod in inquilino traditur, qui inter honestos inhonestè vivit habeat locum in domo domino, ita ut propter vitæ turpitudinem, è domo propria, ac vicinia sit expellendus. Et quidem, si de meretrice agitur, & in civitate lupanaria extent, quanvis domus domina sit, de expulsionem illius dubitandum non erit, quæ in lupanari vivere, aut (ut veriùs loquar) vitam perdere, quando perditio ejus ab illa est, cogenda erit; & in meretrice loquens, quod de propria etiam domo expelli possit, tradit Chassen. in *consuetud. Burg. rubr. 4. §. 5. in princ. num. 58. idque nova Mediolanensi constitutione provisum est, refert, & approbat Menoch. de arbitr. d. caus. 535. num. 17.* In alijs verò dubitari magis potest, quia rei suæ usu non sic de facili privandi sunt, quibus jure competit, re sua uti pro arbitrio suo *l. in re mandata C. mandat. & etiam abuti possunt l. sed et si lege §. consuluit ff. de petit. hereditat.* qua ratione probat Valatc. *de jur. exphyt. quæst. 23. ante fin.* emphyteutam propter inhonestos usus ac turpe vitæ exercitium per dominum directum expelli non posse, & si vicinia ex hoc læditur, manu judicis id esse avertendum pænali multà indicta, constituta sic differentia inter emphyteutam, & simplicem rei conductorem.

Nihilominus tamen, ne dum emphyteutam, qui utile tantum dominium habet, sed, & qui vtrunque habet, è propria domo eam ob causam ejici posse, tenendum puto; quia

honestatis causa, ob quam sic traditum est in simplici conductore, publici commodi, ac favoris est, qui privato commodo est preferendus *Aub. res qua C. commun. de legat.* Quare si læditur vicinia propter inhonestos vicinæ vicinæ è mores, etiam de propria domo expelli poterit; id enim tolerabilius est, quam finire, eos proprias habitare domos cum periculo honestatis aliorum, facit *text. in Aub. de lenonib. §. praconizamus, versicul. si quis autem collat. 3.* ubi, si quis in domo sua lenonem patitur, & in ea lenocinium exercere, ultra pecuniariam pænã, de qua ibi, propriæ domus habitatione privatur, vel etiam ipsa domus proprietate, ut intelligit *gloss. in l. ancillarum, verb. percepta sint. ff. de petition. hereditat.* quod plus est, quam solo habitationis usu in propria domo privari propter inhonestos in illa usus. Et quod Valatc. *tradidit d. quæst. 23.* intelligendum est de jure expellendi domino competente propter in honestos habitatoris mores; & differentiam constituit inter simplicem conductorem, & emphyteutam; quam sanè probo in casu quo dominus eam ob causam expellere contendit, sic intellecto Valatc. fecus, si honestatis jure vicini agant, aut iudex ex officio.

11 Amplianda verò hæc sunt in muliere conjugata quæ meretricio more vivit, cujus maritus est vilis, & ipsius vxoris leno, ut tradit Menoch. *d. cas. 535. numer. 19. secus Rebuff. ab eo re'atum in l. Maturius, col. penult. versic. Ad hæc limitatur ff. de verbor. signific. Vilis autem & leno intelligitur esse, non solum qui ex meretricio vxoris quæstum facit, sed etiam qui vxorem ita turpiter viventem sciens retinet *l. mariti, versic. An autem ff. ad leg. Jul. de adulter. l. sine metu, in fin. C. ad titul.* Et quanvis ad evitandam lenocinij pænã excusari maritus possit, quando dolose vxorem malè agere, non patitur, ut tradit Menoch. *de arbur. cas. 534. num. 27. per text. d. l. mariti §. plectitur, versicul. Quod si patitur, tamen ad casum de quo agimur, videtur, quod adumbrata ignorantia non sit excusandus.* Sed dubitari potest circa eam, cujus maritus id ignorat, quia fortè in longinquis abest, vel in furore est. Et quidem, si furore est, mortuo æquiparatur *l. qui ad certum ff. locat. l. bonorum, versic. An autem ff. rem rat. habet tradit Baet. tract. de inope debitor. cap. 9. num. 2. & 3.* Et ideo, si conjugata, cujus vir furiosus, aut mente captus est, honestè vivat, honestæ viduæ privilegio fruitur; quia videtur dicitur etiam quæ virum habet inutilem, *gloss. singularis in l. final. verb. orditates C. ad leg. Fab. de plagiar. Covar. pract. cap. 7. num. 2. versicul. Est & in hoc, Menoch. qui plures refert, de arbur.**



*litt. lib. 2. cent. 1. cas. 66. numer. 9.* inde inferentes ad fori privilegium; per contrarium ergo, si in honestè agat, quasi cum innupta in honesta agendum cum illa erit, ut è vicinia eam ob causam expelli possit. Si verò vir ejus ab sit, cum absentiae locus non ignoratur, quanvis in remotis, & transmarinis partibus existat, toleranda mulier erit propter matrimonij favorem. Apud nos sanè in hoc absentiae casu sententia ista convenit cum dilpositioe *ord. lib. 5. titul. 28. §. penult.* & est limitanda juxta terminos de quibus ibi.

12 Et juxta hanc resolutionem casus alij de meretrice conjugata decidendi erunt, cuiusmodi est de meretrice conjugata in carcerem detrudenda propter civile debitum; est enim honestarum foeminarum privilegium, ut eam ob causam prehendi non possint, de quo agimus *sup. art. 3.* quo privilegio non fruitur meretrix, quæ capi potest sub honesta custodia tenenda, ut per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quest. 88. num. 13.* etiam illa quæ nupta est, quando vxoriae turpitudinis vir conficius est, alias non; & ita in casu isto distinguit, & probat Menoch. *d. quest. 88. num. 14. cum sequentibus. ultra alios de quibus sup. d. art. 3.* in quo idem probandum censeo quod ad præcedentem scripsi, quando vir ignorat, quia absens est, vel in furore.

13 Meretrices, infames esse, & turpibus personis annumerandas, nemo dubitat; turpes vocat *text. in l. Pantonius, alias Paconius ff. si a parent. quis manumiss. sit.* Et ideo in causis criminalibus testimonium ferre non possunt; quod tamen iudicis arbitrio relinquit Menoch. *d. cas. 535. num. 21.* ut is pro facti, & personarum qualitate iudicet, an meretrici adhibenda sit fides, ad quod citat Gregor. *lib. 48. syntagmat. jur. cap. 13. numer. 16.* qui tamen non loquitur ibi de repellenda meretrice à testificando infamiae causa, sed affectionis causa erga suos scrutatores; atque ita, an pro illis, & è contra, an illi in causa illarum testimonium ferre possint, quærit, & iudicis arbitrio relinquit *d. num. 16. in fin.* Sed absolute, loquens in meretrice, quod non sit idoneus testis propter infamiam, qua notata est, tradit *gloss. in l. 2. §. lege Julia ff. de testib. & ut commune ponit Malcard. de probat. 3. tom. conclus. 1257. num. 20.* Hinc etiam est, quod si quis fratrem sororemvè habens, talem mulierem sibi heredem instituat, fratri aut sorori competet inofficiosi testamenti querela; quod confirmatur ex eo quod circa institutionem concubinae tradidimus *sup. artic. precedente.* Et de hoc, atque de relictis meretrici, quæ ut pia sunt iudicanda propter adjectionem conditionis vitæ respicientiam importantis, de-

quæ alijs ad meretrices pertinentibus egimus in *commentar. l. 1. 3. part. §. 5. C. de sacrosanct. eccles.* Et an meretrici, quasi prodigæ, curator sit dandus egimus *ibi, 1. part. §. 2.* vbi duas constituimus species mulierum luxuriosè viventium, *pro intellectu l. & mulieri ff. de curat. furios.* vnam, quando mulier quæstus causa luxuriosè vivit, alteram, quando non quæstus causa, sed solius libidinis causa, sed solius libidinis causa, & in temperie ita effrænis vivit; & de hac intelleximus *ibi. d. l. & mulieri.*

14 Meretricem, autem testamenti factionem habere, activam, & passivam, quia prohibita non reperitur, scripsit Cravett. *conf. 203. incipit, Deferens iuramentum, num. 25. in princ. secutus Ias. ab eo relatum conf. 37. col. 2. lib. 3.* Menoch. *de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 16. num. 8.* Bermond. *de public. concubinar. verb. contra prædictos, num. 9.* vbi loquitur in illa quæ testatur de his quæ meretricio acquirit, & communem refert ex Abb. *in cap. cum decorem, de vit. & honestat. cleric.* qui eo in loco hoc non tangit secundum lectionem libri mei, tangit verò in *cap. quia plerique, nu. 14. de immunitat. eccles. vbi etiam illum retulit Bermond.* Et an de his lucris possit meretrix facere elemosynas agit *idem Author ibid. n. 11. & 12. vbi tradit contrarias in hoc esse Canonistarum, & Theologorum opiniones.* Sed stante communi intellectu ad *d. l. & mulieri*, secundum quem, meretrici curator dari potest, inferunt quidam inde cautelam ad inhibendam illi activam testamenti factionem, per dationem, scilicet, curatoris. Quod ego probavi *d. l. 1. 1. part. §. 2. nu. 14.* in muliere illa quæ solius libidinis causa, & non propter quæstum, luxuriosè vivit.

15 Inter habitum meretricalem, & matrimoniale, distinctionem esse, notavit Bald. *per text. ibi in l. mima C. de Episcop. audient.* & ideo, inquit, quod possunt cogi meretrices portare habitum aliquem distinctum, aut aliud signum, sequitur Dec. *in l. semper in contractibus, alias, semper in conjunctionibus numer. 4. ff. de regul. jur. quos refert, & sequitur Bermond. in commentar. de public. concubin. rubr. de stupro num. 22.* Gregor. *syntagmat. jur. lib. 10. cap. 2. num. 28.* Menoch. *de arbitr. cent. 6. cas. 535. nu. 18. vbi alios refert.* Sed hoc apud nos in usu non est; nec de jure probandum censeo, ut cogi possint, certum aliquod signum portare, quo ab honestis mulieribus discernantur; satis enim est pro jure honestatis servando, si è vicinia expellantur, & in destinato illis loco habitare cogantur; at verò, quod foras exeuntes, habitum portent, signum vè aliquod, quo, dum ab honestis discernuntur, turpi-



turpitudinem ipsam publicè profiteantur, nec jure cautum reperitur, nec bonis moribus ita convenit, qui potius ex solo ipsius habitus, aut signi aspectu non rarum patientur scandalum saltem interius etiam apud honestos, honestaque. Nec quidem *d. l. mima. ex qua* Bald. & cæteri contrarium annotarunt, illud probat; planè enim loquitur in mimis, & meretricibus portantibus habitum Virginum Deo dedicatarum, quo illis vti prohibetur ibi; non tamen jubetur, vt certum aliquem ferant habitum quo ab alijs honestis mulieribus discernantur; quinimò, prohibito illo, qui peculiaris est Virginum quæ Deo dedicatæ sunt, alij omnes permisi cententur, *juxta reg. l. cum prator. in princ. ff. de judic.*

16 Ultimò, tenendum est firmiter, meretricem etiam lupanario publico addictam, non posse cogi ab aliquo ad secum coeundum justa constituta mercede, vt contra *Dec. in l. inuitus ff. de reg. jur. secure tenet, & probat Covar. lib. 3. var. cap. 14. num. 2. & Menoch. cum relatis ab eis d. cas. 535. num. 29.* & addunt, tali mulieri vim inferentem libidinis causa, extraordinaria pæna judicis arbitrio puniri debere, quod vt verius, & receptius pluribus citatis tradit *Farinac. in praxi criminal. titul. de delict. carn. quest. 145. nu. 188.*

17 Sanè, *ord. nostra lib. 5. titul. 18. in princ.* mulierem invitam vi cognoscètem, etiam quæ quæstum corpore facit, pæna, mortis punit; non tamen, cum quæstuaris, aut servilis conditionis mulieri vis illata est, executionem pænæ fieri, finit, absque Regis jussu de eo potius admoniti. Neapolitana item cõstitutione pænâ mortis statutam esse ijs qui meretricibus vim faciunt, refert *Covar. d. cap. 14. num. 2. in fin.* vbi tamen eam gravem judicat, tamen si æquissimum sit, ab hac, & similibus injurijs homines arceri, vt ibi scripsit.

18 Cæterum, quod attinet ad *leg. nostram*, quia interpretatione legum pænæ sunt mollendæ *l. interpretatione ff. de pen. notandum est, ord. d. titul. 18. in princ.* loqui in muliere quæ quæstum facit; non tamen omnis quæ quæstum facit, publicè facit in lupanario manens; & huic quidem quæ corpus suum omnibus commune fecit, atque facere, palam profitetur in loco ad id destinato constituta, non tam gravis irrogatur injuria, vt illi quæ in lupanario non est. Quare, extra rem non erit, si *ord. nostra* quæ pænâ mortis statuit cum simpliciter loquatur in muliere quæ corpore quæstum facit, de illa intelligatur, quæ et si quæstum corpore facit, publicè nõ facit; & non de illa quæ cum omnibus ad se venientibus absque de lectu facere parata est; cui vis illata extraordinaria pæna judi-

cis arbitrio punienda erit, juxta sententiam de qua sup. quæ in casu isto apud nos retinenda erit.

## ARTIC. DECIMI.

## SUMMARI A.

- 1 **D** Omina coitus cum servo suo acerrimè lege punitur in utroque, & in filijs etiam inde natis; & specialia multa que in hoc crimine reperiuntur, remissè traduntur. Idem in servo filiam domini sui, aut domine sue stuprante, ex *Farinac. sententia. Contrarium probatur numer. sequenti.*
- 3 Traditur ratio ad *l. vnic. C. mulier. quæ se propr. servu junxerunt.*
- 4 Domini cum propria ancilla coitus punibilis nõ est, & aliquando remuneratur, vt in *casu l. final. C. commun. de manumission. Potest tamen dominus compelli ad ancillæ, qua luxuriosè abutitur, venditionem.*
- 5 Declaratur *d. l. final. cum ampliatione ad casum libertatis de quo ibi, vt locum habeat si dominus in ancilla sua concubinatæ usque ad mortem non permansit propter supervenientem senilem etatem.*
- 6 Idem, & multò magis si permanere cum illa in concubinatæ non potuit propter supervenientem multorum annorum infirmitatem quam mors secuta est.
- 7 Ampliatur etiam vt procedat quando dominus per religionis ingressum ab ancilla separatur. Et quomodo hoc intelligatur, *ibid. versicul. Quod verò.*  
*Si dominus ab ancilla sua concubinatæ respicit quia caste, & honestè vivere eligit in saculo, non adipiscitur illa libertatem mortuo domino Ibid. versicul. De illo sanè.*
- 8 Si ancilla moritur sub domini sui concubinatæ relicta filijs, & dominus postea moritur de illius non disponens, liberi manet, ex *d. l. final. C. commun. de manumiss. sic impliata.*
- 9 Si dominus de ancilla quam habuit in concubinatæ usque ad mortis sue tempus, ultima elogio disposuit in servitutis causam, & non disposuit de filijs ex ea susceptis, illa in servitute manet, filij verò libertatem consequuntur. Idem è converso traditur, si de filijs disposuit, & de matre non.
- 10 Ancilla quam dominus in concubinatæ habuit usque ad mortis sue tempus, si cum alio fornicata est illo ignorante, non fructur beneficio *d. l. final. filij verò ex ea suscepti fructant.*



117. Et legatum uxori relictum qua commiserat adulterium tacita voluntate censetur revocatum.

11 Contrarium traditur cum differentia ratione inter uxorem, & concubinam, in legato concubina relictio, qua cum alio rem habuerat concubinario ignorante.

12 Et quid in eadem specie, de legato à domino propria ancilla concubina sua relictio. Et de intellectu l. 3. §. final. ff. de adimend. legat. ibid. versicul. Quod si adhuc.

## ARTIC. X.

De domina cum servo suo, & de domino cum sua ancilla.

**D**ominam proprio servo commiseri, de testabile est, & acerrimè crimen hoc in utroque punitur; illa, namque, capite plectitur, servus verò ultimò quoque supplicio damnatur, & qualificato quidè, ignis, scilicet, combustione; & filij, si qui ex coitu isto suscipiantur, infamiae nota laborant, ac maternae successionis incapaces sunt; sic habetur in l. vnic. Cod. de mulierib. qua se propr. serv. junxer. & ibi tradunt Cyn. Bald. Salyc. & communiter Scribent. qui specialia multa notant per text. ibi, in crimine isto intervenire, ubi Cyn. quinque adducit, & octo Salycet. Gom. l. 80. Taur. num. 23. Clar. in §. fornicatio, num. 20. Farinac. in prax. 4. part. iii. de delict. carn. quast. 137. num. 38. & quast. 141. num. 57. & rursus pluribus citatis quast. 147. num. 18. ubi hoc tradit etiam in servo filiam domini sui, aut dominae suae stuprante, & extendit ad alium quemlibet, qui debet servare fidelitatem, ex Ioan. Fabr. in §. item lex Iulia de adulterijs, num. 6. instit. de public. iudic.

2 Sed haec ampliatio, non sic amplè accipienda est, ut omnis qui fornicatur cum muliere fidei suae commendata, capitali sententiae subjiciatur. Quinimò, nec servus rem agens cum filia domini, aut dominae suae concubendus, erit, juxta dispositionem d. l. vnic. cui nec filia ipsa stuprum admittens subdita manebit; est enim penalis dispositio, & rigorosa nimis, quae potius interpretatione mollienda, & restringenda erit, quam amplianda, & exasperanda, juxta vulgares traditiones l. interpretatione. ff. de poen. cum alijs.

3 Dubitari verò potest de ratione dispositionis d. l. vnic. ad tam acerbum in utriusque persona supplicium; nec enim propter servilis personae vilitatem id ita cautum dicere possumus; quia ratio ista idem concludit

in commixtione liberæ mulieris cum servo alieno; quo casu statuta pœna non est; dicit aliquis, dominae à servo proprio reverentiam maximam deberi, non ab alieno; & ideo graviter punitur, quia quam honorare debuerat, turpissimè tametsi volentem de honestavit; sed hæc ratio servum ipsum onerat, non dominam cum eo concubentem, quæ eo ipso capite punitur d. l. vnic. Quare, pro ratione dicendum erit, libidinolam mulierem licentiosius, ac sibi securius cum proprio servo turpiter agere, quam cum alieno, tam propter obsequium illi ab eo debitum, quam propter ipsius turpitudinis velamentum, quod utriusque promittit domestica inter eos servilis ministerij obtentu conversatio; res autem hæc, maris, inquam, atque feminae domestica conversatio periculosa valde est, & etiam cautos aggreditur, atque etiam non rarò ingreditur. Lex ergo castitatis amica, ubi maius ejus, & detestabilius vertebatur periculum maiori remedio occurrere intendit, capitali in utrumque pœna statuta, ut ita à fœditissima mulieris cum proprio servo commixtione, cui castissimus Ioseph virtutis amore restitit, alios illa formidine pœnae cohiberet.

4 E diverso verò, domini cum propria ancilla coitus, punibilis non est; imò aliquando remuneratur, ut in terminis l. final. Cod. commun. de manumission. per quem text. notat Cyn. d. l. vnic. juncto text. ibi, quod amatores amafijs suis donat, sed non è contra, hoc verò in sacris literis scriptum habemus apud Ezech. cap. 16. Omnibus, inquit, meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum Factumque est, in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus suis. Potest tamen ancilla, qua dominus ejus luxuriosè abutitur, cui illa resistere nequit, eum compellere ad sui ipsius venditionem, secundum Navar. in manual. Latino cap. 16. numer. 22. ubi ait, quod hoc nemo alius exprimit, & movetur, quia cum possit, compellere dominum ad vendendum, propter asperum, & crudelem corporis cruciatum, §. sed & maior, instit. de his qui sunt sui, vel alien. jur. Multò magis idè poterit propter animæ dispendium, quod multò maiorem tecum involuit cruciatum; quam sententiam, sequitur Petr. de Ledesm. in summ. 2. part. tract. 27. cap. 18. in fin. ubi ultra Navar. pro eadem etiam citat Ludovic. Lop. in instructor. conscient. 1. part. cap. 68.

5 Illud verò ad d. l. final. addendum puto pro ampliatio, seu declaratione illius, quod quatenus text. requirit, ut ancilla in specie de qua



qua ibi libertatem adipiscatur, quòd dominus eam sub nomine habeat concubinæ, & in eadem usque ad mortem suam consuetudine permaneat, non ita strictè secundùm nudum verborum corticem accipiendus est, ut carnalis copulæ perseverantia ad mortem usque domini præcisè semper requiratur, ut ancilla libertatem consequatur. Quid enim, si quam habuit in concubinam quoad potuit, propter supervenientem senilem ætatem habere deinceps non possit? Certè, in casu isto perinde res habenda erit, ac si usque ad mortem suam in eadem permanserit consuetudine; in eadè, namque, consuetudine permanere, non ineptè dicitur, qui illa utitur toto vitæ tempore, quo uti illa potuit. Et cum res hæc pendeat à domini voluntate ex taciturnitate collecta, ut in *d. l. final.* ratio ista tacitæ, seu interpretativæ voluntatis tam militat in casu isto, quam in casu perseverantiæ usque ad mortem; idcirco, præsertim libertatis favore in id impellente, & in casu isto accipièda est decisio *d. l. final.*

6 Qua ratione, accipienda quoque erit, quando propter supervenientem calum, qui duravit usque ad mortem, copulari postea nō potuerunt; & sane, si infirmitas superveniens tametsi diuturna illa sit, ac post multorum annorum langores morte excepta, in causa fuit, ut à pristino concubinato separarentur, multò magis recipienda est interpretatio ista, tãquam cui verba, & mens legis directò conveniant; cum enim lex dicit, perseverantiam in eadem consuetudine cum ancilla usque ad mortem domini intervenire debere, ut illa libertatem consequatur, non vult dicere perseverantiam usque ad diem obitus; si enim sic intelligeremus, diceremus, dominium, tanquam in ancillæ suæ concubinato usque ad mortem animi affectu permanentem, in sempiternam servitutem ire, necesse esse, ut illa morte illius ex prædicta causa ad temporalem perveniat libertatem, nec aliàs locum fore decisioni *d. l. final.* quod absolum est. Dicendum ergo erit, perseverantiam concubinitatis, quæ durat usque ad infirmitatem domini, quam mors ejusdem secuta est, sive brevi, sive longo annorum tempore, illa perduraverit, eam esse quam lex requirit, ad mortem usque domini duraturam.

7 Tertiò ampliatur *d. l. fin.* seu declaratur, ut procedat etiam in casu, quo dominus per religionis ingressum ab ancillæ suæ concubinato recessit; hoc enim casu perinde habebitur, ac si usque ad mortem suam in turpi consuetudine permansisset, adhuc ut professione illius, quando aliter de ancilla quam habuit in concubinam, & de liberis ex

ea susceptis non disposuit, libertate illi adipiscantur; monachus enim pro mortuo habetur, & mundo mortuus est, qui Deo in religione vivit, *cap. placuit 2. 16. quest. 1. notat gloss. in Auth. idem est C. de bon. qua liber. per l. Deo nobis §. 1. C. de Episcop. & cleric. ubi communiter Scribent. & in cap. in presentia, de probat.* Atque ita, qui usque ad monachatum permansit in concubinato, ad mortem usque permansisse censendus erit, ut habeat locum dispositio *d. l. final.* præsertim libertatis favore. Quod verò dicimus de perseverantia in ancillari concubinato usque ad monachatum, non sic intelligimus, ut necesse sit, à thoro ire ad chorum; sed satis erit, ut turpem vitæ consuetudinem de relinquat, ad meliorem respiciens, ac deinde optimam partem eligens monasterium ingrediatur.

De illo sanè dubitari potest, an eadem interpretatio admitti debeat, domino castè, & honestè vivere eligente, in seculo tamen; ut ita in casu isto ancillæ tribuatur, quòd tribuitur si in domini concubinato permanserit usque ad obitum illius, ne aliàs dicatur, quòd plus tribuitur luxuriæ, quàm castitati, contra *regul. l. his solis, in fin. Cod. de revocand. donat.* Verùm, quia dispositio *d. l. final.* non procedit castitatis, aut luxuriæ ratione, sed propter præsumptam domini voluntatem erga eam, quam concubinæ affectu tractavit, quoad tractare ita potuit, ratio hæc affectionis, cessat erga illam quam volens dereliquit; nec verba legis huic calui modo aliquo adaptari possunt, idcirco ad illum extendenda nō erunt.

8 Quartò amplianda est decisio *d. l. final.* ut procedat etiam præmortua ancilla liberis relictis; si enim dominus illam usque ad tempus mortis ejus, intelligendo prout sup. concubinario tractavit affectu, quavis illa prius quàm dominus moriatur, superstitibus filij morte domini ac patris eorum libertatem consequentur, quia quòd ad eos spectat, eadem in casu isto tacitæ, seu interpretativæ voluntatis ratio militat, quam considerat *d. l. final.* ad casum domini prædefuncti; quòd enim loquitur ibi in casu quo dominus præmoritur, & usque ad mortem suam in concubinato cum propria ancilla permansit, ex eo est, quia lex libertatem ancillæ, ex causa concubinitatis cum domino suo edicere, principaliter intendit, ac liberorum etiam, si forte suscepti fuissent; idcirco præventæ in domino mortis speciem proposuit, quo matrem, ac liberos pariter eadem comprehenderet determinatione. Atque ita hic est vnus casus, in quo liberi in terminis *d. l. fin.* libertatè consequuntur, quã mater adepta nunquam fuit.



9 Secundus erit, cum dominus de ancilla ipsa quam habuit in concubinam ultimo eloquio disposuit, eam alicui legando, vel hæredibus relinquendo, liberis prætermittis; hoc enim casu illa secundum expressam domini voluntatē in servitute manebit, tametsi in concubinato illius permanisset usque ad mortem eius, juxta *d. l. final.* liberi verò, de quibus actum nihil est, præsumptæ voluntatis beneficio fruuntur; quod, nihil est quod impediatur; quinimò expressa in persona matris dispositio ad servitutem illius tendens, bonum pro sobole ex ea suscepta præstat argumētum, de quo in *l. cum prator, in princ. cum gloss. ibi ff. de judic.* Et denique, liberorum causa in specie ista, tanquam omissa remanet sub dispositione juris, de quo in *d. l. final. juxta reg. l. commodissime, ff. de liber. & posth.* Qua ratione, idem è conversò probandum erit, si forte casus eveniret, quòd pater de liberis ultimo eloquio disposuisset in servitutis causam tacita ancilla quam habuit in concubinam.

10 Tertius, & ultimus casus est, cum ancilla, dum sub domini sui concubinato vivit, cum alia fornicatur, & id illum latuit; hoc enim casu illa morte domini libertatem non consequetur, quam liberi ex ea suscepti obtinebunt. Et, quod ad illam attinet, ratio est, quia, ut dictum jam est, ancillæ libertas in specie *d. l. final.* nititur præsumpta domini voluntate, & affectione erga eam quam habuit in concubinam; quæ præsumptæ voluntatis, & affectionis ratio cessat in illa, quæ domino in ipso concubinato fidelitatem non servavit. Nec quidem debet ex eo præmium reportare, cujus fidem violavit *l. auxilium, in fin. ff. de minorib.* Accedit, quod uxori relictum à marito, non debetur illi, quæ adulterium commisit, tanquam tacita contraria voluntate revocatum, secundum *gl. ff. sententiam in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. quam notabilem dicit Palat. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67. num. 5.* si ergo, quod expressa voluntate relictum est, tacita censetur ademptum propter injuriæ causam, quæ testator ignoravit, multò magis propter injuriæ causam non censetur relictum, quod alias, illa non existente, tacita voluntate datum censeretur.

11 Et non obstat, si dicatur; levis injuriæ causa non censeri ademptum legatum, sed gravissimam intervenire oportere *l. 3. §. final. ff. de adimend. legat.* Vnde, non valere argumentum de uxore adulterante, quæ gravissimam irrogat viro injuriam, ad concubinam fornicantem, quæ non ita offendit; factor enim, disparem esse vtriusque injuriæ causam, & rationem, atque ita de vna ad alte-

ram data parilitate terminorum non valere argumentum; vnde eveniet, quòd concubinæ relictum à concubinario suo, tacita voluntate non censetur ademptum, ex eo quòd illa ab alio cognosci passâ fuisset; quanvis in uxore adulterante contrarium dicendum sit propter gravissimam viro illatam injuriam; sed casus de quo agimus dissimilis est, quia in eo non agitur de adimendo legato expressa voluntate relictum, sed de non inducenda pro eo tacita voluntate; & facilius impeditur quid faciendum, quam tollatur jam factum, juxta *regul. l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* Nec est omittendum, ancillam sub domini sui concubinato existentem, maiorem illi admissio alio facere injuriam, quam quæ concubinarij sui ancilla non est, propter obsequium domino ab ancilla debitum, maioremquè reverentiæ causa fidem ab ea præstandam.

Adeo, ut si aliquis velit, legatum à domino relictum, in hac specie ademptum censeri, nõ difficile cum illo in hanc ibo sententiam ex prædicta ancillaris reverentiæ causa, quæ maiorem ab illa exigit fidem, maioremquè idcirco illius violatio injuriam secum affert. Quòd si adhuc aliquis dura cervice contendat, nec sic gravissimam causari injuriam, quæ requiritur ad inducendam tacitam legati revocationem in *d. l. 3. §. final.* Responderi illi poterit, *text. ibi de injuria gravissima non loqui, sed de capitali, aut gravissima inimicitia post testamentum succedente inter testatorem, & legatarium; porro, inimicitia talis intervenire inter eos potuit absque aliqua testatoris offensa à legatario illi superinducta; ut ita text. de gravissima inimicitia loquens; non finè ipsius text. injuria ad gravissimam necesse trahatur injuriam.*

## ARTIC. VNDECIMI.

## SUMMARIA.

- 1 **D**E etymologia verbi, Clericus, & de origine illius, & honestate maxima quæ requiritur in clericis.
- 2 Clericis non licet cohabitare cum suspectis mulieribus, etsi propinque sint Possunt verò familiaris ministerij causa apud se retinere etiam extraneus in quibus senilis ætas omnem removet suspicionem.
- 3 Clericis prohibetur domos mulierum ingredi, etsi commatres sint; nec licet illis sanctimonialium monasterium frequentare; & quando frequentatio dicatur.

4 Cleri-



- 4 Clerico in sacris constituto nunquam licui contrahere matrimonium; in minoribus vero, si contrahat, beneficio, si quod habet, ipso iure priuatur uxore retenta.
- 5 In Ecclesia Orientali uxorati ordinari permittuntur: qui verò uxorati non sunt, si sacris initiantur, uxorem ducere deinceps non possunt. Et intelligitur text. in cap. aliter, dist. 31.
- 6 Simplex fornicatio, quæ in laicis contentioso foro non punitur, in clericis punibilis est pena arbitraria.
- 7 Presbyteri cum soluta fornicatio an adulterij crimen secum involuat.
- 8 Probatur, clericum non committere incestum cum muliere sibi aliunde non colligata fornicantem. Nec item stuprum committit eo quod clericus est, nn. sequenti.
- 10 Cum communi probatur, quolibet clericus sacrorum ordinum coitu sacrilegium committi.
- 11 Agitur de pena clerici concubinarij statuta sacro Concil. Trident. sess. 25. cap. 14. de reformat.
- 12 Clericus concubinarius ante admonitionem non incurrit penas suspensionis, aut depositionis sacro Concilio statutas, sed alijs, vel iudicis arbitrio puniendus est.
- 13 Communis sententia refertur, quæ tradit, clericum sacrorum, aut minorum ordinum, manifestum concubinarium suspensionis penam ipso iure incurrere secundum antiquos canones, ita ut si ordinis ministerio se immisceat, irregularis maneat.
- 14 An hodie stante Concilij decreto d. cap. 14. ejusmodi clericus antequam admonitus sit ut ibi, eandem antiqui juris suspensionis penam incurrat.
- 15 Probatur, clericus concubinam sacrilegij crimen committere, & mixti fori esse, etiam non manifestam.
- 16 Incestus crimen detestabile est, & varijs penis utroque iure punibile. Et committitur cum consanguineis, aut affinitibus intra gradus prohibitos.
- 17 An incestus commissus in cognationem spirituales, quam jus canonicum introducit, penis à jure civili impositis incestus crimini punibilis sit.
- 18 Sacerdos contrahit spirituales cognationem cum ea quam audit in penitentiario foro, sicut cum illa quam baptizat. Et intelligitur text. in cap. omnes quos 30. quest. 1.
- 19 Sacerdos qui in ipso confessionis actum mulierem ad rem veneream sollicitat, graviter delinquit, & Inquisitorum examini subicitur Apostolica bulla. Et an eadem comprehendatur, qui sollicitat paulò, ante confessionem, vel statim post illam, declaratur.
- 20 Adulterij crimen grave est, propter quod clericus perpetua depositionis pena punitur, secundum communem, & nu. 21.
- 22 Occidens clericum cum uxore in adulterio deprehensum non incidit in penam canonis, si quis suadente 17. quest. 4. Et quid si cum sponsa inveniatur.
- 23 Filij clerici sacrorum ordinum spurij dicuntur, quanvis patrem certum habeant. Et de Etymologia verbi, spurius, & de duplici illius significatione agitur. Et remissivè de spurij.
- 24 Filij presbyterorum cum patribus suis habitare interdicitur.
- 25 Clerici spurios suos alere debent, si aliunde non habent unde alantur, etiam de redditibus prebendarum, si bona alia patrimonialia non habent ad filios alendos.
- 26 Presbyterorum filij ex quocunque coitu suscipiuntur, ex damnabili, & punibili coitu suscipiuntur, & ideo nec matri succedere possunt.

## ARTIC. XI.

## De honestate Clericorum.

**P**ostquam singulos fæminarum status percurramus, de honestatis jure quod ad masculos pertinet, agendum nunc est; & ut ab honestioribus, & in quibus maior requiritur honestas, incipiamus, clericos præponimus.

1 Sunt enim clerici in sortem Domini vocati; unde, & nomen, *cleros*, seu, *clericus*, venit, quod latinè, *sortis*, vel, *hereditas*, dicitur, vel quia clerici de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent, ut ex D. Isidor. lib. 7. etymologiar. cap. 12. habetur in cap. *cleros*, distinct. 21. ad quos est illud Principis Apostolorum 1. cap. 2. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c.* Sed, & nomen ipsum, *clericus*, altissimam, & nobilissimam trahit originem à Mathia Apostolo, qui sorte electus fuit, & primus per Apostolos ordinatus, ut in d. cap. *cleros* Hic ergo tam electus, ac Deo dilectus hominum status summam exigit honestatem, quam in illis summè commendat Imperat. in Ath. quomodo oporteat Episcop. in princ. capit. 1. ubi sic ait, *Ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cum utique, & pro illis ipsi semper Deo supplicent.* Et paulo post, *Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem; quam illis obtinentibus, credimus, quod per eam maxima nobis donabuntur.*



buntur à Deo, & ea qua sunt, firma habebimus, & qua non dum haecenus venerunt, acquiramus. Qui ergo tam subitum à Deo statutum adepti sunt, à cuius superna clementia sacerdotium est, & imperiū, vt idem Imperat. ait d. *Auth. quomodo oport. Episcop. in init.* sacerdotium proponens, vt imperio ipso praestantius ac honorabilius, honestatē promunere suo colere, & observare summē debēt; & secundū Specul. in repertor. tit. de vita & honestat. cleric. omnibus sui corporis membris à vertice capitis vsq; ad plantā pedis sacerdotes debent honestatem ostendere, ita vt honestatis exēplo alijs sint, & honestatem ipsā praeseferāt habitu gestu, incessu, sermone, atq; tota vitæ conversatione, pro vt describitur in cap. cleric. de vit. & honestat. clericor. & in sacro Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. de reformat. Circa vestes sanē, inquit Bald. in rubr. num. 9. extr. de vit. & honestat. clericor. quod à sordidis abstineant, quia vestes sordidae inducunt pudorē l. vestem sordidam ff. de injs. & è contra, quod debent abstinere à vestibus nimis pretiosis, sed mediocribus indui debent, & pompas vestium dimittere; de quo scriptū est, d. Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. de reformat. quod, etsi habitus nō facit monachum, oportet tamen, clericos vestes proprio congruentes ordini temper deferre vt per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant; aliās praecedente Episcopi admonitione, & non obtemperantes graviter puniunt vt ibi, quia milites Dei sunt, non seculi. Et in propositum honestatis quae requiritur in clericis plura congerit Azeved. in l. 1. tit. 19. libr. 8. recopil. ex numer. 1. Inijs, itaque, vt principalis virtus, desideratur honestas, & verecundia, quae quidem sororizant, & vtraque castis moribus perseverat, secundum Balu. dict. rubr. numer. 8. dicitur enim honestas impielementum bonorum morum ad vitam mundam faciendam l. 27. in init. tit. 6. part. 1. laco, suspectas feminas apud se retinere non debent clerici; adeo, vt, etsi de ijs sint, de quibus propter sanguinis conjunctionem naturale factus nihil permittit laevi criminis suspicari, tamen si suspectae sint, in propria domo retinendae non sunt, juxta text. in cap. 1. de cohabit. clericor. & mulier. juncta expositione gloss. 2. ibi communiter recepta secundum Abb. ibidem numer. 2.

2 Notandus verò est text. ille, quatenus nec cum matre suspecta filio clerico cohabitare permittitur, & intelligitur de suspecta erga filium ipsum; quia, instigante diabolo, & in illis scelus per petratum reperitur, vt ibi dicitur. Sanè B. Augustinus nec cum sorore de qua nulla suspicio erat, habitare consensit, dicens, *Quae cum sorore mea sunt, sorores mea non sunt,*

vt habetur in cap. legitur 81. distinct. ex quo notatur juxta gloss. ibi, quod etiam à licitis debemus abstinere, si eorum occasione pervenit ad illicita; licita enim per se est, cum propriore, de qua nulla est suspicio, cohabitatio, & cum propinquis alijs, juxta cap. a nobis de cohabit. cleric. & mulier. & d. cap. 1. eod. tit. juncta gloss. ibi communiter recepta. Quod tamen de propinquis alijs, sic est accipiendum in transversalibus, vt ultra contentas in d. c. 1. & cap. interdixit dist. 32. & c. cum omnibus 81. distinct. non extendatur; quae enim vltioris gradus sunt, pro extraneis habebuntur, quarū & si suspectae non sint, contubernium clerico licitum non est, vt in praecitatis locis, & l. cum qui C. de Episcop. & cleric. & cum illis habitantes anathematizantur Concil. Bracarē 1. (quod celebratum est circa tempora Honorij Pap. 1.) cap. 1. Canon. 15. Si tamen senilis aetas omnem omnino suspicionem excludit, retineri licite possunt pro familiari ministerio; quanvis nec in isto casu extranearum mulierum cohabitationem clerico licere, teneat Bermond. in commentar. ad tit. de publico concubinar. verb. tenent, concl. 6. subdens pro ratione, quia magis frequenter delinquitur; vbi à suspicione delictum potest esse tutum. Quod tamen durum est, nec vltu recipitur, contrariumquē videtur permittere text. in d. c. interdixit, in fin. ibi, aut etiam eas idoneas personas quae fugiant omnes suspensiones.

3 Non solum autem clericorum cum mulieribus cohabitatio prohibita est, sed etiam accessus ad eas illis prohibetur, & solum cum sola loqui, cap. clericus, & c. clericus 81. distinct. quanvis commatres sint, nam, & cum comatribus conversationem illis interdici debere, tradit Farinac. in praxi 4. part. tit. de delict. carn. quest. 128. num. 74. in fin. ex Decian. ab eo relato in tract. crimin. libr. 6. cap. 21. rubr. de concub. cleric. num. 41. saepe enim compertum fuit, vt dicit Ioan. Andr. ab eo ibid. relatus in cap. sicut, de homicid. quod clerici impraegnaverunt suas commatres. Nec illis licet sanctimonialium monasteria sine manifesta, & rationabili causa frequentare, cap. monasteria, de vit. & honestat. clericor. vbi etiam laicis hoc interdicitur; & glossa 2. ibi dicit, ex duabus vicibus frequentationem induci; quod non placet Hostiens. qui secundum communem loquendi vsum, determinandum hoc censet, sed Ioann. Andr. quem sequitur Abb. ibi numer. 5. sentit, quod si post admonitionem accesserit, habeat locum dispositio text. & ante admonitionem pena de qua ibi non incurritur; juxta text. cum gloss. final. ibid.

4 Quia verò, castitas summa, & innumera-



merabilis honestas requiritur in clerico sacris insignito, matrimonium contrahere prohibetur *c. 1. c. sanè 2. de cleric. conjugat.* & si de facto contrahat, ultra alias juris penas, de hæresi suspectum videri, scripsit Bermond. *in commentar. de public. concubinar. verb. & alios non publicos concubinarios, num. 4.* quod tamen intelligitur secundum Decian. *dict. tract. crimin. lib. 6. cap. 22. rubr. de cleric. contrahent. matrimon. num. 11. relatum, & secutum à Farinac. dict. quest. 138. num. 95.* quando contraxit putans id sibi licere. In minoribus autem constitutus contrahens, beneficio, si quod habet, ipso jure privatur, retenta vxore *d. cap. 1. cap. quod a te, eod. titul. tradit. Farinac. dict. quest. 138. num. 101. cum sequentib.* & innumeris citatis probat Sanch. *de matrim. libr. 7. disput. 42. numer. 4.* & de hoc copiosum edidit tractatum, de cælibatu sacerdotum non abrogando inscriptum Marquard. *de susanis, vbi multa in propositum adducit, reperitur tom. 14. tractatum juris, & ibi 1. part. cap. 7. in fin. ait, quod licet ingens sit flagitium concubinitus, & fornicatio clericum in sacris constitutorum, tamen secundum Patrum sententias, sceleratiora sunt nuptiæ eorum, subditquæ, quod nulla vnquam fuit controversia apud aliquam nationem in populo Christiano, nec vnquam permissum, sacerdotem ordinatum vxorem ducere; quod ipsum ante eum observavit Bermond. *de public. concubinar. in prefation. num. 19.**

5 Et intelligitur de Occidentali Romana Ecclesia; in Orientali, namque, de qua loquitur *text. in cap. cum olim, de cleric. conjugat.* vxorati ordinari permittuntur vxore retenta; si verò sacris initiantur, contrahere deinde non possunt, sed castitatem servare tenentur, tradit Salzed. *in addit. ad Bernard. in pract. cap. 8. liter. A. post eum Farinac. d. quest. 138. num. 90 Sanch. de matrim. dict. libr. 7. disput. 28. numer. 3. cum duob. sequentib. post Azor. ab eo citatum lib. 13. institution. moral. cap. 12. quest. 3. & 5. quod ait Bermond. d. prefat. num. 20.* esse contra plurimos, qui fronte inexcogitata asserunt, presbyteros Græcos posse contrahere matrimonium, quibus aperte repugnat *text. in dict. cap. cum olim, & in cap. si quis eorum 32. distinct. vbi gloss. idem notavit per text. ibi contra contrarium asserentes; & ad text. in cap. aliter, distinct. 31* qui pro illis facere videtur, respondendum erit juxta gloss. *ibi verb. copulantur, quod verba illa, matrimonio copulantur, referenda sunt ad copulam post susceptum sacrum ordinem habendam cum vxore antea ducta.* De permissione verò ista, ejusque causa in Orientali illa Ecclesia agit Marquard. *d. tract. de cælibat. sa-*

*cerdot. non abrogand. 2. part. cap. 9.* Et de causa, & rationibus propter quas clericis sacrorum ordinum, in Romana Ecclesia, matrimonio vti, est prohibitum cum perpetuæ castitatis vinculo, fusillimè per eundem in toto serè tractat. *presertim in 1. & 2. illius parte, & Bermond. d. prefat. num. 22.* Et de hoc est antiquissimus Apostolorum Canon. *cap. 27. alias 25. sub init. tom. 1. Concil. general. cujus verba sunt, Innuptis autem qui ad clerum proveliti sunt, precipimus, ut si voluerint vxores accipiant; sed lectores, cantoresquæ tantummodò.* Et Concil. Toletan. *9. cap. 10.* statutum fuit, filium clerici in sacris ordinibus constituti ex libera muliere susceptum sub specie matrimonij scienter contracti, ipsius ecclesiæ cui pater inseruit, servum fieri; habetur *in cap. cum multa 15. quest. 8 ejus meminit Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 17. vbi Roman. notat, ut nimis largè Canonem illum trahentem ad omnes clericorum filios etiam qui sub specie matrimonij suscepti non fuerint, singul. 520.*

6 Fornicatio autem, quæ simplex in laicis in foro contentioso non punitur, in clericis punibilis est: & graviter quidem ab initio Ecclesiæ primitivæ; habetur enim Canon. Apostolorum *25. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur; refertur in cap. presbyter, aut diaconus 81. distinct.* Sed quia hodie de qualitate pænæ variant Doctores. ut videre est apud Abb. *in cap. at si clerici, nu. 35. de judic. ibidem numer. sequenti* iudicis arbitrio eam relinquit, æstimandam ex circumstantiis, & scandalum de oriente, & consuetudine etiam patriæ, monens tamen, quod semper in isto delicto iudex inclinet in mitiorem partem, quod dixit propter criminis absconditatem; quæ tamen ratio contrarium tuadere poterat ad compescendum delictum; sed regulare illud est in quacunque pænali accusatione, quia melius est propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem *cap. alligant 26. quest. final. & hanc sententiam communem refert, & sequitur Bermond. d. verb. Et alios non publicos concubinarios, num. 10. cum sequentib. Marquard. d. tract. 3. part. cap. 2. num. 2. Paul. Grilland. tract. de pen. omnifar. coit. illicit. quest. 7. num. 2. & quest. 9. num. 3. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 5. cas. 418. num. 3. & ex alijs communem refert, & sequitur Bernard. Diaz. in pract. criminali Canon. cap. 78. & Salzed. Complaten. sis in addit. ad eum ibid. Ioan. Azor. institut. moral. 2. part. lib. 6. cap. 7. quest. 12. vbi Abb. opinionem communi consentu receptam dixit, ac sibi magis placere, & quia minor, & benignior est in pænâ, pluribus citatis Farinac. d. mal.*



titul. de delicto carn. quest. 137. num. 16. cum sequentibus.

7 Non minor verò dubitatio est, an presbyteri cum soluta fornicatio alia secū crimina involvat. Et primò, de adulterio controversatur; quidam enim affirmant, alij verò negant, ut videre est apud Felin. d. cap. at si clericus n. 14. ubi negantes sequitur, tenetquè, presbyterum cum soluta simplicem tantum committere fornicationem, idem tenet Bermond. d. verb. & alios non publicos concubinariorum, num. 12. ubi pro hac sententia citat text. in cap. quia circa, de bigam. & in c. presbyter, ibi, quod fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, dist. 28. eamquè post citatos ab eo limitat in episcopo, & religioso, sequitur Marquard. d. tract. de calibat. sacerdot. non abrogand. 3. part. c. 1. nu. 13. in fin. Grilland d. tract. de pœv. omnifar. coit. quest. 15. (quæ est ultim. illius tractatus) num. 2. Palæot. de noth. & spur. cap. 16. n. 14. cōmunem tradit, & sequitur Clar. in §. fornicatio, num. 18. Farinac. d. titul. de delict. carn. quest. 146. numer. 30. ubi scripsit, quòd verior, & magis recepta est Doctorum sententia, quòd clericus cum soluta non committit, nisi simplicem fornicationem; cum quibus in hoc convenio per jura sup. dicta. excepta sacrilegij causa de quo infra tamen idem Bermond. d. commentar. de public. concubinar. in prefatione n. 23. contrarium tenuisse videtur, ubi scripsit, & probare intendit, sacerdotem fornicando incidere in adulterium, stuprum, incestum, sacrilegium, & peccatum contra naturam, quem eo in loco citat, & sequitur Menoch. de arbitrar. d. cas. 418. nu. 7. cum duobus sequentibus.

8 De incestu est glossa penult. in l. 2. C. de Episcop. & cleric. quæ concessit illis post sacros ordines susceptos, incestos vocat; quæ gloss. commendat ibi Bart. & sequitur Bald. ultim. notab. Palæot. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 39. num. 6. & communem Legistarum tradit Grilland. d. quest. final. nu. 3. de quo latè Cald. tract. de nominat. emphyteut. quest. 19. nu. 51. cum duobus sequentibus. Sed contra gloss. tenet Cyn. in dict. l. 2. versicul. Quare hic, & omnes qui simplicem tantum fornicationem committi, dicunt; & in specie contra glossam illam tenet Bermond. de public. concubinar. rubric. de incestu, numer. 30. & illam acriter reprehendit Anan. in c. significavit, numer. 4. versicul. Tu considera, de adulter. ubi scripsit, quòd glossa illa est periculosa, & plusquam periculosa, quia si esset verum, quòd sacerdos pro simplici fornicatione committeret incestum, non posset absolui nisi ab Episcopo, per id quòd notat glos. in cap. 2. de penitent. & remission. libr. 6. & subdit, quòd illa gloss. debet ab radi per sacerdotes, quia est

nimis periculosa; ita Anan. quem refert, & sequitur Marquard. d. cap. 1. nu. 4. communem refert, & sequitur Clar. in §. fornicatio, versic. Cum presbytero, Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 79. verb. Audire divina, versicul. Sunt quidam. Cald. d. quest. 19. num. 53. in fin. ubi opinionem istam cōtra gloss. benigniorem vocat & eam sequitur Covarr. de sponsalib. 2. part. c. 8. §. 5. num. 14. Rojas in epitom. success. cap. 20. num. 35. ubi glossam illam ex Salyc. ibi, & alijs communiter reprobari, tradidit. Et sanè, contra gloss. tenendum est, quia incestus non committitur nisi cum consanguineis, & affinibus, carnalibus, aut spiritualibus, ut explicat Bermond. d. rubr. de incestu, numer. 1. cum duobus sequentibus. porrò, inter sacerdotem, eo quòd sacerdos est, & feminas aliunde illi non colligatas nulla cognatio spiritalis reperitur contracta, igitur incestus non committitur inter eos.

9 De stupro multò minus est dubitandum attenda diffinitione illius, quam ponit text. in cap. lex illa 36. quest. 1. ubi dicitur, quòd stuprū propriè, virginum est illicita defloratio; quæ sanè defloratio carnalis est, & spiritaliter considerari non potest. Et multò minus peccatum contra naturam, dici potest simplex presbyteri fornicatio, nisi appellatione naturæ, jus naturale intelligatur, quòd simplex etiam laicorum fornicatio offendit.

10 Super est ergo sola sacrilegij despectio, in quo maior dubitatio vertatur; quia clerici sacrorum susceptione Deo devovent, ejusque mundo ac sancto ministerio, ad quòd quia summa corporis & mentis castitas & munditia desideratur, eam saltem implicite vovere visunt, quasi antecedens ad illud necessarium, juxta reg. l. 2. ff. de jurisdic. omn. jud. l. ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procurator. Atquè ita videtur, quòd per quemlibet coitum sacrilegi efficiantur, quali coiplo peccantes in sacrum ministerium cui se addixerunt, quòd probat Azor. institution. moral. 2. part. lib. 6. cap. 7. quest. 12. versic. Sed dubia, & pro constanti ponit, & commune Theologorum dicit Petr. de Ledesma in summ. 2. part. tract. 27. c. 14. conclus. 2. Contrarium nihilominus probat Bermond. de public. concubinar. rubr. de sacrilegio, nu. 1. constituta differentia inter seculares clericos, & personas religiosas quæ castitatem expresse vovent, eandem constituit Grillandin. d. quest. 15. n. 2. Palæot. d. c. 16. n. 14. & sequenti, tenet Clar. d. §. fornicatio num. 18. quæ opinio, & si æquior sit, verior tamè cōtraria videtur, quæ communiter tenetur, per ea quæ dicta sunt, & quia secularis sacerdos, sacra etiam persona est, quæ cōmixtione carnali violatur; ex quo cavetur vna sacrilegij species



cies quam primo loco posuit Caietan. *in sum. verb. sacrilegium, in princ. ubi, prope fin.* scripsit, quod sacrilegium est si sacerdos fornicetur, quia sanctificatus est ad castitatem; non autem si blasphemet, quia non est ad eius oppositum directè sanctificatus. Utcunque verò sit, illud constat, quod clerici fornicatio, etsi ut simplex reputetur, attentata persona mulieris cum qua committitur, tamen, tam propter ipsius clerici personam Deo dicatam, quàm propter aliorum scandalum, grave crimen est, & iudicis arbitrio punibile. Cautus verò iudex esse debet, ne temerè condemnet, quem sacer vitæ status commendat, vnde maior scandali inde surgentis damnum oriatur; in manifestum ergo fornicatorem strictè animadvertat, non manifestum manifestari, non linat, memor ejus quod de Constantino Imperatore legitur, cujus infra mentionem faciemus.

11 Malum, itaque, est, clericum fornicatorem esse vago concubitu, ut ex prædictis constat, sed concubinam habere peius est, quod, & clerici nomine dicitur indignum, Concil. Trident. *sess. 25. cap. 14. de reformatione*, graviterquè Concilio ipso, & Pontificio jure crimen hoc punitur vsque ad depositionis ab officio, & beneficio pœnam sacro ipso Concilio statutam, *d. cap. 14.* ubi non abstinentes se ad primam Superioris monitionem, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum, & pensionum ipso facto privantur, quæ fabricæ ecclesiæ, aut alij loco pio, arbitrio Episcopi applicatur. Intelligitur verò de privatione duratura, quandiu ille in turpi conversatione perdurat. Si verò, secundæ deinde monitioni non pareat, fructus omnes, proventus beneficiorum, & pensiones eo ipso amittit, similiter applicandos; & in suspensionis pœnam incurrit ad Ordinarij arbitrium; quæ suspensionis pœna, cum ad Ordinarij arbitrium sit imponenda, ut ibi, ipso jure non incurritur, in casu isto, sed lata sententia. Postquam, quasi sententia ipsa tertiæ, ac postremæ monitionis loco sit, si adhuc in crimine perseveret, in perpetuum privatur ab officio, & beneficio, & pensionibus quibuscunque ecclesiasticis, atque in habilis in posterum, & indignus redditur, donec post manifestam vitæ emendationem, à Superiore cum eo ex causa, visum fuerit, dispensandum? Semper tamen clerico concubinario ex relictibus beneficij alimenta præstari debere ad vitæ subsidium, si aliunde non habeat vnde se alat, tradit Salzed. ad Bernar. *in præct. dict. cap. 79. verb. Audire divina, versicul. Nec huic clerico, ubi pro hac sententia citat Bermond. de public. concubinar. verb. a perceptione fructu-*

*um, nu. 11.* qui data concubinarij contumacia oppositum censet *ibi in nu. sequenti*; Salzedum verò refert, & sequitur Petr. de Ledesm. *in sum. 2. part. tract. 27. cap. 18. dub. 1. versicul. Digolo secundo*; qui consequenter agit, an etiam in casu isto pœna Concilij in quotidianis distributionibus locum habeat, & affirmativè respondet secutus Navar. *ab eo citatum libr. 5. consilior. titul. de verbor. significat. conf. 6. in quam sententiam alios novissimè citat eosdem secutus Lusitanus noster vir bene eruditus Barbof. Vimaransenis in remissionib. ad Concil. super d. cap. 14. num. 4.*

Atque ita discrimen inter hunc, & præcedentes casus in eo consistit; quod in primo, pœna amissionis fructuum, proventuum beneficiorum, & pensionum non extenditur ultra tempus delicti; idcirco, concubina verè dimissa, pœna hæc cessat, nec de vitæ alia emendatione necesse est edocere; in secundo, etiam ultra tempus delicti extenditur pœna, juxta Superioris arbitrium cui committitur; in tertio verò & ultimo, quia pœna in perpetuum irrogatur, dispensatione opus est, ut dicitur *d. cap. 14.* ad cujus impetrationem, non solum concubinæ dimissio, sed manifesta etiam vitæ emendatio præcedere debet. Atque ita, duo copulativè requiruntur, ut dispenset Episcopus, nempe, concubinæ dimissio, & manifesta vitæ emendatio; explicat Bermond. *verb. usque quo cum eis, & cat. & ibi ex num. 4.* quando ad hoc manifesta vitæ emendatio dicatur. Sin autem post concubinam semel dimissam, intermissum consortium repetant, vel alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungant, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectuntur. *d. cap. 14.*

Et additur, quod nulla appellatio, aut exceptio prædictam executionem impediatur, aut suspendatur; quod Salzed. ad Bernard. *d. c. 79. verb. ab officio, & beneficio, versicul. Est tamen, interpretatur, ut procedat, quando iudex superior non justificata appellatione, nec visis actis processus inferiorè inhibere contendit, aliàs secutus; quod æquè observat ad interpretationem ejusdem Concilij *sess. 24. c. 10. de reformatione*, ubi de visitatione, ac morum correctione agitur, cum facultate exequendi Episcopis commissa, appellatione, aut exemptione vlla non obstante; & cum illo remissivè transit Farinac. *in praxi d. titul. de delict. corn. quest. 138. numer. 80. in fin. & alijs citatis ad interpretationem Concilij. dict. cap. 10. observat Vimaransenis Barbof. in remissionib. ad locum ibi, nu. 2. qui numer. sequenti tradit, appellationis inhibitionem de qua ibi, de suspensione intelligi, & de non de devolutiva secutus Lusitanum item virum doctum Thom. Valac.**



*allegation. 70. nu. 5. tom. 1.*

Dubitari autem potest, an pœna ista excommunicationis ob repetitum turpe confortium tantum habeat locum in casu ultimo, an etiam in præcedentibus, nempe, si ad primam, aut secundam monitionem semel dimissam concubinam, postea repetant, aut aliam teneant. Et videtur, quod ad hos etiam priores casus excommunicationis pœna post ultimum scripta sit referenda; quia ratio omnes comprehendit, & verba nullum excludunt. Clerici vero beneficia ecclesiastica, & pensiones non habente, juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem puniuntur pœna carceris, suspensionis, & inhabilitatis, *ut in d. cap. 14. versicul. Clerici vero; & ibi ultimò de Episcopo subditur. Quas pœnas sacro Tridentin. Concil. declaratas d. cap. 14. in alijs etiam antea Concilijs ferè per omnia sancitas fuisse, recenset Menoch. de arbitr. cent. 5. cas. 418. numer. 12. & de ijs agit Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 21. sub nu. 5. & 6. in discursu, & numer. 25. & 32. Farinac. quest. 138. ex n. 35. cum multis sequentib. & ante eos latissimè Bermond. de public. concubinar. verb. postquam præsentibus, & in sequentibus ad explicationem similis constitutionis, de qua ibi; & quòd habeat locum in quocunque clerico etiam minoribus insignito, & prima tantum tonsura, tradit ibid. verb. Clericus, pro quo facit verbum illud, quibuscunque, de quo in d. cap. 14. ibi, prohibet sancta Synodus quibuscunque clericis, &c. quòd univèrsale verbum nihil excludit, & omnia includit, ut per eundem Bermond. verb. quòd quicunque, & quòd nuncupatum Concilij decretum factè de clericis sacrorum ordinum intelligatur, etsi presbyteri non sint, probat Frat. Petr. de Ledesm. in summ. 2. part. tract. 27. cap. 18. conclus. 1. quanvis aliàs leges de concubinis clericorù vel beneficiatorum loquentes non intelligantur de concubinis illorum qui in minoribus sunt, & beneficium non habent, ut tradit Thom. Valasc. cum alijs quos refert, allegat. 34. num. 6. d. 1. tom.*

12 Quanvis autem pœnæ de quibus sup. locum non habeant nisi præmissis superioris monitionibus, ut ibi, tamen non intelligitur, quòd clericus antequam admonitus sit, impunè concubinam tenere possit, si enim nec simplex ejus fornicatio impunibilis est, sed arbitrio superioris punitur, ut sup. traditum est, multo magis pro concubinato puniendus erit, non quidem pœnis de quibus sup. nisi post monitiones si illis non obtèpereret; ante eas verò, pœnis à sacris Canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis puniri debent, & ita præcipit sacra Trident. Synodus d. cap. 14. de reformat. in princ. Ideo, etsi suspensionis, & depositionis pœnæ

huic crimini antiquis etiam Canonibus sint impositæ, ad eas tamen hodie deveniendum non erit antequam monitiones præcedant, sed pœnis alijs plectendus erit clericus concubinarus, vel etiam judicis arbitrio, juxta Abb. sententiam in cap. at si clerici, numer. 36. de jud. vbi de pœna fornicationis, & concubinatus simul loquitur, cum communi de qua sup.

13 Dubitari verò potest, an hodie ad pœnam suspensionis incurrendam monitio etiam necessaria sit in notorio concubinario; talis enim à beneficio, & omni ordinis officio abique aliqua monitione suspensus manet secundum antiquos Canones cap. præter, dist. 32. tradit Innocent. in cap. vestra, in fin. & ibi Abb. nu. 7. & 8. de cohabit. clericor. & mulier. idem Abb. in cap. ex parte 3. notab. extra de testib. & in cap. cum non liceat, num. 4. de præscript. vbi communem opinionem dixit, probabiliorè dicit Azor. institutio, moral. 2. part. lib. 6. cap. 7. quest. 5. & rursus idem Author. 3. part. lib. 3. cap. 6. versicul. Secundo notandum, communem etiam tradit, & sequitur Bermond. de public. concubinar. verb. postquam præsentibus, & sequitur idem Author verb. & alios non publicos concubenarios, numer. 5. & 6. vbi tradit, quòd suspensio durat, quandiu in vitio perseverat, & si interim celebrat, efficitur irregularis ad dispensationem Papæ, idem tradit Navar. in manual. Latin. cap. 25. numer. 76. & sequenti, & rursus cap. 27. num. 154. sequitur. Farinac. d. quest. 138. n. 58. Azor. d. c. 7. quest. 5. in fin. & d. c. 6. versic. Secundo notandum, communem dicit, & secundum eam judicatum fuisse, refert Marquard. de calibat. sacerdot. 3. part. cap. 2. n. 4. vbi addit, hoc locum habere, etiam si ordo ecclesiasticus, sit de minoribus, ut puta, Acolytus, exorcista, aut alius similis; debet enim clericus, si manifestus concubinarus est, abstinere à ministerio illi ordini deputato, & si illi se immiscet, efficitur irregularis, & ita esse communem sententiam, affirmat, per Abb. & alios in cap. 2. de cleric. excommunicat. ultra quos, etiam in initiatis minoribus ordinibus idem tenet Navar. cum Arch. & Turrecrem. ab eo citatis d. c. 25. nu. 76. in fin. & cum alijs Bernard. in practic. cap. 79. num. 2. quos sequitur Azor. d. versicul. Secundo notandum. Dicitur verò manifestus, seu notorius concubinarus, quando de crimine convictus apparet per sententiam, vel confessionem ipsius in judicio factam, vel per facti evidentiam quæ nulla tergiversatione celari potest, secundum Abb. d. cap. vestra, notab. 7. id est, ut explicat. Azor. d. 2. part. lib. 6. cap. 7. quest. & d. 3. part. lib. 3. cap. 6. versicul. Quarto, & Marquard. d. c. 2. num. final. quando publicè tenet concubinam, sicut



vxorem, & nutrit filios, ita vt diffiteri non audeat, nec vlla sit negatio, & remittit ad Hostienl. *de notorio juris, & facti latissimè agentem in summ. titul. de cohabitac. clericor. & mulier. §. qui sit notorium; fuse in propositum Bermond. d. commentar. verb. publici autem intelligendi sunt, & sequentib. Palat. in repetit. cap. per vestras §. 21. incip. Ex his patet, à num. 15. cum sequentib. de donat. inter vir, & vxor. vbi tradit, non sufficere, concubinam in delicto deprehendi, vt legibus de publicis concubinarijs loquentibus comprehendatur, sed aliunde debere constare de publicitate, putà, quia videntibus, & scientibus vicinis à concubinario tenetur, & ab eo alimenta recipit, & illum refert, & sequitur Aviles in cap. prator. cap. 47. verb. Manceba publica, num. 1.*

14 Cùm, itaque, notorius concubinarius secundum antiquos Canones eo ipso sit suspensus ab officio, & beneficio absque aliqua monitione, ita vt si ordinis ministerio se immisceat, maneat irregularis, iuxta communè sententiam (quam tamen, quod ad irregularitatem attinet, tametsi communem fateatur, duram nimis vocat Covar. in Clem. furiosus de homicid. 1. part §. 1. nu. 5. vbi dixit, quod non auderet, secundum eam iudicare quemquam irregularem esse, tametsi consuleret, vt absolutio, aut dispensatio à Romano Pontifice impetraretur; & pro vtraque sententia varios Authores allegat, & post eum Salzed. in addis. ad Bernard. in pract. d. cap. 79. verb. irregularis, vbi posteriorem hanc sequitur) dubitari potest, an hodie post Concil. Trident. d. cap. 14. vbi suspensionis pœna ad Superioris arbitrium non imponitur nisi bina monitione præcedente, rigor ille antiquus sit observandus. Et in primis, quod per contrariam consuetudinem sit abrogatus, testatur Gu-tt. err. Canoniar. cap. 1. num. 43. & alij citati à Stephan. de Avila tractat. de censur. ecclesiastic 3. part. disputat. 5. dub. 2. versicul. Sit prima conclusio, & 2. part. cap. 6. disputat. 2. dub. 5. versicul. Hinc sequitur, & ita testantur communiter Moderni, secundum eum ibi. Deinde, idem Author loco prius citato tenet, quod etiam si jus illud antiquum contraria consuetudine non esset abrogatum, hodie sublatum maneret Trident. Concil. d. cap. 14. de reformat. quia loquens de clericis concubinarijs, suspensionis pœnam non imponit nisi monitionibus de quibus ibi præcedentibus; quinimò (quod plus est) nec ex antiquis decretis clericum notorium concubinarium suspensionis pœnam ipso jure incurrere, verius cenlet, & latè probare contendit doctissimus Hispanus Pater Francisc. Suar. (qui tantus vir, toto orbe Christiano famosissimus

propter insignem sacrae Theologiae peritiam, quarta abhinc retro die id est 25. Setembris anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo, in Vlysioponensi domo D. Rochi Societatis IESV, è qua ille erat, mortali hac vita functus est, & jam requiescit à laboribus suis, quorum laudabile testimonium in toto orbe terrarum prædicant plurima ab eo elaborata literarum volumina in publicum edita cum magno Christianæ Republicæ commo) is, inquam, vir in tract. de censur. disputat. 31. sect 4. num. 10. cum sequentib. verius cenluit, clericum etiam propter notorium concubinatum pœnam suspensionis ipso jure non incurrere secundum jus antiquum, probabile tamen contrarium dixit, quod commune est, vt ex supra dictis constat. Mihi sane hac in re videtur, quod consuetudini, vbi illa viget, standum sit; sed illa non extante, sententiam hanc, quam mitior interpretatio commendat, probabilem cenleo, quavis in stricta disputatione contraria defendi posset ex eo, quia Concil. decretum in concubinario loquitur, quem sacrorum Canonum pœnis plecti jubet, & quia de manifesto expresse non loquitur, in eo quod de monitionibus subjicit, de manifesto non videtur intelligendum, vt ita, communi sententia stante de suspensionis pœna secundum antiquos Canones, antiqui juris correctio, in casu non expressio non introducatur; præsertim quia monitio necessaria non videbatur in manifesto, quem muta etiam labia, & tota vicinia satis manent, & frustra satis.

15 Concubinam autem clerici, vt sacrilegam in vtroque foro posse puniri, sentit Felin. in cap. cum sit generale, numer. 14. de for. competent. contra Aret & Frederic. de Senis conf. 67 Mulier accusata, in fin. ab eo citatur, & gloss. & Doctor. in cap. eos, per text. ibi 32. distinct. tenentes, solius ecclesiastici fori esse; quem tamen text. pro contraria sententia retorquet Felin. quam etiam probat Marian. Socin. d. cap. cum sit generale, numer. 22. versic. Tu verò latius, ex eo quia tali coitu committitur sacrilegium, & sacrilegium mixti fori est, juxta text. ibi, vbi idem Socin. notat num. 4. notab 7. l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & cleric. & juribus alijs citatis tradit Paul. Grilland. tract. de pen. omnifariam coitus illiciti, quest. 1. num. 2. vnde inferi Socin. d. num. 23. quod si laicus monialem cognoscat, criminis punitio in laico propter sacrilegium ad vtrumque forum pertinet, & præventioni locus est; & quod concubinae clericorum mixti fori sint, tenet Lusitanus Thom. Valasc. secutus alios quos refert, allegat. 34. num. 4. tom. 1. Alij verò distinguuntur



untur inter concubinam clerici manifestam, & occultam, ut manifesta utriusque foro subdita sit, occultam verò laicus iudex punire non possit, ita Anchar. *conf.* 196. *Magnifice, dub. 2. quem refert, & sequitur* Anan. *in rubr. de adulter. numer. 5.* Bermond. *de public. concub. verb. penitus arcere, num. 5. & sequentib. ubi communem dicit, & sequitur* Palat. *in repetit. cap. per vestras d. §. 21. numer. 3.* Aviles *d. cap. 47. verb. O clerigo, numer. 1. & alijs citatis* Salzed. *in addit. ad Bernard. d. cap. 79. verb. Audire divina, versicul. Et non solum.*

Mihi quidem prior opinio indistinctè tenenda videtur, ex ratione illius, quæ est, sacrilegij crimen, quod tam manifestam, quam non manifestam clerici concubinam ligat, & utriusque foro subdit; intelligendo de non manifesto, quod tamen occultum ita non est, ut de illo inquiri non possit, nec judicialiter cognosci; quia latentia peccata non habent vindictam, ut dicitur *in cap. Christiana 32. quest. 5. quem tex. citavit* Anch. *& eum secutus* Anan. & Bermond. qui etiam adducunt illud quod de Constantino Imperatore legitur, quem, fertur, dixisse, quòd si proprijs oculis videret, sacerdotem Dei peccantem, chlamide sua cooperiret eum, ne ab aliquo videretur; quod de occultè peccante intelligitur, ut non occultè verba illa ostendunt, *ne ab aliquo videretur, cap. in scripturis, 96. dist. vbi hoc habetur; per quod datur intelligi, Anch. cum dicit, occultam clerici concubinam per secularem iudicem puniri non posse, ne inde sequatur, clericum ipsum diffamari, unde alia mala pullulant, de illa sensisse, contra quam nec ecclesiasticus iudex procedere debeat, eandem ob causam. Iuxta quæ nulla videtur constituenda differentia inter manifestam, & occultam clerici concubinam ad utrumque forum. Quam sanè lex nostra non constituit* *libr. 5. titul. 30. vbi, quasi priorem opinionè de qua sup. secuta, clerici concubinam non facta distinctione inter manifestam, ac non manifestam, per seculares iudices puniri præcipit pœnis de quibus ibi; quinimò, si lex bene attendatur, manifestè de non manifesta etiam loquitur ibi.*

16 De incestu clerici sequens se offert disputatio; qui quidem incestuosus coitus, de testabilis est, etiam in laicis, multis de causis, ut videre est apud D. Thom. *2. 2. quest. 154. articul. nono in corpore, vbi triplicem assignat rationem, præter quartam ex philosopho 2. politic. adductam, propter quas incestus specialiter est prohibitus, ut determinata luxuriæ species; & varijs utroque jure plectitur pœnis, de quibus fusè agit* Bermond. *de*

*public. concubinar. rubr. de incestu, ex num. 6. cum sequentib. Paul. Grilland. de pan. omnifar. coit. illicit. quest. 2. cum trib. sequentib. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 6. §. 8. ex numer. 2. cum sequentib. Bernard. in practic. criminal. cap. 84. num. 2. & ejus Additionator ibid. verb. deponatur, Clar. in §. incestus, num. 1. versicul. Sed quero, Farinac. in praxi criminal. 4. tom. titul. de delict. carnis quest. 149. vbi de incestu latissimè per eum in tota illa quest. Committitur autem cum cõsanguineis, & affinibus intra gradus prohibitos, & hoc Cæsareo, & Pontificio jure.*

17 Sed Pontificio etiam spiritualis cognatio reperitur, quam jus civile non cognovit. Unde tradit Bermond. & ut singulare notandum monet *d. rubr. num. 32.* quòd pœnæ jure civili impositæ huic incestus crimini, non habent locum in illa incestus specie quam jus canonicum introduxit, sed solummodò in incestu quem jus civile cognovit, quam pœnalis constitutio non est extendenda. Sed hoc inter Doctores controversum est, ut videre est apud Bernard. *d. cap. 84. numer. 3. & citatos a* Salzed. *in addit. ad eum ibid. verb. a jure canonico, Clar. d. §. incestus, numer. 3. vbi communes contrarias refert, hanc tamen ut mitiorem, & benigniorem sequitur, quam & in puncto juris veriore credit; & quod negari non possit, quin ista sit magis communiter recepta, dixit* Farin. *d. quest. 149. num. 120. post plurimos citatos in duob. numer. precedentibus, hanc, & illam communem dicentes; secundum quam, quia punitio incestus, quando inter laicos res agitur, pertinet ad secularem iudicem, & non ad ecclesiasticum, ut pereundem Bermond. d. rubric. num. 33. sequitur, quòd si laicus spiritualem filiam cognovit, aut matrem ejus, eam, inquam, aut matrem ejus, quam de sacro fonte levavit, vel tenuit ad sacramentum confirmationis, quo spiritualis etiam cognatio contrahitur* *cap. final. de cognat. spiritual. libr. 6. Concil. Trident. sess. 24. cap. 2. in fin. de reformat. matrim. civilibus incestus pœnis plectendus non erit; atque ita pro tam gravi crimine impunitus manebit apud secularem iudicem. Quod tamen accipiendum sic censeo, ut lex loquens in eo qui filiam suam cognovit, non intelligatur de eo qui spiritualem filiam cognovit; arbitrio tamen iudicis erit hic puniendus, vel secundum Canonicas sanctiones etiam in seculari foro, pro crimine incestus, quod omnijure punibile est. Et sic utraque sententia ad concordiam reduci potest.*

18 Quod verò attinet ad clericos sacerdotes, non solum cognationem hanc spiritu-

alis



alis filiationis contrahunt cum ijs quas baptizant, & parentibus earum, aut de fonte sacro fulcipiunt, aut tenent ad confirmationem, quod laicis æquè commune est, sed cum ijs etiam quas audiunt in pœnitentiario foro, nam & hæc spirituales etiam eorum filia sunt, æquè ut in baptisate susceptæ; sic enim dicitur in *cap. omnes quos 30. quest. 1. tradit Bermond. d. rubric. de incestu numer. 3. & 23. Farinac. in praxi criminal. 4. tom. titul. de delict. carn. quest. 137. num. 27. & quest. 149. numer. 53. novissimè illustrissim. dom. Roderic. à Cunha Episcopus Portulagrensis super Bulla de confessarijs sollicitantib. mulieres in confessione, quest. ultim. num. 2. ubi alios citat.* Contrariam verò sententiam, sacerdotem, scilicet, crimen incestus non committere cum ea quam de confessione audit, cum *Sot. in 4. dist. 42. quest. 1. art. 2. tenet Azor. instit. moral. 3. part. libr. 3. cap. 9. quest. 5. camque intrepidè, & constanter tenet Petr. de Ledesma in summ. 2. part. tract. 27. cap. 13. conclus. 4. versicul. A esta difficultad, ubi ait, quod hanc docent, & docere debent Doctores omnes, & movetur, quia nulla spiritualis cognatio, secundum eum, ex sacramento confessionis jure introducta est, sicut ex sacramento baptismatis; in quo Vir doctus loquutus est contra tex. expressum in d. cap. omnes quos, ubi, quod attinet induendam spiritualem filiationem, hoc & illud sacramentum æquiparantur: *Omnes quos, inquit, in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, ut & ipsi quos, vel nobis suscipientibus, vel sub trina mersionis vocabulo vnda sacri baptismatis regeneravit; & paulò post, Omnes quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, ut in baptisate suscepti.* Quod tamen accipimus sic est, ut spiritualis ista filiatio non ita perpetua sit, ut illa quæ oritur ex sacramento baptismi, & chrismatis, quæ manet in perpetuum; quæ manet in perpetuum; quæ verò causatur ex pœnitentiæ sacramento; mutatione loci, seu personæ extinguitur, ita ut, si alium mulier eligat, cui confiteatur, priore de relicto, spiritualis filiatio cum illo contracta extinguitur unde, si prior sacerdos cum illa deinceps fornicetur, non dicetur coite cum filia spirituali.*

19 Quamvis autem grave peccatum sit, cum filia spirituali ex hac aut illa causa suscepta coire, propter quod sacerdos dignitate, officio, & beneficio privatur, & post duodecim annorum peregrinationem in monasterium perpetuò detruditur, *ut in d. cap. omnes, cum duob. sequentib. 30. quest. 1. gravius tamè, & de testabilius multò est, in ipso confessionis actu pœnitentialis filiam suam ad rem veneram sollicitare, propter injuriam sacramento*

irrogatam; ex quo non videtur de illo recè sentire, & ut de hæresi suspecto Inquisitores Apostolici de eo apud nos inquirunt, & contra culpabiles procedunt, ac puniunt, prout res exigit, ex Apostolica commissione Pauli V. Ecclesiam nunc feliciter regentis, Bulla ad id nuper specialiter emissa, cui similis in Regno Castellæ jam antea erat; quam varijs exornat quæstionibus reverendissim. Portulagrenf. Lusitaniæ nostræ vir literis, & morum probitate, ac sanguinis etiam splendore perspicuus; inter quas, vna est de sollicitantibus paulo ante, vel statim post confessionem, quam quinto loco subjecit; & ad hos etiam Pontificiam illam constitutionem pertinere, probat secutus alios quos retulit *ibid. d. quest. 5. numer. 6.* Quam sanè sententiam in parte, ante, intelligo de confessario ad audiendas confessiones parato, & mulierem ejus rei gratia ad eum accedentem, ante inchoatum pœnitentiale judicium ad rem veneram instigantem; hic enim incidit in bullam, quia sacramento, ejus administrandi causa sedet, æquè abutitur ac ille, qui mulierem sollicitat postquam illam audire cæpit; quod si non sedens, nec paratus ad audiendas confessiones inventam mulierem sollicitat, & illa rem turpem detrectans, cum pro sacra confessione roget, quavis illam ita rogatus statim, & in continenti audjat, constitutione Pontificia non tenebitur eò quòd paulò ante sollicitasset; quia nec susceptam ad confessionem sollicitavit, nec suscipiendi animo, nec sacramento abutens, cui tunc, non intendebat; atque ideo suspectus censeri non debet de eo, quod non cogitabat, cum mulierem sollicitabat, & cessant verba, & mens Pontificis. In altera verò parte, quæ spectat ad sollicitationem post peractum pœnitentiale judicium, intelligenda est sententia prædicta de sollicitatione post confessionis actum absolutum in continenti adhibita; huc enim tendunt quæ pro ea Dom. Cunha adducit; alioquin, si post absolutam mulierem confessarius ad extraneum alium actum divertit, quanvis eam statim post sollicitet, in continenti sollicitasse, non dicetur; & per consequens constitutione de sollicitantibus mulieres in confessione non comprehenditur, quia confessionis actus, tunc, cum turpis sollicitatio obrepserit, jam non erat verè, nec interpretativè; solum què in his terminis confessarius incestus crimen cum filia spirituali attentasse, videbitur; quod ad Inquisitorum tribunal non pertinet, *ut cum Navarr. cons. 2. de heretic. & alijs tradit idem Author d. quest. 5. num. 14.*

20 Quia verò clericus propter incestum ab ordinibus perpetuò deponitur, *ut tradit Grilland.*



Grilland. *tract. de pen. omnifar. coit. quest. 3. num. 3.* Covar. *de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 8. numer. 3.* & ex communi Clar. in §. incestus, numer. 1. *versic. Sed quaro, Farinac. d. quest. 149. num. 24. & numer. 53. & sequentib.* vbi de incestu cum filia spirituali, & commatre, multò magis propter adulterium eandem perpetuæ depositionis pœnam sustinere debet, quia gravius est crimen; quod omnibus peccatis esse gravius, dicit *text. in cap. quid in omnibus 32. quest. 7.* quod ad detestationem criminis dictum est, vt explicat *glos. 1. ibi;* deteriora enim alia, & peiora multò sunt; & cum matre concumbere, peius est, quàm cū aliena vxore, vt dicit *text. in cap. adulterij malum 32. quest. 7.* satis tamen malum, & turpe est adulterij crimen, illo enim matrimonium fœdatur, quod est res sancta, & sanctè tractandum, vt dicitur Concil. Trident. *sess. 24. cap. 10. in fin. de reformat. matrim.* atrox injuria marito infertur, filij quoque, & parentes adulteræ, ac etiam consanguinei illius graviter injuriuntur, & denique, sacramentum hoc magnum est, *secundum Apostol. ad Ephes. 5.* quod adulterio violatur, vt tradit Bermond. *de public. concubinar. rubric. de adulter. nu. 23.* & sacrilegij crimen adulterio committi, dicit *ibid. numer. 25. probat. l. quavis 2. in fin. C. ad leg. Jul. de adulter.* vbi adulteri, sacrilegi nuptiarum appellantur. Ex quo ad vtrumque forum ejus cognitio pertinet, vt per Bermond. *d. numer. 23. Salzed. in addit. ad Bernard. in practic. cap. 85. verb. detruditur, versicul. Puniri;* & sacrilegij pœnam esse adulterijs indicendam, tradit *ibid. verb. gravitatem, ex Contrat. ab eo relato in Arrest. Tholol. anno 85.* vbi de gravitate delicti, ejusque pœnis per vtrumque agitur, per Authorem, in quam, & Additionatorem.

21 Inter quas pœnas, in clerico depositionis pœna est cum perpetua in monasterio claustra, vt in *cap. si quis clericus 81. dist. communem dicit Bermond. d. rubr. num. 25. & sequenti,* vbi, etsi rigurosam appellet, ab ea tamen in iudicando, & consulendo non fore recedendum, hortatur, quia communis est, communem etiam tradit Bernard. *d. cap. 85. num. 2. & pluribus citatis Additionator ad eum ibid. verb. detruditur, Clar. in §. adulterium, numer. 7. versic. Clericus autem,* & Canonitarum communem, à qua in iudicando non sit recedendum, fatetur Grillandin. *d. tract. quest. 2. num. 3. versicul. Et licet ista, tamen ibi,* contrariam de jure veriore esse, censeat dubius tamen, & magis æquam, & probabilem dicat, de quo latius per eundem *quest. 6. ex num. 1. cum sequentib.* vbi contra communem latè contendit, & tandem num. 11. *quanvis*

nimis rigurosam appellet, scripsit, tutius esse, in consulendo, & iudicando eam tenere; quã ex pluribus, quos refert, communem tradit Farinac. *d. titul. de delict. carn. quest. 141. num. 29.* Abb. *verò in cap. vt clericorum, num. 8. de vit. & honestat. clericor. communem securè tenet,* nec quidem rigurosam reputat pœnam depositionis in clerico propter adulterium, citans *text. in cap. cum non ab homine, de judic. subdit enim, & nimirum, cum laicus veniat decapitandus l. quanvis C. de adulter.*

22 Clerico autem in adulterio deprehensio occiso à marito, aut patre, excommunicationis pœna de qua in *cap. si quis suadente 17. quest. 4.* non incurritur, tradit Bermond. *d. rubr. de adulter. numer. 19.* Gom *communem dicens l. 80. Taur. num. 55. Clar. in §. homicidium, num. 48. & sequenti;* de quo est *text. in cap. 3. versic. Nec ille, de sentent. excommunicat.* vbi dicitur, quòd non est compellendus ad sedem Apostolicam venire, qui in clericum cum vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum manus iniecerit violentas; vbi *gloss. verb. cum vxore,* idem tenet, si cum sponsa de præfenti fuerit inventus; atque ita contrarium sentit in ea quæ de futuro est; quam *gloss. ab omnibus approbatam dicit Covar. de sponsalib. 1. part. cap. 1. num. 12.* Subdit tamen, quòd ratione injuriæ quæ sponso infertur, exculari debeat, & satis fit, ab Episcopo absolui, & eum secutus idem tenet Clar. *d. §. homicidium n. 49. versic. Quod tamen.*

23 Adeò autem clerici in sacris constituti cum qualibet muliere coitus jure damnatus, & odibilis est, vt non solùm in propria, sed etiam in filiorum persona, si qui ex tali coitu nascantur, punibilis sit; spurij enim dicuntur, *cap. ad abolendam, de filiis presbyteror. tradit Bermond. de public. concubin. verb. qui etiam filios num. 1. Marquard. de calibat. sacerdot. non abrogand. 3. part. cap. 4. num. 2. Ludovic. de sardis tract. de naturalib. liber. ac success. eor. 2. part. §. de spuriorum appellatione nu. 2. Ioan. Baptist. Caccialup. in repet. l. si qua illustris, numer. 1. C. ad senat. cons. Orficiam.* Quanvis enim patrem certum habeant, & secundum verb. etymologiam traditam à Iustinian. in §. si adversus, *versicul. Nam nec hi, instit. de nupt. spurij dicantur, quorum pater incertus est, quasi sine patre filij, ad eandem tamen etymologiam pertinet presbyteri spurij; perinde est enim patrem certum demonstrare non posse, vel talem habere, quem habere non licet; vnde, & filius istius, spurij appellatur, secundum Modestum. Iuriconsult. in l. vulgò ff. de stat. homin. Aliam ejusdem verbi etymologiam adducit Bermond. loco*



proximè citato, scilicet, à verbo, *spurcicia*, quod significat immundiciam, vnde, *spuriè*, adverbium, id est, turpiter, atque immundè; cui concinit Cagnol. *l. si qua illustris num. 2. C. ad Orfician.* vbi inquit, quòd potest etiam dici spurius, quasi sporcus, à verbo *spurcare*, quod significat fædare, & inquinare *l. si servus servum §. cum eoff. ad leg. Aquil. Et aliam adducit Bermond. loco citato ex Plutarch. in problematib. quam etiam refert Caccialup. d. l. si qua illustris, numer. 2. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 5, num. 1. in princ. post alios Pichard. in princ. instit. de heredit. que ab intestat. deferunt. §. 7. num. 7. & probat Gregor. Tholosan. in Syntag. libr. 10. cap. 3. num. 18. ut scilicet, spurius dicatur à duabus primis literis S. P. quasi filius sine patre; pro ut mortis erat Romanis, nomina scribere; qua significatione etiam legitimis liberis patre orbatis verbum istud convenit; & hanc illius originem ex eodem Plutarch. explicat Palæot & ex Cicerone, Livio, & alijs comprobat, tract. de noth. & spur. cap. 18. num. 3. & sequenti. Alias ejusdem verbi etymologias adducit Ioan. de Rojas in epitom. success. cap. 19. num. 2. cum sequenti. Itaque, presbyteri filius, spurius est, quia, etsi patrem certum habet, ejusmodi est, quem habere jure non licet, quia ex reprobato coitu est, atque ideo spurius est, attenda generali spuriorum appellatione; specialis enim ad vulgò quæsitos refertur, qui, inquam de facto certum non habent patrem; & ita duplicem hanc spuriorum appellationem tradit, & explicat Ludovic. de Sardis d. §. de spuriorum appellatione, num. 1. cum duob. sequentib. Palæot. d. tract. de noth. & spur. cap. 10. num. 4. latè Rojas d. cap. 19. ex num. 4. cum sequentib. aliter, non tamen ita bene, sed terminos confundens, duplicem spuriorum speciem declarat Surd. tract. de aliment. titul. 1. quest. 10. num. 30. cum duob. sequentib. Atque ideo, ad presbyterorum filios quocunque coitu suscepti sint, tanquam spuriorum appellatione comprehensos, pertinent omnia quæ de spurijis jure traduntur; de quibus ultra alios, fusè agunt Bermond. d. verb. qui etiam filios, per tot. Marquard. de calibat. d. 3. part. cap. 4. cum trib. sequentib. Ludovic. de Sard. d. §. de spuriorum appellatione, & 3. part. ejusd. tract. §. de successione spuriorum, usque ad fin. tractatus, Caccialup. d. l. si qua illustris a num. 1. & ex num. 68. cum sequentib. usque ad fin. fusissime Palæot. in tract. illo de noth. & spur. præsertim ex cap. 40. cum multis sequentib. fusissime item, & post eos Rojas d. cap. 19. cum sequentib. Imò, natos ex Sacerdote spurijis alijs odiosiores esse, scripsit Surd. d. quest. 10. num. 28. citans Angel. conf. 401. num. 7. Cephal. conf. 401. num. 26. Pa-*

læot. d. tract. cap. 16. num. 16. Sed hoc de religiosorum filijs est intelligendum, qui ex odiorum multo & detestabili coitu producuntur, quam qui ex seculari sacerdote sunt, ut per Palæot. d. num. 16.

24 Illud in filijs presbyterorum peculiare est, ut cum patribus suis habitare non possint, ut tradit Bermond. de public. concubinat. verb. apud patres suos, vbi scripsit, gravissimâ hâc esse pœnam patrum presbyterorum, quod cohabitatio suorum filiorum eis interdicitur; videtur tamen, quòd hoc non tam pœna causa, quam causa, & favore honestatis inductum fuisset, quia spuriorum cum patre presbytero cohabitatio generat scandalum in clero, & præbet malum exemplum in populo, ut scripsit idem Bermond. loco citato; est enim spurius paternæ turpitudinis assiduus testis, ob quam causam, dicunt Theologi, parvulum illum, quem ex adulterio suscepit David, immatura morte sublatum fuisse, Deo sic præordinante, ad auferendum subditorum scandalum in præminentem Regis personam.

25 Quanvis autem clericorum filijs, cum patribus non permittatur, à parentibus tamen alendi sunt, si aliunde non habeant, vnde alantur, sicut spurij alij à patribus suis aluntur, juxta text. cap. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulter. cum receptissima per eum sententia; in tantum, ut & redditibus præbendarum ali debeant, secundum Abb. in cap. 1. num. 4. in fin. de cohabit. clericor. & mulier. vbi pro ratione subdit, quòd licet clericus malè fecerit, ex quo sunt geniti, non sunt perdendi, sed eis tanquam pauperibus est subveniendum, & allegat text. in d. cap. cum haberet, sequitur Surd. de aliment. titul. 1. quest. 10. num. 29. Idem tradens circa dotem spurie sacerdotis, cum sup. in repetit. cap. per vestras 3. notab. §. 23. num. 13. & Duenh. reg. 367. num. 3. ampliat. 3. in fin. relatis ab eo; hoc tamen intelligendum est, quando alia bona patrimonialia ad filios alendos clericus non habeat, & in his terminis loquitur Bermond. d. verb. qui etiam filios, num. 54. versicul. Ampliate, & num. sequenti, vbi dicit quòd ab hac sententia in iudicando, & consulendo, non recederet, & pro ea refert Anton. de Butr. Panorm. Dec. & Nicol. de Vbald. in locis ab eo citatis.

26 Apparet, itaque, ex supradictis, presbyterorum filios, ex quocunque coitu suscipiantur, ex damnato & punibili coitu oriri, nam & fornicatio eorum cum soluta simplici punibilis est saltem extraordinaria pœna ad iudicis arbitrium, juxta Abb. sententiam in cap. at si clerici, num. 36. de iudic. cum communi, de qua sup. & quia sacrilegij crimen secum involvit,



ARTIC. XII.

De publicis Ministris.

**1** **Q**ui alijs munere publico præsunt, moratos esse, oportet, ex officio enim suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene vivendi se noverint assecutos, ut aliàs dicitur in *cap. 1. in fin. 40. dist.* præcipuèquè à mulieribus illos muneris sui causa convenientibus abstinere debent, ne, dum ad eos, quasi ad populi pastores vadunt, lupos rapaces inveniant, & inde nascatur injuria, unde jura nasci oportuerat. Unde, Ioann. Andr. in *cap. quorundam, de elect. lib. 6. in novell. quem refert Aviles in cap. prator. cap. 47. verb. manceba publica, num. 5.* dicit, quod non solum prætoris manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculi à libidinoso aspectu continentur esse debent. Quare, officiales cum sæminis sibi subditis, seu coram illis muneris causa comparentibus coeuntes severè leges puniunt: & pæna privationis muneris, atque in habilitatis ad alia deinceps obtinenda, ex constitutione Nicolai 6. eos puniri, tradit Bajard. in *addit. ad Clar. in §. fornicatio, versic. Item in officiali, num. 5. quem refert Farin. in praxi 4. part. titul. de delict. carn. quest. 137. numer. 39.* Cui concinit *ord. nostra libr. 5. titul. 20.* quæ talibus pænam privationis officij imponit cum annali exilio. Loquitur vero in officiali carnaliter cognoscente mulierem apud eum agentem; & sic non satis est, ut legi locus sit, mulierem esse, de jurisdictione illius, sed apud eum agere, necesse est; si enim nec agat, nec conveniatur coram eo, cognoscens illam non incidit in legem.

**2** Iuxta quod accipiendus est *text. in l. final. ff. de concubin.* ubi habetur, quod concubinam ex ea provincia in qua quis aliquid administrat, habere potest; per quem *tex* dixit Paris de Put. *tract. de syndicat. verb. adulterium, fol. 43. num. 8.* quod officialis potest habere concubinam in civitate quam regit; monet tamen judicem Aviles *d. numer. 5.* ut eam non habeat, & ab hoc peccato recedat, adducens illud Ioan. Andr. *de quo sup. & quod scripsit Bald. in l. 2. §. & cum placuisset. ff. de origin. jur. ubi per text. ibi notavit,* quod amor puellarum subvertit, rectum iudicium. Sed de hoc potiore aliam auctoritatem, & metuendum cunctis exemplum, præcipuèquè magistratibus omnibus ante oculos habendum, in Salomone Rege habemus *3. Regum cap. 11. Tex. itaque, in d. l. final. si juxta prædictos terminos accipiatur, jure nostro correctum non dicimus.*

3 Pro-

luit, quod mixti fori est, in muliere quoque fornicaria, punibilis est apud vtrumque iudicem, ut etiam *sup. traditum extat;* satis est autem, coitum extraordinaria pæna punibilem esse, ut damnatur, & punibilis dicatur, ut explicat Palæot *de noth. & spur. d. cap. 16. nu. 5. & 10,* atque alijs citatis tradit Valasc. *conf. 29. num. 10. tom. 1.* & apud nos est *lex Regia lib. 4. titul. 93.* quæ, clerici filios, ex damnato, seu punibili coitu esse, declarat, ad casum de quo ibi, qui est de reciproca fratrum veterinorum successione, & quod cognatis alijs ex linea materna succedere possint; non tamen parentibus, nec è contra parentes illis, ut circa filium sacerdotis ex soluta susceptum, etiam quæ concubina non erat, quod matri succedere non possit tanquam ex punibili coitu procreatus, apud nos iudicatum fuisse, refert Gam. *decis. 136. num. 2. & sequenti;* idquè tam attento Cæsaro jure, quam Regio Castellæ, constanter probat Covar. *de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 17. contra Gregor. l. 3. titul. 21. part. 4. in gloss. final. ubi contrariam sententiam, & civium, & Hispano jure latè defendit, quam, & alij tenuerunt;* contra quostamen est communis Hispanorum resolutio teste Mena *in addit. ad Gam. d. decis. 136. & alijs citatis probat Rojas in epitom. succession. cap. 27. anum. 2. cum sequentib.*

ARTIC. DUODECIMI.

SUMMARI A.

- 1** **P**ublicos ministros, honestos esse convenit, & maxime erga mulieres coram illis muneris sui causa comparentes, & contrarium facientes severè leges puniunt. Et intelligitur *ord. lib. 5. titul. 20. & l. final. ff. de concub. num. 2.*
- 3** Ampliatur *ord. Regia d. titul. 20. quatenus pæna privationis muneris, & exilij temporis punit officialem qui mulierem muneris causa coram eo agentem carnaliter cognoscit, ut procedat etiam in illo qui volentem, & se offerentem cognoscit.*
- 4** Ampliatur secundo, ut procedat etiam si mulier ab officiali cognita, talis sit quæ alijs se præbere conueverit.
- 5** De custode carceris mulierem carceratam cognoscente, & de tutore cognoscente pupillam. Intelligitur *text. in l. vnic. C. si quis eam cujus tutor fuer. ibid. versicul. Tex. tamen,*



3 Procedit autem *leg. nostra dispositio d. tit. 20.* etiam in officiali mulierem sponte volentē cognoscente, id est, non seductam, neque inductam; quanvis Boer. *decis. 317. incipit, Et primo, nu. 15. & sequenti* distinguat inter cognoscentem mulierem sponte volentem, & ad id inductam promissione sententiæ pro ea ferendæ, vt primo casu impunè iudex agat, in secundo privatione muneris puniatur; quam distinctionem ord. nostra non admittit, tam quia verba ejus generalia sunt, & vtrumque casum æquè comprehendunt, quam quia loquitur etiam in officialibus iudicandi munus non habentibus, putà, in avvocato, & alijs de quibus ibi; atque ita videtur, quòd legis ratio non cōsistit in illata mulieri injuria sub iniqua promissione, quam considerat Boer. sed potius in ipsa exequendi muneris rectitudine, quam lex de eo non confidit, qui mulierem coram se muneris sui causa comparentem carnaliter cognoscit; etenim amicitia duplex est, honesta, scilicet, & in honesta, & vtraque, à testimonio testem, & multò magis iudicem à iudicando repellere, sufficiens est, vt ex Bald. qui in teste loquitur in *l. affectionis gratia ff. de donat. tradit Boer. num. 15.* Denique, certum est, quòd iudex in munus suum delinquit vtendo rebus litigantis coram se tametsi ab eo sponte sibi oblati; cur ergo non dicemus, delinquere eum abutendo persona mulieris coram se litigantis, tametsi ab ea illi sponte ad id oblata.

4 Ex qua ratione infertur secunda ampliatio ad *leg. Regiam*, vt procedat quanvis mulier ab officiali cognita, honesta aliàs non esset, sed quæ alijs se præbere consueverit; nam & in hac specie, in qua contrarium post multa per eum adducta probat Boer. *d. decis. 37. num. 14.* militat superior ratio de rectitudine in exequendo munere; & verba etiam ord. quia generalia sunt, hunc quoque casum comprehendunt. Et sanè, in iudice saltem tenendum ita videtur propter muneris superioritatem, & maius damnum in surgens ex iniqua illius administratione, quod lex potissimum præcavere intendit.

5 Unde, in quæstione de meretrice carcerata à carceris custode voluntate illius cognita, à pæna leges excusandus ille erit, secundū sententiam, quam contra Parid. de Put. *tract. de syndicat. verb. Adulterium, num. 5. versicul. Tamen ego*, multis probat, communem dicens Boer loco citato ex *num. 7. cum sequentib.* Est autem pæna custodis carceris dormientis cum muliere carcerata, vltimum supplicium apud nos, per *leg. Regiam lib. 1. titul. 33. §. 4.* Quā pænam in casu isto, consuetudinariam esse, tradit Fab. in *§. item lex Julia de adulterijs, n.*

*penult. instit. de public. iudic.* & eam probat argumento ejus, quod tradit *gloss. final. ibi in tutore pupillam sibi commendatam stuprante, per l. vnic. C. si quis eam cuius tutor fuer. cor. ruper. vbi Cyn. notavit per text. ibi*, quod, ab eo cui plura committuntur, plura exiguntur, cui simile est quod ad D. Matth. *Evangelium cap. 25.* eleganter observavit Doctor optimus, *Ecclesiæ sanctæ lumen, beatus Gregor. divina legis amator, homilia 9. in Evangel. vbi cum, inquit, augentur dona, rationes etiam crescunt donorum.* Text. tamen in *d. l. vnic. tutorem mortis supplicio non punit, sed deportationis pæna, cum bonorum publicatione.* Et quanvis loquatur in tutore qui pupillam quondam suam corrupit, non inde inferendum est ad vltimi supplicij pænam in tutore, qui eam stupravit, cuius tunc tutor erat, quia legum pænae interpretatione potius molliendæ sunt, quàm exasperandæ. *l. interpretatione ff. de pen. & ideo text. ille communiter intelligitur etiam in tutore pupillam stuprante non cum finita tutela, secundum Gom. l. Taur. 80. num. 24. Clar. in §. fornicatio, num. 23. & pluribus citatis tradit Farinac. in praxi 4. part. titul. de delict. carn. quest. 147. num. 16. idque verius, & communius esse, tradit Boer. d. decis. 317. num. 4. in fin. qui numer. 1. ibi ex alio non probat argumentationem de tutore ad commentariensem, captam mulierem cognoscentem, & tandem num. 15. probat, eum, sicut & iudicem, non teneri, quando sponte volentem, nec quovis modo conquerentem cognovit, quia volenti, & contententi non fit injuria. Quæ ratio in casu isto non est concludens, quia in eo leges non intendunt punire mulieris injuriam, sed pravum officialis vltum, seu ab vltu muneris sui.*

Negari tamen non potest, quòd vltimi supplicij pæna pro delicto hoc, quando mulier per vim non cognoscitur, rigurosa nimis est; idque Legislatores nostri in constitutione illius planè sentierunt, dum, ejus, executionem fieri lege ipsa non permittitur, antequàm Rex certior fiat, quasi supra legem est, legalis pænae duritiem arbitrio suo téperare queat pro calus eventu, ejusque circumstantia.

## ARTICULI XIII.

## SUMMARIA.

I **C**rimina nobilium, & illustrium personarum, graviora reputantur, quam si ab alijs eadem perpetrentur; & per contrarium, talium personarum virtus præclarior



- est, & fructuosior propter bonum exemplum.
- 2 Castitatis virtus, Regia, est, & magis desideratur in sublimibus personis, quam in alijs.  
Papa dispensante cum genito ex conjugato, qui Comes erat, aut Princeps aliquis, no facta de hoc mentione, an teneat dispensatio. Ibid. versic. Nostri vero.  
Imperatores potestatem legitimandi spurios concedentes, communiter excipiunt filios Principum, & nobilium personarum, d. nu. 2. versic. Addit verò.
- 3 In maioribus, & nobilibus feminis maior requiritur castitatis observatio.  
Moveitur difficultas ex ratione scripta ab Imperat. in l. si qua illustris C. ad Orfician. ad decisionem de qua ibi. Ibid. versic. Qua sanè. Respondetur nu. 5.
- 4 Cum communi traditur, spurios, quando ex punibili coitu suscepti non sunt, materna successione capaces esse, & una cum legitimis, matribus succedere.  
Et Mater eos instituere in legitima tenetur, alias sine causa exheredati, aut prateriti, per in officiosi testamenti querelam testamentum rumpere possunt. Ibid. versic. Et adeò.
- 5 Ius de successione spuriorum in hereditate materna limitatum est ab Imperat. in l. si qua illustris. C. ad Orfician. quando mater illustris est cui liberi legitimi supersunt.
- 6 An spurij ex coitu non punibili suscepti illustri matri cui soboles legitima supersunt, succedant, quando proles ipsa legitima matris haeres non est, vel quia novit, vel quia sine exheredata est. Negativè resolvitur in versic. Hac tamen. Spurios matris illustris cui legitimi liberi non supersunt, ex coitu non punibili susceptus, haeres ejus est secundum jus antiquum, quòd in casu isto correctum non est. d. num. 6. versic. Qua item ratione.
- 7 Ampliatur constitutio d. l. si qua illustris, in muliere qua propter viri nobilitatem illustris effecta est, & illo praefuncto cum legitima sobole, postea facta vidua spurium edidit, qui cum legitimis non succedet matri.
- 8 Contrarium traditur in plebeia muliere qua antequam illustri viro nupsisset spurium genuit; qui cum legitimis susceptis ex nobili viro cui postea nupta est, matri succedet.
- 9 Si plebeia ex marito ejusdem conditionis liberos suscepit, & illo praefuncto nobili copulata est, & postea vidua denuo facta spurium genuit, is enim legitimis prioris iori quamvis ex plebeio patre, & plebeia matre susceptis communi matri non succedet.
- 10 Ampliatur rursus d. l. si qua illustris, in successione maternorum avorum, quibus spurius matris illustris praefuncta non succedet extantibus filijs legitimis ejusdem matris.
- 11 Si matris illustris suboles legitima non extabat, spurius illius maternis avis succedet una cum legitimis illorum liberis, sive ex illis, sive ex alio filio, filiarè alia procreatis.
- 12 Contrarium traditur in casu quo mater filios legitimos reliquit, & spurium tempore mortis suae, & matris legitimi non extabant a vi-  
ta mortis tempore.
- 13 Declaratur, quando alia legitima avorū proles extabat, si enim nulla extabat, succedet spurius avis in casu praedicto.
- 14 Et an nepos spurius illustris matris filius, maternis avis qui illustres non sunt, una cum legitimis succedat, tres casus distinguuntur.
- 15 Ius successione intestata mutuum, & reciprocum est; & ideo mater illustris cui legitimi liberi supersunt, spurio suo praefuncto non succedit.
- 16 Succedit verò si tempore quo spurius moritur careat legitima sobole, quamvis postea ei nascatur, etià ante aditam spurij hereditatem. Et declaratur, quando extranei haereditatis capacitas tempore adita hereditatis requiratur.
- 17 Inter spurium, & collaterales ex parte patris nulla datur successio ab intestato, quia nullū inter eos agnationis jus est. Datur verò inter eum, & collaterales ex parte matris, quando ex coitu non punibili susceptus est, secundum receptas traditiones.
- 18 Amceps proponitur quaestio de successione inter spurium ex punibili coitu susceptum, & transversales ex latere materno, & contraria in illa referuntur opiniones, & numer. sequenti.
- 19 Communis opinio affirmativa est, & jure Regio Lusitano approbata; & pro ea expenditur l. si spurius in 2. part. ff. vnde cognat.
- 20 Secundum communem sententiam, inter spurium qui matri succedere nequit quia illustris est, & legitimam sobolem, & collaterales ex parte illius reciproca datur successio ab intestato. Idem traditur, etsi matri nequeat succedere quia ex punibili coitu susceptus eum; & differentia ratio assignatur inter collaterales maternos, & paternos.
- 21 Inter spurium, & collaterales ex parte patris testamentaria successio licita est, & etià donatio, sicut inter extraneos.
- 22 Nepos spurius ab avis paternis institui potest, etsi ex punibili coitu susceptus sit; & traditur, quòd appellatione parentum in materia



- penali primi tantum intelliguntur, non ultiores ascendentes, ad intellectum text. in Auth. quib. mod. natural. efficiunt sui §. final. collat. 7.
- 23 *Nepos legitimus ex filio spurio ab intestato avo paterno succedere non potest.*
- 24 *Ex communi sententia traditur, nepotem legitimum ex filio spurio institui posse ab avo paterno tribus concurrentibus. Idem traditur circa nepotem illegitimum ex filio spurio.*
- 25 *Naturalis filius matris illustris succedit illi una cum legitima ejusdem sobole, per inde ac si illustris non esset.*
- 26 *Quaritur, appellatione filij naturalis, ut matri illustri succedat una cum legitima sobole, quis intelligatur, & Cagnoli opinio refertur, intelligentis de illo qui ex concubina suscipitur.*
- 27 *Traditur, concubinario coitu, quamvis jure civili punibilis non sit, castitatem tamen offendi, etiam ejusdem juris constitutione inspecta.*
- 28 *Probat, filium illustris femina ex fornicario coitu susceptum, qui meretricius non sit, una cum legitima sobole matri succedere, intellectu text. in l. si qua illustris, in 1. & 2. part. C. ad Offician.*
- 29 *A signatur differentia ratio inter priorem, & posteriorem partem text. d. l. si qua illustris.*
- 30 *Agitur de ord. Regia libr. 4. titul. 92. secundum quam naturalis filius plebei illi succedit cum legitimis, filius vero nobilis a patris successione excluditur; & traditur, legem Regiam in materna successione locum non habere, ad quam naturalis filius admittitur, & si mater nobilis sit, & illustris, juxta juris civilis constitutionem.*
- 31 *Illustres persona que dicantur, traditur, & que illustris mulier, ad casum d. l. si qua illustris.*
- 32 *Que nobilitas in patre requiratur secundum jus Regium, ad excludendum filium naturalem a successione illius; ad quod referuntur, & explicantur verba legis d. titul. 92. §. 1. Presumitur unusquisque plebeius, & non nobilis, quando contrarium non edocetur. Ibid. versicul. Unusquisque.*
- 33 *Jure communi noviore naturales filij patri ab intestato succedunt in duabus uncias quando legitima proles non extat, nec uxor; antiquo vero jure a paterna successione prorsus repellantur.*
- 34 *Jure nostro Regio nec in duas illas uncias filius naturalis patris nobilis illi succedit, quamvis legitima proles non adsit, nec conjux legitima. Plebei vero filij naturales favorabiles sunt jure nostro, quam communi, ad paternam successione.*
- 35 *Plebei filius naturalis etiam cujus pater deas simul habebat concubinas, illi succedit, ex ord. lib. 4. titul. 92. in princ. cujus verba declarantur.*
- 36 *Susceptus a plebeio soluto ex propria, aut aliena ancilla, postea liber factus illi succedit perinde ac naturales alij. Idem traditur secundum commune jus, & Regium, in filio libera soluta suscepto ex alieno servo, & non ex proprio.*
- 37 *Notatur circa hoc differentia inter jus Regium nostrum, & Casareum, quia secundum jus nostrum filius ex ancilla susceptus, liber postea factus patri plebeio succedit una cum legitimis, at vero secundum Casareum jus, extantibus legitimis non succedit patri.*
- 38 *Intelligitur text. in princip. instit. de servil. cognition. in versicul. final.*
- 39 *Agitur de validitate legis Regia quatenus naturales, & etiam ex ancilla susceptos, ad patris plebei successione admittit una cum legitimis liberis, & Valasc. judicium refertur iniquam legem arbitrantis, quam alij favorabilem existimant.*
- 40 *Lex Regia defenditur, & probatur, nutritivam peccati non esse, nec divino, aut naturali juri contrariam, qua parte statuit, naturales filios, & etiam ex ancilla susceptos, una cum legitimis plebeio patri succedere, & num. 42.*
- 41 *Explicantur verba text. in l. final. versicul. filij enim, ibi, quia vitium paternum refranandum esse existimaverunt. Cod. de naturalibus liber.*
- 42 *Concluditur, legem Regiam de naturalium successione in bonis plebei patris solo civili juri adversari, quod absque iniquitate fieri potuit.*
- 43 *A signatur ratio ad leg. Regiam cum ratione discriminis quod statuit inter filios plebei, & nobilis, ad paternam successione. Et quod patris nobilitas in filios legitimos transit, sed non in naturales.*
- 44 *Quaritur, an filius plebei ex ancilla susceptus, succedat matri postea manumissa, & cum legitima sobole morienti, & resolvitur, quod non, secundum jus Casareum in hoc a nostro non correctum.*
- 45 *Nepos naturalis, aut legitimus ex filio naturali, an, & quando succedat avo paterno, & jure Regio.*
- 46 *Traditur, in quo jus nostrum a communi deviet, & in quo cum illo conveniat, circa testamentariam naturalium filiorum successione.*



A R T I C. XIII.

De honestate nobilium, ac illustrium personarum.

- 47 Pater legitimos habens liberos de portatione extra legitimam illis debitam liberè potest in extraneos disponere, non verò in filios suos naturales; & cur ita.
- 48 Quod dicitur in filijs naturalibus, extenditur ad nepotes naturales, aut legitimos ex filio naturali natos; & quod appellatione filiorum nepotes intelligantur.
- 49 Naturales filij præteriti contra paternum elogium jure communi nunquam admittuntur. Et quid de jure nostro Regio in patre plebeio.
- 50 Declaratur præcedens resolutio, ut respectu alimentorum non intelligatur; illa enim naturalis filius qui non habet aliunde unde alatur, etiam secundum juris civilis constitutionem petere potest contra paternam voluntatem.
- 51 Pater naturali filio eatenus succedit, secundum omnes, quatenus illi filius.
- 52 Pater quanvis legitimos liberos habeat, aut uxorem, filio naturali sine his decedenti in duas uncias ab intestato succedit. Mulier verò illustris cui legitima proles extat, filio suo spurio sine illa morienti non succedit.
- 53 Nobilis non succedit ab intestato filio suo naturali, de jure nostro Regio, sicut nec filius illi; plebeius verò succedit filio naturali sine liberis morienti.
- 54 Parentes utriusque sexus in pari gradu existentes legitimis liberis equaliter succedunt cum fratribus, aut sororibus utrinque conjunctis, secundum jus Authent.
- 55 Si mater, & pater concurrant in successione filij naturalis, mater in decem uncias succedet, & pater in duas. Et in tutela filij naturalis præfertur mater.
- 56 Et quid de jure nostro Regio circa successionem naturalis filij ad quam mater, & pater concurrunt.
- 57 Inter naturales, & transversales ex latere paterno jus succedendi ab intestato non datur; verò cum transversalibus matris.
- 58 Si unus naturalis alicujus filius moriatur cum fratre utrinque conjuncto, & alio uterino tantum, equaliter illi ambo succedent. Et traditur, quod antiqua agnationis, & cognationis differentia a Iustiniano sublata, etiam hodie durat in illegitimis.
- 59 In questione, an secundum jus Regium quo naturalis filius plebeij patris illi succedit, jus succedendi ab intestato detur inter illum, & collaterales ex parte patris, negativa opinio, ut probabilior defenditur.
- 60 Eadem opinio tenetur in susceptis ex ancilla, secundum communem.

**H**onestè vivere, præceptum juris est quod omnes ligat, arctius verò nobiles, & illustres personas; sicut enim istarum personarum crimina conspicua magis sunt, & deteriora reputantur, quàm si eadem ab alijs inferioris ordinis hominibus perpetrarentur, juxta illud Juvenal. Satyr. 8. *cujus meminit gloss. in cap. 2. § sane, de translat. Episcop. verb. tanquam maiores.*

Omne animi vitium tantò conspectius in se  
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

Cui concinit illud quod ex D. Ioan. Chrysost. habetur in cap. homo Christianus, in fin. ibi. aut propter altitudinem dignitatis, juncta gloss. ibi, 40. distinct. ita per contrarium primorum virtus præstantius elucet, & fructuosius operatur, propter bonum, quo alios ad idem trahit exemplum: in què sensum, D. Ambros. interpretatur illud Sponsæ ad Sponsum in cantic. canticor. cap. 1. *Trabe me post te curremus in odorem unguentorum tuorum*, quasi dicat, si trahis me, post te curram, nec tamen sola curram, sed aliæ simul mecum, ego quidem allecta odore unguentorum tuorum, illæ exemplo meo excitata; ad huc quoque sensum, *Docebo*, inquit Propheta Rex, *viastuas, Psal. 50.* intelligens ut explicat Nicol. de Lyra ibi, & alij cõmuniter, de doctrina exemplo edocta, quæ populi Principes, & Reges maxime decet, & in subditos operosius agit; quod attendens Apostolus, 1. ad Timoth. cap. 2. obsecrationes, & orationes pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt fieri, rogat, & statim subdit, *ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate*, innuens, scilicet, quòd Regum, ac sublimium personarum virtus, per exemplum subditis prædicatur, & ita prædicata illis communicatur.

2 Sed Apostoli verba quatenus virtutem castitatis exprimunt, pressius ad propositum nostrum sunt observanda quasi per ea significare voluisset, castitatis virtutem, regiam esse ac sublimium personarum; in quem sensum non nulli interpretatur illud Davidicū Psalm. 50 *Et spiritu principali confirma me*; quem locū, et si frequentius accipiatur de Spiritu Sancto què sibi postulat Propheta, alij tamen, de spiritu humano intelligi posse, arbitrantur, ut



refert Lusitan. Blas. Viegas super Apocalyps c. 14. commentar. 1. sect. 3. num. final. vbi spiritum per Vatem Regium ibi à Deo postulatū, pro spiritu castitatis, & continentiae interpretatur, qui jure optimo principalis spiritus appellatur, quia dignus est Principe; quasi dicat David; *Cum adulterium perpetravi, Domine, è sublimi regia dignitatis culmine ad infimum, & abjectum quendam ordinem delapsus sum, oblitus me Principem, ac Regem esse; ergo deinceps confirma me spiritu castitatis, quo rursus Regem ac Principem referam.* Hæc ille.

Nostri verò ad civiles etiam moralesque actiones, castitatis virtutem, vt à personis excellentibus magis debitam ac requisitam observare solent; hinc enim tradunt *in cap. fin. de filiis presbyteror.* quod si Papa dispensat cum genito ex conjugato & soluta, & conjugatus erat Comes, Baro, vel Princeps aliquis, non teneat dispensatio si de eo in literis expressa mentio facta non reperitur; quia adulterium, & coitus reprobatus, in principe maius est peccatum, quam in alio *d. cap. homo 40. distinct.* & ideo difficilius in casu isto dispensatio impetraretur; ita refert, & probat Caccialup. *in repetit. l. si qua illustris numer. 68. C. ad senat. cons. Orfician. & cum secutus Cagnol. ibi nu. 25. & 27. in fin.* quod tamè alijs non placet, nec de stylo curiæ servatur secundum eos, vt patris nobilitas, aut dignitas exprimat, vt refert Valasc. *noster cons. 80. nu. 2 tom. 1.* Addit verò Caccialup. quòd Imperatores, qui fuerunt clementissimi in communicando multis potestatem legitimandi spurios, vt videre est in Comitibus Palatinis, communiter tamen semper excipiunt filios Principum, Comitum, Baronum, & nobilium personarum, quia difficultus cum illis dispensatur; quòd scripsit Bart. *in l. ex facto § si quis rogatus 1. numer. 1 ff. ad Trebellian.* subdens pro ratione, quia in nobilibus illam sobolem magis abhorret Imperator. In proposito verò, nobilium appellatione omnes intelligi, qui secundum communem æstimationem nobiles reputantur, tradit Paul. *cons. 107. Quantum ad primum, num. 1. lib. 2.*

3. Sanè illustrium fæminarum præcipuum esse debitum, castitatis observationem, ait Imperator. Iustinian *in d. l. si qua illustris C. ad Orfician. vbi Cyn. leg. hanc bonam vocat, & ad hoc notat, quòd in maioribus, & nobilibus mulieribus maior requiritur castitatis observatio, idem notat Angel. Salye. & Corn. in numer. 1. & Caccialup. in repetition. numer. 68. Hieronym. Cagnol. ibid. numer. 24. Ioan Rojas in epitom. succession. cap. 26. numer. 11. & sequenti, & text. illam ad hoc allegari, dicit Bermond. de pu-*

*blic. concubinar. verb. qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, numer. 75. in princ.* Ex quo sancivit ibi Imperat. spurios illustrium fæminarum, legitimis earundem liberis existentibus, nihil ab illis capere posse, neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita.

Quæ sanè constitutio, quatenus restricta est ad casum quo liberi legitimi extant, difficultatem patitur ex eo, quia ratio illius ibidem scripta tam militat, vbi illustrium mulierum liberi legitimi non extant, quam vbi extant; semper, namque, tam in illo, quam in isto casu, ingenuijs, & illustribus fæminis castitatis observatio præcipuum debitum est; quæ est ratio ab Imperatore scripta ad constitutionem de qua ibi; subdit què, *& nominari spurios, satis injuriosum, satisque acerbum, & nostris temporibus indignum esse judicamus; & hanc legem ipsi pudicitia, quam semper colendam censemus, merito dedicamus;* quæ verba non magis ad vnum, quam ad alterum casum pertinent; videbatur ergo, quòd constitutio illustrium fæminarum pudicitiae dedicata, in vtrumque indistinctè ferri deberet; & ita contra tex. ibi opponit Cagnol. *ibid. nu. 43. in fin. Matien. l. 7. titul. 8. gloss. 6. n. 2. lib. 5. recopilat. vbi Gom. reprobat text. illum accipientem, etiam legitima sobole matri illustri non extante, in l. 9. Taur. num. 10. quem etiam Tell. ibid. in princ. in hoc reprehendit, & merito reprehendi, dicit Rojas d. cap. 26. num. 73. vbi d. l. 9. Taur. v. expressam contra Gom. sententiam expendit.*

4 Pro solutione dicendum est, spurios maternæ hereditatis capaces esse, & matribus succedere vna cum legitimis §. *novissime, juncta gloss. ibi verb. hereditatem, instit. de Senat. Cons. Orfician. l. hac parte, versic. itaque l. Modestinus, ff. unde cognat. l. 1. § sed vulgo quasi ff. ad Senat. Cons. Tertull. gloss. in § vulgo quastios, verb. itaque omnibus, instit. de success. cognator. & in d. l. si qua illustris, verb. cum legitimis, vbi, & in d. §. novissime, verb. admitti, hoc intelligit in spurijs qui ex coitu publico non sint, qui enim ex tali sunt, etiam ad maternam hereditatem in successibiles sunt, juxta *lex. que in his duntaxat, non verò in illis intelligit, in Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. final. collat. 7. idem tenuit gloss. in Auth. ex complexu, verb. paterna, C. de incest. nupt. quastres glossas magistrales vocat Bermond. d. verb. qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, numer. 75. versicul. si verò spurius, vbi hoc ipsum tradit, & exemplificat, vt ibid. per eum sequuntur Cyn. Bart. Bald. Salye. num. 1. & 3. in d. l. si qua illustris, & ibi Corn. col. 2. in princ. vbi commune dicit, licet in disputando defendi**



defendi posse contrarium, tentet, cum Hostienf. ab eo citato, Caccialup. *ibi. d. num. 75.* ubi ait, quod in hoc conveniunt omnes Iuristæ vtriusque juris, & ab omnibus receptum tradit Ludovic. de Sard. *tract. de naturalib. liber. 3. part. §. de successione spuriorum, n. 3.* Palæot. de Noth. & spur. *cap. 41. nu. 3.* Hieronym. Cagnol. *d. l. si qua illustris, n. 45.* ubi gloss. *ibi.* multū notabilem, & famolam vocat, & cum citatis ab eo tradit Covar. *de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 5. conclus. 3. num. 15.* Rojas *d. cap. 26. nu. 18.* Valasc. *conf. 29. ex n. 2. tom. 1.* Et quando coitus damnatus, ieu punibilis dicatur, Covar. *d. conclus. 3. nu. 16. cum sequentib.* Cagnol. *d. l. si qua illustris, num. 13.* Et adeo maternæ successionis spurij capaces sunt, quando ex tali coitu suscepti sunt, qui accusari non potest, ut non solum ex testamento, & ab intestato succedere possint pariter cum legitimis si extant, ut est communis Doctōr. assertio, quam tradit Caccialup. *in repetit. d. l. si qua illustris, numer. penult.* Palæot. *d. c. 41. nu. 3. versic. Quod si,* sed etiam mater eos instituere in legitima teneatur, & alias sine causa exheredati, vel præteriti per inofficiosi testamenti querelam testamentum rumpere possunt. *l. si suspecta, versic. de inofficioso, ff. de inoffic. testam. ubi gloss. & communiter Scribent. ibid. & in d. l. si qua illustris, secundum Caccialup. ibi numer. 94.* Cagnol. *num. 44.* Bermond. *d. verb. qui etiam filios &c. numer. 74. in princ.* Marquard. *de celibat. sacerdot. non abrogand. 3. part. cap. 7. num. 4.* Matien. *d. l. 7. titul. 8. gloss. 7. nu. 3.* Rojas *d. c. 26. ampliat. 1. numer. 4. ubi fuse per eum sequentibus num.*

5 Hoc autem successionis jus spuris competens in bonis matris, quando ex non punibili coitu suscepti sunt, limitavit Imperat. Iustinian. *In d. l. si qua illustris C. ad Orfician.* in illis quorum mater illustris est cui liberi legitimi superiunt, ut cum illis spurij & si ex punibili coitu suscepti non sint, succedere nequeant, & ita esse communem opinionem asserit Bermond. *d. num. 74. in fin.* Quanvis verò ob servatæ castitatis ratio etiam ad illas pertineat quæ legitimam sobolem non habent, in illis tamen intactum jus reliquit Imperat. tum ut antiquum generale jus de successione spuriorum in bonis matris minus correctum maneret, quod legislatores attendere solent, ut respondet Matien. *d. l. 7. titul. 8. gloss. 6. numer. 2.* tum quia ad excludendos spurios à successione matris illustris, maior erat ratio cum liberi legitimi extant, propter eorum favorem, quam illis non existentibus. Et hoc modo ad propositam sup. difficultatem respondet Cagnol. *d. l. si qua illustris, num. 43. in fin.*

6 Ex quo dicendum videtur pro limitatione d. l. si qua illustris, quod, & si matri illustri filij legitimi superiunt, qui tamen ab ea ritè, & rectè exheredati sint, spurius ex non punibili coitu susceptus illi succedat, cessat enim tunc propositus legitimorum favor, & jus antiquum manet incorrectum, quod extantibus legitimis liberis qui matri succederent, Iustinian. correxit, ut innuit in text. *ibi. quemadmodum materna res ad eos perveniant, sive tantummodo ad liberos justos, sive etiam ad spurios, dubitabatur;* quæ tanè verba clarè significant, quæstionè de spuriorum successione in bonis matris, quâdo illa illustris est, tum demum incidere, quâdo naturales, & legitimi simul filij extarent, cum quibus spurius matri succedere contendit; atque ideo, legitima soboles succedere nequeat propter exheredationem ritè factam, videtur, quod dubitationi, de qua *ibi.* locus non sit, sed jus antiquum maneat incorrectum. Qua ratione idem probandum videtur in casu vulgaris substitutionis, si videlicet, mulier illustris legitima sobole instituta spurium quem suscepit ex non punibili coitu vulgariter substituatur, poterit enim ex vulgari substitutione, legitima sobole repudiante, vel prædefuncta antequam adeat, spurius succedere; quod, ut novum, in casu isto tradidit Benedict. de Barzijs *tract. de fil. non legitime nat. numer. 28. versic. Ex quo inferas,* dicens, per Doctōres non tentatum.

Qua item ratione dicendū videtur, etiā absque vulgari substitutione spurius matri illustri succedat extantibus legitimis, si hi matri hæredes non existant, vel quia nolint, vel quia ante agnitam hæreditatem præmoriuntur; quo casu successio ab intestato proximioribus deferretur, omnibus tamen spurius prædefunctæ filius præferendus erit; cui non obstabit, maternæ mortis tempore legitimum extitisse filium; cum is matris hæres non fuisset, atque ita, spurius in his casibus cum legitimis ad maternam successionem non incurrit, sed solus is invenitur qui hæres esse possit; & ideo res perinde habenda erit, ac si legitima soboles non extaret; quo casu spurius matri hæres est, & si illa illustris sit, ut probat *tex. in d. l. si qua illustris,* per argumētum à contrario sensu, & communis sententia secundum Cagnol. *ibid. num. 20. cum glossa ibi, glossa in §. novissime, verb. hereditatem, instit. de Senat. conf. Orfician.* quæ ex eo confirmatur, quia etsi stemus in sensu directo d. l. si qua illustris, secundum eum, jus antiquum de spuriorum successione in bonis maternis, solum correctum legitur in casu quo matri illustri naturales, & legitimi liberi superiunt; atque ita, his non extantibus.



alius ab illo deprehenditur casus, ad quem correctoria lex non debet extendi, sed remanet sub antiqui juris dispositione, juxta vulgares traditiones. Porro, ad rem de qua agitur, perinde esse videtur, legitimam sobolem non habere, ac eam habere, quæ matris hæres non sit, *vi sup.* expensum est.

Hæc tamen quæ ut ad limitationem d. l. si qua illustris, notanda scripsimus, sine dubio non transeunt, nec sanè parvam patiuntur difficultatem ex eo, quia etsi filij legitimi à matre se abstineant hæreditate, aut exhæredati proponantur, non parum tamen injuriantur spuriorum illustris matris appellatione; quos & illi hæredes esse, tanquàm ejusdem filios, ignominie tum legitimis esset, & acerbum valde: atque ita, si castitatis observatio, quæ faminas illustres magis arctat, quàm alias, cum legitimorum liberorum favore constitutioni antequam juris correctoriæ causam dedit, utrumque hic reperitur, etsi legitimi maternam hæreditatem non adipiscantur; nec quidem verba *text.* in decisione scripta ab hoc sensu abhorrent, ibi, *justis liberis existentibus aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat*; quæ verba, justorum liberorum existentiam indistinctè respiciunt, eosquè comprehendunt, etsi matris hæres non sint; & quanvis ea quæ in serie dubitationis præponuntur *sup.* citata eos duntaxat comprehendant, qui ad maternam veniret successione, cum quibus, & spurius concurrere tentaret; magis tamen ad decisionis verba debet attendi, quæ omnes comprehendunt; tam quia in lege, decisiva potius, quàm narrativa verba sunt attendenda; quàm quia legis ratio his æquè convenit. Ex quibus, in tribus illis propositis speciebus probabiliorè hanc duco sententiam, quam nec verba legis negant, & ratio strictè suadet.

7 Amplianda verò est d. Imperatoris constitutio, ut procedat etiam in femina quæ propter mariti nobilitatem illustris effecta est, quanvis origine sua ignobilis sit, & plebeia; si enim viro viro functo susceptis ex eo liberis, spurium deinde vidua suscipiat, cum eo ad matris successione perinde agendum erit, ac cum spurio matris illustris cui legitimi superant; quia vidua illustris viri, nobilitatem ex mariti persona sibi qua sitam retinet. Nec obstabit, si dicatur, privilegia nobilitatis ex persona mariti viduæ competentia, eo ipso quo stuprum vel semel admittit, eam amittere, *vi sup.* tradidimus *articul. 5.* atque ita videtur, quòd, cum spurium in viduitate suscipit, jam radijs mariti non coruscat unde nobilis effecta est; responderetur enim, eam quidem admisso stupro, nobilitatis privilegia, quæ ex persona mariti prædefuncti competeabant, perdere,

illa, scilicet, favore, & commodo ipsius illi competeabant; ad quæ non pertinet præfens casus de spurij exclusione à successione illius; nec enim spurij à parentum suorum successione repelluntur propter favorem ipsorum parentum, quos potius leges in hoc punire intendunt; atque ideo, spurius in casu isto à materna successione repellendus erit, quasi nobilis matris spurius, præsertim, quòd ex contrario eventu legitima soboles justisibi competens ad matris successione perderet stupro illius, quòd latis iniquum esset.

8 Dubitari autem possiet, an hæc resolutio locum etiam habeat, ubi mulier plebeia conditionis spurium suscepisset ex non punibili coitu, non dum nupta, & postea cum viro illustri matrimonio contracto superflites filios ex eo reliquisset, cum quibus, & spurium ante genitum; si enim tempus quo mater moritur spectemus, illustris matris filius, spurius deprehenditur; si conceptionis, aut natiuitatis illius tempus, ignobili matre genitum agnoscimus. Et sanè, si legis mentem, ac rationem scrutemur, apparebit, quòd tempus conceptionis attendere debeamus, lex enim illustrium faminarum pudicitia prospicere intendit, tanquam quibus observatio illius, debitum præcipuum sit; porro, quæ fornicatur plebeia conditionis mulier, ex quo spurium genuit, quanvis postea contingat, eam fieri illustrem, debitam ab illustri munere pudicitiam non offendit ex eo quòd ante gessit; atque ita cessat in illa mens, & ratio legis. Et pro sententia ista apud nos optimum præstat argumentum lex Regia, qua statutum est, ut naturalis filius plebei patris, illi hæres sit, non verò si exquestris ordine pater sit; an verò hujus, an illius conditionis pater sit, tempus quo filius nascitur, jubet lex attendi, ita ut, si eo tempore plebeus erat, naturalis filius illi cum legitimis hæres sit, quanvis postea pater nobilis efficeretur; sic lege Regia nostra cavetur *lib. 4. titul. 92. §. 2. de qua intra agemus*, quæ pro parte ista in casu proposito optimum, ut dixi, præstat argumentum.

9 E contrario verò, si mulier plebeia conditionis viro sibi eo aequali nupsit, ex quo legitimam prolem suscepit, ac deinde vidua illius, nobili copulata est, quo præmortuo absque liberis, spurium in viduitate genuit, spurius iste cum legitimis prioris tori filijs ad maternam successione non erit admittendus; ille enim propter matris nobilitatem, quam ex persona secundi viri acquisivit, ab illustri muliere genitus apparet, ut tradidimus, cujus tempore delatae successione illius, legitima extat proles; quæ duo simul requiruntur, & non aliud, *in d. l. si qua illustris*, ad spurij exclusionem; atque



atque ita casus hic verbis legis comprehensus apparet.

10 Ampliatur rursus *d. l. si qua illustris*, ut procedat etiam in avi, aviæque successione, videlicet, si mulier illustris filio vulgò quæsto, atque legitimis simul & naturalibus liberis relicta prædecedat patre, aut matre superstitibus ad illorum enim successione nepos spurius cum uterinis legitimis non debet admitti; qui enim matri succedere non potest, multò minus avia ejusdem matris parentibus succedet, *argum. text. in princip. versic. Sed cum hoc. instit. de Senat. conj. Orfison.* & ita in his terminis tradit Caccialup. *in repetit. d. l. si qua illustris n. 73. versic. Subdit etiam. secutus Mathefil. tract. de successione ab intestat. ab eo citatum, & ex alijs Surd. tract. de aliment. titul. 1. q. 16. num. 10. versic. Intelligendotamen.*

11 Dubitari verò potest, an, si mater spurij, legitimam prolem non reliquisset, & defunctis deinde matris parentibus filij legitimi superint, cum illis nepos spurius debeat admitti ad aviam successione: videtur enim, quod & in casu isto præcedens ampliatio sit recipienda; ut, qui propter legitimos avia matris nepotes, ab ejus successione repellitur, multò magis repellendus sit propter ejusdem avia filios naturales & legitimos, tanquam illi propinquiores. Et diverso verò contrarium illud maxime suadet, quia spurius matris illustris illi succedit perinde ac si legitimus esset, quando legitimus non invenitur, ut cum cõmuni sententia ad *d. l. qua illustris, sup. n. autum est*; juxta quam, in proposito casu spurius matris successione capax est; ex quo & avia ex parte matris capax est censendus, ad quam jure antiquo admittitur, *l. Modestinus, ff. unde cognat.* quod in hac parte correctum non invenitur. Qua ratione idem probandum cenico, etsi avia in casu proposito non extent filij naturales ac legitimi, sed nepotes ex filio, aut filia alia legitime suscepti; nam, & multò magis cum his admitti debebit nepos spurius, qui matris suæ ob legitimorum defectum hæres fuisset, aut esse potuisset. Et non obstat ratio pro contraria parte adducta; concludit enim in casu, quo spurius matris successione capax non esset propter legitimorum ejusdem matris existentiam, quo casu propter eorundem existentiam ad aviam successione non erit admittendus ex persona matris, à cujus successione repellitur quasi pro non filio habitus; at vero præsens casus diversæ speciei & rationis est, in quo spurius matris successione capax proponitur; ergo & avia ex parte matris, cujus personam repræsentat, capax censeri debet, quanvis avia legitimam sobolem reliquisset, sive ex se, sive ex filio, aliavè filia suscepta.

12 Solum itaque præcedens ampliatio recipienda erit casu, quo spurius, matris hæres esse non potuisset, propter legitimorum ejusdem matris existentiam tempore mortis illius; idque sive illi matri hæres extitissent, sive non; nam & in casu isto spurius ab illius hereditate repellitur, ut tradidimus sup. ergo, quavis tempore, quo maternus avus, aviavè moritur, uterini fratres spurij non extent, qui tempore matris mortis extabant, id satis erit ad spurij exclusionem à successione maternorum avorù legitima alia eorundem sobole existente.

13 Quod si legitima illis soboles non superint, maior dubitatio erit, an in casu etiam isto à successione illorum repellendus sit spurius nepos, qui matris suæ hæres esse non potuit propter existentiam tunc temporis legitimæ sobolis illius postea prædefunctæ; quæ ratio illum excludere videtur à parentum matris successione. Admittendū tamen cenico, quia in casu isto nullus legitimorum liberorum qui in rerum natura non sunt tempore delatæ successione, ad spurij exclusionem favor considerari potest; & verba *d. l. si qua illustris*, loquuntur in casu, quo tempore delatæ successione extat legitima soboles defunctæ matris; atque ideo, legis novæ decisio, & antiqui juris correctoria non est extendenda ad casum quo non loquitur, sed magis in illo, antiquo juri stare oportet, juxta quod, nepos ex filia vulgò quæstus avia matris succedit, *d. l. Mod. ff. unde cognat.* Quod si dicatur, nec de avia successione in casu aliquo esse verba *d. l. si qua illustris*, & tamen de illa quoque intelligi extante legitima sobole in casu prædictæ ampliacionis, ut cum Caccialup. *d. n. 73.* & Mathefil. ab eo citato probavimus; facilis est responsio, si advertatur, legem de matre expresse loquentem, de ejusdem matris parentibus comprehensivè; tamen etsi implicite, loqui datis eisdem terminis, & eadem existente ratione, prout evenit in casu propositæ ampliacionis.

14 Dubitari rursus potest, an ampliatio eadem retinenda sit casu, quo avia, mulier illustris non est, sed plebeia, & filia ejus spurij mater, illustris esset aliunde, forte propter viri prædefuncti conjugium, quo casu spurius ab ea in viduitate susceptus cum legitima sobole in successione illius non concurrat, ut sup. tradidimus; ex quo & ab avia successione, cujus legitimi extant liberi, repellendus videtur. Distinguendos tamen hic tres casus puto; unus est quando spurius ad materni avi, aviavè successione contendit cum legitimis matris suæ liberis, propter quos à materna successione exclusus fuit; & in casu isto indubitanter à successione avorum excludendus erit. Alius casus est, cum spurius contendit cum legitimis mater-



maternorum avorum liberis, qui eorum retinent conditionem; & tunc spurius cum illis admittendus erit, *juxta d. l. Modestinus, in casu isto non correctam per d. l. si qua illustris*, nec secundum verba, nec secundum mentem illius. Tertius, & ultimus casus est, cum spurius contendit concurrentibus legitimis avorum liberis, illustribus aliunde effectis, non susceptis ex filia ex qua spurius est; qui quidem casus dubitandi ratione præcedentes luperat, sed decidendi ratio ad secundum, hunc illi magis adæquat; quem ideo *juxta eum decidendum censeo*. Quæ omnia apud Nostros non inveni, & pro ornatu, *d. l. si qua illustris notanda duxi*.

15 Quia vero quotiescunque spurius maternæ successione capax non est, nec illi mater succedere potest, sicut & è contra, quia jus successione intestatæ mutuum & reciprocum est, ut per Bermond. *de public. concubinar. verb. Qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, num. 76. & 77.* Ludovic de Sard. *tract. de naturalib. liber. 3. part. §. de successione spurior. num. final.* Palæot. *de nob. & spur. c. 41. num. 3. versi. Et hæc omnia, Gom. in l. 9. Taur. num. 51. versic. & in specie, & alijs citatis communem tradit Caccialup. d. l. si qua illustris, num. 77. & Valasc. noster cons. 29. Quidam conjugatus num. 3 tom. 1. quæ probat text. loquens in naturalibus, & ibi gloss. in Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. in quibus enim casibus, collat. 7. si spurius non succedit matri, quia illustris est, & juxta prole relicta decedit, consequens est, ut ejusmodi mulier prædefuncto spurio filio suo succedere nequeat quod tenuit, gloss. in §. final. instit. de Senatus cōsult. Tertull. cui tamen succederet, si tempore quo ille moritur, illa justos liberos non haberet, quanvis eos deinde suscepisset; quia propter susceptos postea liberos hæreditas semel legitimo jure acquisita auferenda non est. Et hoc sane facile transit, quando post aditam spurij hæreditatem legitimus nasceretur.*

16 Sed an idem probandum sit nato filio legitimo post mortem spurij ante agnitam illius hæreditatem, in difficili est, ex eo quia hæredis extranei capacitas, etiam, atque præcipue hæreditatis aditæ tempore spectatur, *l. si alienum §. in extraneis. ff. de hæred. instit. §. in extraneis, instit. de hæred. qualitat. & different. porro, mater ad filij successione, nedum spurij, sed etiam naturalis atque ideo videtur, quod & cū adit hæreditatem, sine legitima prole esse debeat, ut adeundi capax existimetur. Contrarium tamen in nostro casu tenendum puto, quia in illo succedendi jus inter matrem, & filium suum spurium, reciprocum est, & æquale utrinque, ita ut capacitas unius ad succedendum alteri, reguletur secundum capacitatem istius ad succedendum illi; unde, cum spurius*

perfectum capacitatis jus ad succedendum matri acquirat mortua illa abtque legitima a sobole *juxta d. l. si qua illustris*, cum communi ad eam interpretatione, ita & mater non habens justos liberos quo tempore spurius ejus moritur, perfectum ad illius successione jus acquirat, ut æqualitas utrinque servetur; quo jure per susceptos postea liberos ante agnitam hæreditatem privari non debet. Et ad jura, quibus cavetur, etiam aditæ hæreditatis tempore, extranei hæredis capacitatem inspicere debere, respondendum erit id in illis intelligi, quorum capacitas à propria eorum persona, aut illorum sub quorum potestate sunt, dependet, ut evenit in condemnatis, quibus testamenti factio activa, & passiva, pæna auferitur; non verò in illis, in quibus jus capacitatis secundum jus alterius regulatur propter æqualitatem utrinque servandam; nam in his si in uno ex correlativis solo mortis tempore capacitas inspicitur, in altero quoque hoc solo tempore debet inspicere, ut æqualitas utrinque servetur.

17 De spurij autem cum transversalibus successione controversari solet inter Doctores. & ut certa à dubijs separemus: inter omnes constat, spurium transversalibus ex latere paterno, non succedere ab intestato, nec illos illi, quia cum spurio nullum agnationis jus est *l. si spurius ff. unde cognat. §. vulgè quæsitos, instit. de successione cognator. tradit Caccialup. d. l. si qua illustris, num. 71. & sequenti, & num. 74. versic. Primo casu, & num. 79. in princ. ubi ait, quod in hoc omnes conveniunt, & ab omnibus receptum in d. l. si spurius, per text. ibi, asserti Covar. de sponsalib. 2. p. c. 8. §. 5. concl. final. versi. Unde naturales, & alijs citatis tradit Gom. l. 9. Taur. n. 4. Gam. decisi. 3. num. 1. qui circa naturales tantum filios ad successione transversalium ex parte patris idem æque probant, novissime pluribus citatis Mena in addit. ad Gam. d. decisi. 3. n. 1 ubi dicit, quod hæc est communis, & vera omnium resolutio. Per contrarium verò, certum quoque inter omnes est, spurium transversalibus ex latere materno ab intestato succedere, & illos illi, secundum proximitatis ordinem, quia successio transversalium ex parte matris, ad cognationem pertinet, quæ in spurio conservatur, & ita probat text. in l. hac parte versi. Itaque, & d. l. si spurius ff. unde cognat. tradit Caccialup. d. num. 74. versi. Secundo casu, Rojas in epitom. successio d. c. 26. ampliat. 4. num. 46. Et hoc, quando spurius ex coitu non punibili susceptus est.*

18 Quando autem susceptus est ex punibili, controversa est, an, quemadmodum matri succedere nequit, *juxta communem sup. traditam nec mater illi, ita neque inter eum, ac transversales ex parte matris, successio unde*



cognati detur. Quam quaestionem fusc ad utranque partem disputat Caccialup. *in repetit. d. l. si qua illustris, concl. 9. ex num. 79.* ubi ait, quod quaestio haec non est facilis, & quod in illa excellentissimi Doctores fuerunt contrarii; in qua ille, ut conjicitur ex scriptis per eum ibidem, negativam partem veriorē de jure sentit, ait enim *num. 83.* quod Praeceptoris sui opinionē velet omniringenō defendere, si majestatem veritatis non laederet; & opinio Praeceptoris sui, qui fuit Ioan. Petrucius, affirmativa est, quam retulit *num. 80.* pluribus pro ea aductis ex eodem Petrucio, de quo scripsit ibidem, quod saepe eam tenuit legendo, & conluendo, & quod in illa perseveravit per quadraginta annos, & ultra; & tandem, post multa hinc inde adducta, & Doct. utriusque partis citatos, *n. 87.* non exprimit, quae opinio sibi magis placeat quali melius fundata, reverentia dissidentium Doctorum, & maxime nuncupati Praeceptoris sui, adducens illud Gell. *lib. 1. n. et. At. ticor. c. 18. in fin.* ubi, *In hac re,* inquit, *de v. ro tam excellentis doct. vnae non meum iudicium est;* quo in loco de Varrone loquitur, qui furem a furuo, id est, atro, seu nigro appellari, scripsit; aliamque ejusdem verbi Gell. etymologiam adducit a Graeco vocabulo; quae, & aliae scriptae sunt *in l. 1. ff. de furt. & transcriptae in § 1. versic. furtum aut. m. instit. de obligation. quae ex delict. nascunt sed Gell. qui magis furem, dici putavit, a Graeco vocabulo, an hoc Varronē latuerit, an potius consulto tacere id voluerit existimans, aptius & coherentius furem a furuo, id est, nigro, appellari, Gell. inquam, hoc, aut illud de illo judicare non est ausus propter excellentem Vmperitiam; ceterum, inter contrarias Doctissimorum sententias propriū deponere iudicium, & scriptoribus non in usu est, & ad scribendi munus pertinet. Et in hac ipsa quaestione de successione inter spurium ex punibili coitu susceptum, & tranversales ex latere materno, negativam quoque partem alij tenuerūt ultra citatos a Caccialup. quos refert, & sine controversia sequitur Palaeot. *tract. de nob. & spur. c. 43. num. 2. probat Cagnol Alex. praep. e. auctoritate fietus, ultra alios quos refert, d. l. si qua illustris, num. 46. versic. Sed non est recedendum;* & nomine citato probat Bermond. *de public. concubinar. verb. qui etiam filios ex tali concubina non procreatos, num. 77. Marquard de celibat. sacerdot. non abrogand. 3. part. c. 7. num. 5 & 6. Gom. l. 9. Taur. na. 51. versic. Sed teneo Rojas d. c. 26. num. 26.**

19 Contrariam vero sententiam, nempe, ejusmodi spurios ex damnato, seu punibili coitu susceptos collateralibus maternis abintestato succedere, & illos illis, ultra citatos a Caccialup. *d. num. 87. tenet, ac late defendit Philipp.*

*Corn. d. l. si qua illustris col. 2. ex versicul. In eadē,* ubi alios pro hac sententia refert, & dicit, quod haec videtur communis opinio, quam item *ex eod. Corn. conf. 21. vol. 1. communem dicit, & sequitur Covar. alijs pro utraque opinione citatis, de sponsal. 2. part. c. 8. §. 5. num. 19.* magis communem dicit eandem lectus Mena ad Gam. *d. decis. 3. num. 2.* ubi ait, quod Regnicolae omnes pro spurio tenuerunt, cōtra Gom. & quod haec opinio servanda est in iudicando, & consulendo; secundum quam in Neapolitano Concilio ter iudicatum fuisse, refert Vincent. de Franch. *deci. 238. incipit, Dubitabilis est quaestio, ubi in fin. Venetis etiam sic fuisse iudicatum,* licet punctus disputabilis esset, refert ex Peregrin. *tract. de jur. fisc. c. 18. num. 43.* Apud nos quidem disputatio cessat, & altercatio, quia legem Regiam habemus, quae hanc sententiam expresse secuta est, *lib. 4. tit. 93.* Et sane pars haec optimo nititur fundamento, quod praestat *l. si spurus in 2. part. ff. unde cognat.* ubi probatur, inter spurium, & matrem ejus, uterinosque fratres, cognationis, seu proximitatis jura manere, & idcirco sibi invicem abintestato succedere; & quod ibi dicitur de uterinis fratribus, in ulterioribus etiam conjunctis ex latere materno aequè obtinet; porro, spurij appellatione, non solum venit vulgo quaesitus ex coitu non acculabili, sed etiam qui ex nefario, incestuoso, & punibili alio coitu nascuntur, ut ex *gloss. final. in l. vulgo ff. de stat. homin. tradit Ludovic. de Sard. tract. de natural. uberi. 2. part. §. de spurior. appellatione num. 2.* At vero *d. l. si spurus,* noviori jure in collateralibus correcta non invenitur; sed solummodo respectu matris, quando illa illustris est, & legitimam sobolem relinquit, ut in *d. l. si qua illustris,* vel, quando ex punibili coitu spurium suscepit, *Aut. quib. mod. natural. efficiunt legit. §. final. collat. 6. & quib. mod. natu. al. efficiunt §. p. null. collat. 7.* unde desumpta est *Aut. ex compl. xu. C. de incest. nupt.* cum communi de qua sup. quae intelligitur de coitu punibili ex parte matris, ut ex *Bart. in l. final. n. 4. ff. de his quib. ut. magn. & alijs tradit Valat. noster conf. 29. num. 10. tom. 1.* Cum, itaque, antiquum jus de successione spurij quod ad lineam maternam attinet, tantummodo noviori jure correctum inveniat respectu matris in illis duobus casibus & nunquam respectu collateralium maternorum; dicendum est, quod juris correctio, ad hos non est extendenda, in quibus novum jus non loquitur, sed quod maneat sub antiquo jure; juxta vulgares traditiones.

20 Et sane, quod ad collaterales attinet ex parte matris cui spurius succedere non poterat, quia illustris erat, & legitimam prolem habe-



habebat, omnes communiter reciprocam successione admittunt, secundum Corn. *d. l. si qua illustri col. 2. versic. In ead.* ubi inquit, quod cum hoc transeunt concorditer omnes, & probat Caccialup. *ibi num. 74. versic. Secundo casu.* Parique ratione probandum idem est, etiam spurio matri succedere non posset, quia ex punibili coitu suscepit eum; cum jus antiquum in illa correctum, ad collaterales extendi non debeat, ut dictum est; praesertim, quod prohibitionis ratio quae militat in matre, cessat in transversalibus; mater enim filio spurio quem suscepit ex complexu nefario, aut incesto, seu aliis punibili, non succedit, nec spurio illi, ob suum ipsius peccatum, quod leges odio habent, adeo ut & in persona filij, matrem propter peccatum hoc puniant prohibita illi in casu isto successione materna, sicut & patrem in simili, *juxta tex. in l. final. versic. Filij enim C. de natural. liber. & in d. Auth. quib. mod. natural. efficiunt. legitum. §. fin. ibi, sed sit suppletum etiam hoc patrum;* quae ratio cessat in transversalibus qui non peccaverunt. Et non obstat, si dicatur, quod juxta hoc, etiam cum transversalibus ex latere paterno successio intestati esse debuisset, quia nec illi peccaverunt in spurij procreatione; etenim differentiae ratio stat in eo, quia intestati successio collateralibus ex parte patris, nullo alio jure competit, quam agnationis jure, quod jus agnationis inter spurium & collaterales paternos non datur quia à patre oritur, quem, ille reputatur, non habere, *l. si spurius 1. p. ff. unde cognat. §. vulgo quaesitos, instit. de success. cognator.*

21 Concludit vero praefata ratio, quod, etsi spurio propter odium paternum à patre in testamento institui non possit, nec è contra quia haec odij, ac peccati unde illud proficiscitur, ratio cessat in collateralibus ex parte patris, & hi illum, & ille eos instituere possint, & tam ex testamento, quam per actum inter vivos libera illis facultas, & communicatio bonorum sit, sicut inter extraneos; quod verum est, & ut receptum ex Bart. & alijs in *l. si is qui ex bonis ff. de vulgar. & pupillar.* tradit Marquard *de caelibat. non abrogand. 3. p. c. 4 n. 7. Gom. 1.9. Taur. num. 51. ad fin. versic. ex testamento, Cov. de sponsalib. d. c. 8. §. 5. num. final. vers. Ex quibus,* ubi alios citat, & in fortioribus terminis, nempe, cum pater filium spurium filio impuberi pupillariter in legitima illi debita substituit, observavit Cost. *in c. si pater 2. p. verb. bona omnia, num. 11. vers. Hisce argumentis, de testam. libr. 6.*

22 Nec tantum inter spurium, & collaterales illius ex parte patris testamentaria successio admittitur, sed etiam à paternis avis spurio nepos institui potest, eo modo quo potest ex-

traneus, cui testamenti factio inest; ut tradit Marquard *d. de caelibat. d. 3. p. c. 6. num. 5 Ludovic. de Sardis tract. de natural. liber. 3. p. §. de successione spuriorum num. 11. Palaeot. de noth. & spur. c. 53. in fin. Gam. decis. 136. in fin. & Additionator ad eum decis. 23. num. 1. versic. Tertius casus;* ubi hoc limitat, ut procedat dummodo nepos spurio non sit natus ex coitu danti nato. Cui limitationi, quam ut ab alijs probatam inculcat, assentire non potui; quia spurio, quocumque ex coitu susceptus sit, respectu successione paternae tam ab intestato, quam ex testamento, semper est incapax; haec, namque, distinctio inter susceptum ex coitu punibili, vel non punibili, ad maternam successione tradunt communiter Doctor. Atque ideo, cum de avita successione ex parte patris agitur non est cur ea adhibenda sit, quae circa ipsius, qui eum genuit, personam non attenditur; sed distinctio debet esse inter successione ex testamento, & ab intestato, ut ab hac, quae agnationis jure defertur spurio nepos repellatur, quia nullum agnationis jus cum paternis ascendentes contrahit; ad illam vero admittatur quali extraneus haeres institutus ab avo, cui extraneus reputatur. Et non obstat *tex. in Auth. quib. mod. natural. efficiunt. juxta §. final. collat. 7. ubi,* loquens de susceptis ex nefario & punibili complexu, dicit *tex. quod nec à parentibus est alendus, & sic videtur, quod ejusmodi spurio eandem patiatur incapacitatem respectu avi paterni, qua laborat ad ipsius patris successione, quia parentum appellatio ulteriores ascendentes comprehendit ultra patrem, & matrem; responderi enim potest, id non procedere in penali materia, in qua parentum appellatio de primis tantum est intelligenda, praesertim cum odij ratio quae militat in illis, in ulterioribus cesset, & ita respondet Ludovic. de Sard. *d. §. de successione spuriorum, num. 11.**

23 Per contrarium vero; anceps, & ambigua quaestio est apud Scribentes, de nepote legitimo ex filio spurio ad avi paterni successione. Et controversia praecipue vertitur circa testamentariam successione; ab intestato enim nepotem avo succedere non posse, communis est conclusio, quam tradunt Doctor. per *tex. ibi, in l. final. versic. final. C. de naturalib. liber. Dec. cons. 85. incip. pro tenuit facultate, num. final. Bernend. de public. concubinar. verb. qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, num. 65. Gam. decis. 11. num. 5. ubi Additionator ejus num. 2. in fin. alios citat, & veram ac communem resolutionem ita esse, scripsit.*

24 De successione vero ex testamento ambigua, & frequens est quaestio inter Antiquos, & Recentiores; de qua Bart. & alij in *l. Gallus*



l. Gallus §. quid si is ff. de liber. & posthum. & conj. 118. in princ. Oducius, late disputant ad utramque partem Bermond. loco citato, ex num. 66. Ludovic. de Sardis de naturalib. liber. 3. part. §. de successione spuriorum ex num. 5. Palaeot. de noth & spur. c. 52. per tot. ubi num. 4. pro nepote hodie rem absque dubio esse, censet, per novam Iustiniani constitutionem in d. l. final. de natural. liber. ita ut miretur, controversiam hanc inter tot gravissimos Doctores usque ad hæc tempora mansisse, cujus decisio, inquit, minime amplius dubia esset, Marquard. d. tractat. de caelibat. non abrogand. 3. p. c. 6. Rojas in epitom. success. c. 20. ex num. 22. Cald. tract. de nominat. emphyteut. quæst. 19. a num. 35. cum sequentib. Ex quibus constat, affirmativam sententiam, quam tenuit Bart. in d. §. quid si is, & d. conj. 118. communem esse, ac veram tribus concurrentibus; primum est, quod legitima, proles non extet, illa enim extante non poterit nepos legitimus ex filio spurio ab avo institui, per d. l. final. C. de naturalib. liber. ubi nepos ex filio naturali, qui minori labe afficitur, ab avo institui non potest legitima sobole extante; & ita pluribus citatis communem tradit, & sic intelligit Surd. conj. 177. num. 21. cum sequentib. tom. 2. Secundum est, quod nepos spurij filij contemplatione institutus non sit, quod in dubio non præsumitur, sed magis ipsius nepotis contemplatione censetur institutus, ut ex Bart. & communi tradit Cald. d. q. 19. num. 44. Surd. d. conj. 177. num. 10. ubi ex alijs commune dicit, ex quo quicquid illi ab avo relinquitur, adventitium est, nec usufructus patri spurio quaritur tamen sub illius maneat potestate, quia spurius à patre suo unde provenit, capere non potest, sed penes ipsum nepotem remanet secundum Bart. d. §. quid si is, in fin. & d. conj. 118. quem cæteri communiter sequuntur; ut constat ex Matien. qui alios refert, & Bar. sententiam veriore & receptiore esse, dixit, in l. 6. tit. 8. gloss. 8. num. 25. lib. 5. recopilat. Surd. d. conj. 177. num. 5. Cald. d. quæst. 19. num. 47. Tertium est, quod nepos ex spurio incesto susceptus non sit, hoc enim casu ab avo institui non potest, etsi legitima proles illi non supersit secundum Bald. in l. si quis incesti, per tot. ibi C. de incest. nupt. cujus sententiam alijs citatis communem dicit, & sequitur Rojas d. c. 20. num. 30. cum sequentib. Cald. d. q. 19. num. 49. Et ita prædictam Bart. sententiam, ultra sup. citatos communem dicunt, & probant Covar. de sponsalib. 2. part. c. 8. §. 5. num. 13. Gom. l. 9. Taur. num. 17. Pinel. in l. 3. num. 20. C. de bon. matern. & obiter sequitur Gam. decis. 11. num. 5. & decis. 136. num. final. & ejus Additionator ad decis. 23. num. 2. versicul. Quartus casus, ac pluribus citatis tradit Matien. d. l. 6. tit. 8. gloss. 8.

num. 21. cum sequentib. Secundum quosidem est dicendum, etsi nepos ex spurio non sit legitimus, sed naturalis, aut etiam spurius; quibus enim casibus nepos legitimus institui ab avo potest, & illegitimus; imò in illegitimo, communis sententia in legitimo probata, securius procedit secundum Pinel. d. l. 3. num. 22. ex ratione de qua per eum ibid.

25 Quia vero in superioribus egimus de successione spurij matris illustris, qui à successione illius repellitur extante illi legitima sobole, ex ratione de qua in l. si qua illustris C. ad Orficiam. secundum quam maior castitas requiritur in tœmina illustri, quam in illa quæ illustris non est, sciendum est, jus hoc in naturalibus locum non habere; ij enim matri illustri, perinde ac non illustri, pariter cum legitimis & naturalibus simul liberis succedunt, ut probatur in d. l. si qua illustris, versic. finali, juncta gloss. ibi, verb. concubina, & tenet Cagnol. sic intelligens tex. ibi num. 33. & sequenti, ubi singularem dixit, & est communis omnium intellectus secundum Caccialup. ibid. eundem secutum num. 68. versic. Nota ex hac lege, & num. sequenti; quod dicit notandum, & alijs citatis tradit Rojas in epitom. success. c. 26. num. 70. & c. 14. num. 3. & 4. post omnes Pichard. in tit. instit. de hereditatib. quæ ab intestat. deferunt. in princip. §. 6. n. 27.

26 Naturalis vero filij appellatio hic proprie ac strictè accipitur, de illo, inquam, qui ex vera suscipitur concubina, de qua loquitur tex. in d. versicul. final. ad quod multa requiruntur, de quibus sup. articulo 8. ubi de concubina egimus. Unde, si mulier illustris cum aliquo, cujus concubina non sit, rem habeat, susceptus inde filius, tamen si parentes inter se matrimonium contrahere licite possent, non pertinet ad dispositionem tex. d. versic. final. sed magis, ad priorem tex. partem pertinere, videbitur, ita ut, si matri legitima proles supersit, illi non succedat, quasi spurius; quod pro constanti ponit Cagnol. d. n. 34. versic. sed oppositum. Sed quia ista quæ semel aut iterum cū aliquo concubuit, minus delinquit, quam illa quæ sub alicujus permanet concubinato; ut notat Abb. in cap. tanta, coi. final. ubi Præpos. num. 6. qui fil. sint legitim. & ex alijs relatis ab eo tradit Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 9. num. 16. tanto enim graviora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam c. final. de consuetud. videbatur, quod filius istius deterioris conditionis esse non deberet ad maternam successione, quam illius. Cui objectioni respondet Cagnol. id ex eo esse, quia concubinatus civili jure licitus est, ut probat idem ille tex. d. l. si qua illustris, versicul. final. ubi, concubinariorum conversatio, licita vocatur; atque idcirco,



idcirco, quanvis secundum legem divinam gravius delinquat, quæ diutius perseverat in peccato, tamen secundum legis civilis dispositionem non tam læditur castitas concubinato, quam coitu alio fornicario.

27 Mihi quidem responsio ista non satisfacit; nam, si naturalis filius mulieris illustris in concubinato genitus matri succedit una cum legitimis ac naturalibus liberis, quia concubinatus civili jure licitus est, id est, jure illo impunitus, simplicem quoque fornicationem, eodem jure licitam dicemus, quia punibilis eo non est; atque idcirco, filius susceptus ex fornicario coitu, qui tamen meretricius non sit, deterioris conditionis esse non debet, quam ex concubinato habitus. Deinde, etsi dicamus, concubinatum jure civili licitum esse, quod sine controversia non transit saltem attento jure noviori, negari tamen non potest castitatem illo maxime offendi, etiam attenta juris civilis constitutione, secundum quam, naturales filij, qui propriè sunt, qui in concubinato gignuntur, paterno vitio procreati dicuntur, *l. final. persequi. filijs enim, C. de natural. liber. ibi, quia vitium paternum refranandum existimaverunt.* Si ergo concubinario coitu castitas læditur, quod negari non potest, etiam attenta juris civilis constitutione; consequenter venit, ut multo magis lætam illo dicamus, quàm fornicatio alio inter solutos habito; hoc enim casu semel, aut iterum fragilitate carnis castitas offenditur, in illo pluries & obdurato animo.

28 Ex quibus, persuadere mihi non potui, filium illius deterioris conditionis esse ad maternam successionem, quam illius; si enim hujus rei diffinitio à maternæ castitatis offensa pendet, maior reperitur in illa, quam in illa. Atque ita, filium in casu isto una cum legitima matris sobole illi succedere debere, mihi persuasi. Et ad text. in *d. l. si qua illustris*, cujus prior pars ad spurios pertinet, posterior ad naturales ex concubina susceptos, respondendum erit, hunc de quo agimus, ubi priore quidem text. parte non comprehendit, plane enim text. ibi loquitur de spurio illo cujus pater incertus est, ut satis clarè verba illa ostendunt, *& alterum spurium habuerit, cuius pater incertus sit*, propter quæ verba *gl. 1. text. ibi intelligit d. meretrice*, quæ, inquam, etsi in lupanari prostituta non sit, modo tamen intrat unam domum, modo aliam, ut explicat ibi Angel. & Corn. *enim secutus sum. 1.* hujus enim filius incertum habet patrem, & ideo vulgò quæsitus dicitur; secus ille, cujus mater sex mensibus stat cum uno, & sex cum alio, qui etsi spurius sit, non tamen est vulgò conceptus, quia pater demonstrari potest, ut declarat Bald. *d. l. si qua illustris, n. penult.* Ad huc ergo, sicut ad illum de quo agimus, qui

eiusdem conditionis est, non pertinet text. ille in priorè parte, qua de spurio loquitur, cujus pater incertus est; nec item pertinet ad illum posteriorè text. pars; quæ loquitur de naturali ex concubina nato. Reliquum est ergo, ut dicamus, præsentem casum tanquam lege illa omisum sub juris antiqui dispositione manere, secundum quam, spurius, qui ex damnabili, & punibili coitu non est, matri succedit una cum legitima sobole, distinctione inter illustrem, & non illustrem omissa, quæ à Justinian. noviter inducta fuit, in *d. l. si qua illustris*, ad casum de quo ibi, ut cum communi tradidimus *sup.*

29 Quia verò prædicta distinctio castitatis causa introducta est, cujus observatio ingenuis, & illustribus mulieribus præcipuum est debitum, ut ait Imperat. ibi, videbatur, propter eandem castitatis causam, & debitam observationem, ad posteriorem quoque text. partem extendi debere, ut ita, naturalis filius ex illustri concubina procreatus illi non succederet extante legitima sobole, cujus contrarium statuit Imper. *d. ve. sicut. final.* de quo miratur Cagnol. *ibid. n. 33* & respondet sicut ad præcedentem casum, id inde provenire, quia concubinatus civili jure licitus est. Quæ responsio difficultatem non tollit, quia etsi civili jure concubinatus licitus esset, eo tamen, *ut sup. diximus*, castitatem lædi, negari non potest. Quare, pro ratione differentiarum dicendum censeo, eam quæ corpus suum multis prostituit, majorem multo impudicæ faminae notam incurrere, quam quæ sub unius contubernio vivit; idcirco, quavis & hæc castitatem lædat, quia magis multo lædit illa, maior ratio erat in illius perloana, quàm in illius, ad inhibendam liberorum successionem, observandæ castitatis causa; quàm idcirco in illa statuit Imperat. non in ista, ut ita jus antiquum constitutione sua minus corrigeret. Atq; ita ex supradictis apparet, maternam nobilitatem nocere filio vulgò concepto, non vero naturali suscepto ex concubinario coitu cum homine liberæ conditionis; nec item illi, cujus pater certus est, & ex punibili coitu non suscipitur, ut *sup. tradidimus.* Et hoc secundum juris civilis constitutionem in *dict. l. si qua illustris.*

30 Jure autem nostro Regio dubitari potest, an ad naturalium exclusionem conditio matris attendenda sit, ut, si nobilis sit, filius illi non succedat correcto communi jure per *ord. lib. 4. tit. 92. in princ. §. 1.* quæ in persona patris statuit, ut si plebeius esset tempore quo naturalis filius nascitur, illi vna cum legitimis succedat, si nobilis, ab intestato nequaquam, sed nec ex testamento legitima sobole extante, ut in *§. final. ibid.* Quæ distinctio in persona quoq;



quoque matris, in qua maior requiritur castitas, quam parente masculino, recipienda videbatur, ut ita lex castitatis causa, & favore in nobilibus specialiter statuta, quanquam non sola hæc legis ratio est, sed alia etiam, quam inferius assignabimus, in fæminis quoque servaretur. Sed, quia juris correctio non est in dubio inducenda; adeo ut nec ex identitate rationis lex correctoria ad casum non expressam extendi debeat, juxta celebrem glossæ sententiam in *Anth. quas actiones C. de sacrosanct. eccles.* ubi receptum id esse, tradidit Ias. num. 21. etiam si in casu omissio eadem aut maior ratio vigeat, nobis non licet, legem Regni in patre loquentem, ad matrem extendere correcto cõmuni jure, quo attento naturalis filius matri succedit vnà cum legitima sobole, et si nobilis illa & illustris sit *d. l. si qua illustris, vers. final.* eo maximè, quod antiquo, & novo jure facilior est illegitimis liberis successionis aditus ad maternam hæreditatem, quam ad paternam; cum matri succedant ne dùm naturales, qui ad maternam successionem tam ex testamento, quam ab intestatò, nihil prorsus à legitimis differunt, de quo Palæot. *de noth. & spur. c. 38. nu. 6.* & alijs citatis *Surd. de aliment. tit. 8. priv. il. 81. num. 5. cum sequent.* sed spurij etiam, qui ex punibili coitu non sunt; quos tamen, constat, hæreditatis paternæ esse incapaces. Mirum ergo reputare non debemus, si quos lex nostra à paterna prohibet successionem non prohibeat à materna; quãdo, communi juri in hoc contonare, videmus.

31 Secundò, & principaliter notandum erit, ad legem nostram *d. tit. 92. §. 1.* paternam nobilitatem ad naturalium liberorum exclusionem, non sic excellenter requiri, ut ad exclusionem spuriorum requiritur in persona matris eorum in *d. l. si qua illustris*; ad quam satis non erit, quælibet matris nobilitas; sed requiritur, quod mulier illustris sit. Appellatione autem illustris ad casum de quo ibi, ea venit secundum *Cagnol. ibid. num. 15.* quæ est ex nobili & antiqua familia, & quæ in loco, magno in honore, & reputatione habetur; sed tandem concludit quòd, cum hoc jure diffinitum non sit, iudicis arbitrio relinquetur, juxta *regul. l. 1. in fin. ff. de jur. deliberand.* sicquè generaliter, quæ sint personæ illustres, iudicis arbitrio relinqui, tradit *Tiraq. in l. si unquam, verb. omnia, vel partem aliquam, nu. 31. versic. Proinde C. de revocand. donat. gloss. sententia in cap. ultim. verb. illustrium, statim, post princip. de re judicat. lib. 6. quam, vix hoc sentire, dixit Menoch. de arbitr. centur. 1. cas. 68. num. 2.* ex quo loco plures enumerat personarum dignitates, in quibus diffinitum hoc jure reperitur; de quo per Ias. in *l. 1. à numer. 7. cum sequentib. ff. de offic. ejus cui*

*mandat. est jurisdict.* *Rojas in epitom. succession. cap. 26. numer. 4. cum sequentib.* Alij verò strictius hoc inculcant, qui, illustres propriè eos esse, dicunt, qui plures regunt provincias, ut tradit *Anton. Corset. tract. de potestat. Regia 3. part. numer. 13. ex Bald. in l. 1. ff. de offic. prefect. prator. ubi num. 3.* Cardinales, illustres esse dixit, item, & Patriarchas, qui redacti sunt ad instar regum qui multas regunt provincias.

Sed quod attinet ad præles institutum, si ad tam sublimis dignitatis normam mulieris conditio regulanda esset, inanis ferè redderetur Iustiniani constitutio de spurio mulieris illustris in *d. l. si qua illustris*. Quarè, mulierem illustrem ad casum de quo ibi, eam esse cenleo, quam generis nobilitas, aut prædefuncti mariti qualitas commendat, quæ inquam, siue ex mariti persona, siue ex propria generosæ familiæ radijs corulcat; ejuscemodi enim secundum mores hominum, & communem estimationem illustres reputantur, & appellantur de quibus, idcirco, Imperatorem intellexisse, cenleo.

32 Iure verò nostro, ad excludendos filios naturales à successionem parentum propter nobilitatem eorum, generosa nobilitas non exigitur, nec scripta in libris regum; sed sufficit illa quæ hominem à plebeiorum ordine seponit propter nobilem vitæ usum, ut verba legis ostendunt *d. titul. 92. §. 1. ibi, E se ad tempo q' ostaes filhos nascerem o pay for cavalleiro, ou escudeiro, ou de outra semelhante condição q' costume andar acavallo, não sendo o que assi costuma andar acavallo official mechâmico, nê havião, & tratado por pião, não herdarão os taes filhos, &c.* quæ verba satis ostendunt, originariam nobilitatem in patre non requiri, ut naturalis filius à successionem illius repellatur, sed satis esse, eam in ipsius parentis persona incipere, dummodò, cum nascitur filius, nobilis jam effectus esset; siue quia nobilium numero ascriptus erat in libris Regijs, siue quia nobilium vlu vitam ducebat; quanvis in hoc ultimo contrarium sentiat *Gam. decis. 322. num. 4. in fin. & sequenti.* Differentia tamen est inter vtrumque casum; quia in priore. equo opus non est ei quem Rex clientelæ suæ titulo honorat, id est, vulgari nostro, *com foro de cavalleiro, ou escudeiro*, in posteriore verò sic, id enim ad nobilem vitæ usum, & institutum pertinet; atque ita verba illa, *que costume andar acavallo*, ad proximè præcedentia duntaxat sunt referenda, illa nempe, *ou de outra semelhante condição*; quæ verba vitæ consuetudinem important, qua homo ijs assimilatur qui à Rege in nobiles assumuntur, ad quos pertinent antecedentia illa, *cavalleiro, ou escudeiro*.



Vnusquisque autem, quandiu contrarium non edocetur, nobilis non præsimitur, sed plebeius, ut tradit Gam. *decis. 86. num. final. & decis. 322. num. 3.* Cabed. *decis. 73. num. 10. tom. 2.* Menoch. *de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 60. num. 2. & sequentib. ubi alios refert,* Garf. *de nobilitat. Hispan. gloss. 11. num. 51. & gloss. 12. num. 5.*

33 Tertiò notandum est, jus nostrum *d. lib. 4. tit. 92.* in multis à communi deviare, circa naturalium filiorum in bonis patris successionem tam ex testamento, quam ab intestatò. Primò enim jus nostrum differentiã constituit inter filios plebeiorum, & eorũ qui altioris ordinis sunt, ut illi patribus succedant, & pariter cum legitimis, isti verò non; quam differentiã jus commune non agnoscit, quod successibile seu insuccessibile omnium causam pariter & eadem sanctione determinat, statuens, ut intestato patri, cui legitima soboles, nec vxor legitima superfit, in duabus tantum vncijs naturales filij succedant, *Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. si quis autem defunctus, collat. 7. Auth. de trient. & semiss. §. consideremus, collat. 3. Auth. licet C. de naturalib. liber. tradit Benedict. de Sard. tract. de naturalib. liber. 3. part. §. de naturalium successione, numer. 2. Palæot. de noth. & spur. cap. 38. numer. 5. Caccialup. in repetitio. l. si qua illustri, numer. 54. C. ad Orficiam. Valasc. *conf. 94. num. 8. tom. 1.* Garf. *de Hispanar. nobilitat. gloss. 20. num. 25.* Et hoc, noviore jure, antiquo enim communi jure à successione paterna prorsus repellebantur, ut ex *glos. Bart & alijs in l. humanitatis Cod. de naturalib. liber. tradit Garf. d. *glos. 20. n. 18.* Pichard. *super princip. tit. instit. de hereditatib. qua ab intestat. deferunt. §. 6. numer. 20.* Et an in nepotibus naturalibus ad successionem avi ab intestatò idem jus obtineat quod in naturalibus filijs à Justinian. noviter statutum fuit, latè disputat Caccialup. *loco citato ex num. 55.***

34 Sunt autem duæ hæ vnciæ, duæ partes è duodecim quibus totus as, seu vniversa hæreditas constat §. *hereditas, instit. de heredib. instituend.* In quas duas vncias jure nostro naturalis filius patris nobilis illi non succedit, etiam si legitima proles illi non extet, nec cõjux legitima, sed vniversa hæreditas jure agnationis proximioribus defertur *d. lib. 4. tit. 92. §. 1. versicul. E fallendo.* Atque ita naturales filij patris nobilis, deterioris conditionis reperiuntur secundum jus nostrum ad paternã successionem, quam secundum commune, quavis qui ex plebeio patre sunt, favorabiliores jure nostro sint, quam cõmuni. Cùm quibus & in eo favorabilius actum est jure nostro Regio, quòd naturalium nomine, & jure æsti-

mantur, qui ex parentibus orti sunt, inter quos matrimonium consistere potuit, tamen mater, patris eorum concubina non esset, nec liberæ conditionis mulier; quod jure communi aliter se habet; necesse est enim, ut concubina sit, vnica, & libera, ut filij ex ea suscepti, tanquã naturales in duas illas vncias succedant juxta præcitata jura.

35 Sed, cùm lex nostra concubinæ vnicæ mentionem faciat, ubi agit de successione filiorum in bonis plebeij patris *d. tit. 92. in princ. ibi. ou tuer hñã sò manceba, &c.* videtur, quod si pater duas eodem tempore cõcubinas haberet, filij ex eis, aut ex vna illarum suscepti, à successione beneficio, de quo ibi, mancant exclusi, sub juris communis dispositione remanentes. Sed contrarium est dicendum; nam lex, ut filij succedant plebeio patri, hoc tantum exigit, quòd inter parentes impedimentum nullum sublit ad contrahendum matrimonium & cum de concubina vnica loquitur, alternativè loquitur ad præcedentia immediatè verba illa, *hou ver ajuntamento com alguma mulher solteira,* post quæ sequuntur illa, *ou tuer hñã manceba;* & ij de quibus agimus, prioribus comprehenduntur, iunt enim verè soluta muliere suscepti; quæ tamen, quia vnica non est, concubina non est, secundum verum ac proprium significatum, ut tradidimus *sup. artic. 8.* priora ergo verba ad eos pertinent qui ex soluta muliere sunt, tamen illa concubina nominetur secundum latam, & impropriam verbi significationem; posteriora ad concubinæ filios. Quòd si dicatur, & hos prioribus contineri, qui verè ex soluta muliere suscepti sunt, ut ita posterior pars alternativæ dispositionis in lege, otiosa appareat; respondebitur, legem vtrumque casum æquè determinare voluisse, & ideo de vtroque expressè locutam fuisse, non contentam priori dispositionis parte, ne fortè, concubinæ veræ filius dum non expressius reperitur, ut omisus haberetur propter diuturnius, atque iocundè odibilis in populo Christiano parentum peccatum.

36 Notanda deinde est *lex Regia d. princip. in fin.* ubi statuit, susceptos à plebeio homine non vxorato ex muliere servilis conditionis propria, aut aliena, si tempore quo pater moritur, liberi inveniuntur, ei succedere perinde ac naturales alij de quibus in *d. princip.* Et tamen, in susceptis ex propria, in *ord. antiqua cautum id ita erat lib. 4. titul. 71. in princ.* ubi quia de susceptis ex aliena ancilla lex non loquebatur, exorta non semel dubitatio fuit inter Nostrates, an in his etiam lex intelligi deberet, ut videre est apud Gam. *decis. 86. & 312.* qui affirmativã partem secutus semper est.



est, & in senatu prævaluisse, testatur, arbitrat, legem in propria ancilla locutam fuisse ratione frequentioris vsus, vt inde argumentum à contrario sensu in aliena sumi non deberet. Hæc verò dubitatio jam hodie cessat, & lege nova sublata est *d. lib. 4. titul. 92. in fine principij*, quo in loco in susceptis à plebeio ex ancilla propria, & aliena idem pariter, & eadem oratione dispositum extat. Et convenit cum Imperat. constitutione de qua in *princip. instit. de servil. cognation.* vbi è conversio idem traditur, si libera mulier ex seruo filium susceperit, vt is patri libero deinde effecto, & matri succedat. Quod tamen de alieno seruo est intelligendum, & non de proprio; nam coitus cum proprio acerrimè punitur: & filij inde nati, patri, & matri succedere, prohibentur, *l. vnic. Cod. de mulierib. quæ se serv. propr. junxer.* Atque ita, juxta hæc, lex nostra Regia loquens in susceptis à plebeio ex aliena ancilla, intelligenda est, & amplianda in filio liberæ solutæ ex alieno seruo suscepto, qui postea libertatem adeptus est; illi, namque, filius succedet, quasi naturalis plebeij patris filius, vt *d. tit. 92. in princip. & d. princip. instit. de servil. cognation.*

37 Circa hoc tamen notanda quoque differentia est inter jus nostrum, & Cæsareum, de quo in *d. princip.* quia secundum jus nostrum *d. titul. 92. in princip.* filius plebeij ex ancilla susceptus succedit patri vna cum legitima illius prole; at verò, secundum jus Cæsareum, filius ancillæ, cum prole legitima patri succedere nunquam potest; nec enim melioris conditionis contra liberos justis nuptijs quæsitos esse debuit filius ancillæ cum qua jure illo matrimonium consistere non poterat *l. cum ancillis. Cod. de incest. nupt.* nec verus concubinatus, quam filius ex concubina libera susceptus, qui patri intestato defuncto cum legitimo non succedit, *Amb. quib. mod. natural efficiunt. sui § si quisigitur habens filios, collat. 7.* Quanquam, qui ex servili confortio prodire, melioris conditionis esse, quam naturales ex libera susceptos, probet Mathesil. *tract. de successiõib. ab intestat. articul. 1. memb. 2. num. 4. versicul. secundo casu*, subdens pro ratione differentie inter hos, & naturales ex liberis susceptos, quia secundum leges inter servos matrimonium consistere non poterat, & lex præsumit, quod, si contrahere possent, contraxissent, vt ita non sic illis imputari debeat in naturalium susceptione, sicut alijs qui matrimonium liberè contrahere possunt, ex quo naturales simul ac legitimos liberos suscipere potuissent; *sequitur Angel. in d. princip. instit. de servil. cognat. col. final. Caccialup. in repetit. l. si qua il-*

*lustris num. 60. cum duob. sequentib. C. ad Orficiam. Palæot. de noth. & spur. cap. 38. in fin.* Sed prædicta ratio non est idonea ad tale inter hos, & illos constituendum discrimen, præsertim hodie stante Pontificio jure, quo inter servos legitimum contrahitur matrimonium.

38 Et *text. in d. princip. instit. de servil. cognation. in versicul. final.* vbi habetur, in servitute susceptos, si liberi postea efficiantur, parentibus vnà cum alijs succedere, sic semper accipiendus est, vt de communi cum liberis legitimis successione non intelligatur. Et non obstant verba in fine scripta, quæ in aliquibus codicibus sic reperiuntur, *sive eodem patre, sive ex eadem matre, sive ex alijs nuptijs, &c.* nam verior est litera quæ in recentioribus, & emendationibus sic legitur, *sive ex eodem patre, vel eadem matre, sive ex alijs, qualicunque copulatione nati sunt.* Quæ verba, qualicunque copulatione, nec de conjugali sunt intelligenda, vt præcedens evitetur in conveniens, nec de damnabili & punibili; quia, qui inde nascuntur, parentibus succedere, jure prohibentur, juxta communes traditiones de quibus sup. sic ergo, *text. ibi accipiendus ita est, vt etsi generaliter loquatur, suppositis terminis habilibus intelligatur, prout, vulgare est, l. qui testamento ff. de testament. l. 1. juncta gloss. 1. ibi, & communi interpretatione C. de sacrosanct. Eccles.*

39 Atque ita apparet, quòd differentia est inter jus nostrum, & Cæsareum; nam jure nostro filij plebeio patri nati ex servili confortio, si liberi inveniuntur cum pater moritur, illi succedunt cum legitima ejusdem parentis prole. Quòd sane in difficili est, & iniquum videtur, vt filius ancillæ, hæres sit cum filio liberæ ac legitimæ vxoris, juxta illud Saræ ad Abraham, *Genes. 21. nõ enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac,* & Apostol. ad Galat. 4. *nõ enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ; c. dicit aliquis 32. quest. 4.* eò maximè, quòd nedum in filio ancillæ, sed in naturali & libera suscepto, non valere statutum eum admittens, præsertim legitima prole extante, communi est Scribentium opinio, vt constat ex citatis à Valasc. *conf. 94. numer. 9. tom. 1.* qui illi adeò assentit, vt ibid. num. sequenti scripserit, quòd semper optavit, vt lex nostra quasi non minimum Reipublicæ scandalum generans, corrigeretur, sperans, ita in nova legum Regiarum compilatione futurum; & rursus idem Valasc. valde iniquam autus est appellare *conf. 151. nu. final. tom. 2.* & tamen voti compos non extitit in nova legum compilatione, qua, non solum antiqua lex abrogata non est, sed magis ampliata, aut declarata amplius fuit pro filijs



ex aliena etiam ancilla habitis, vt diximus sup. legemquè nostram, non odiolam, nec nutritivam peccati, imò naturæ favorabilem esse, dixit Gam. *decis. 167. nu. final. versic. Non obstat, & decis. 312. n. 3. versic. Parstamen*, favorabilem quoque reputat Cabed. *decis. 100. nu. 10. tom. 1.*

40 Ego quidem in naturalibus ex libera susceptis legem valere, facile admitto, idquè ex eo saltem persuasum mihi est, quòd tales vnà cum legitimis matri succedunt secundùm jus commune, de quo non dubitatur, qua ergo ratione id in materna successione constitutum probatur, eadem, vel alia quæ iusta sit secundùm temporum mores, in paterna cõstitui, posse, non est improbandum, prout apud nos circa plebeiorum filios lege constitutum videmus, quæ in iudicijs sine controversia servatur. Quòd verò attinet ad natos ex servili confortio; quia inferioris conditionis hi sunt, & illis literaliter obstat illud de quo sup. *non erit haeres filius ancilla cum filio libera*, de validitate legis dubitari magis potuit, sed non usque adeò, vt iniquam dicamus, quæ doctissimorù Virorum consilio sub catholico Principe lata est. Sustinenda ergo lex erit; & primò, quod attinet ad verba illa sacræ paginæ, per allegoriam dicta sunt, vt Apostolus ipse testatur ad Galat. d. cap. 4. & non important præceptum aliquod divini, aut naturalis juris de non admittendo ancillæ filio cum filio liberæ ad paternam successione. Deinde, lex ejusmodi filios, aut etiam naturales ex concubina libera susceptos admittens, vt nutritiva peccati reputari non debet; quod vel ex eo saltem ostenditur, quia patri legitima sobole carenti, naturales filios sibi instituere hæredes, licet, secundùm jus Authenticorum, *Auth. licet Cod. de natural. liber. & in corpore unde sumitur, quib. mod. natural. efficiunt. sui §. si verò filios non habuerit, collat. 7.* quod jus, iniquum dicere, necesse, esset, si lex statuens, vt naturales filij patribus succedant, nutritiva peccati censeretur; ultra quàm, quòd eadem iniquitas ac peccati nutritio reperiretur in legibus disponentibus, vt tales filij matribus succedant; quod communi jure antiquo, & novo cautum sæpe legimus. Non est ergo dicendum, quod lex nostra nutritiva peccati sit, quatenus naturales ex concubina, & etiam ex ancilla habitos, ad plebeij patris successione, perinde ac si legitimi essent, vnà cum illis admittit.

41 Et non obstat *text. in l. final. versic. filijs enim Cod. de naturalibus, liber. ibi, quia vitium paternum refranandum esse, existimaverunt*; quæ verba prout jacent, junctis præcedentibus, nihil aliud sonare videntur,

quàm constitutionibus, quarum ibi meminit Imper. non licere patribus, quantum vellent filijs naturalibus relinquere, vt liberæ erga eos dispositionis facultate prohibita, à coitu vitioso cohiberentur; quæ tamen ratio ad talem prohibitionem manca satis, & debilis apparet; quotus enim quisque est, qui illicitis se commiscet amplexibus futuræ prolis intuitu, & non magis concupiscentia carnis illectus; jam verò, qui à talibus se absteineat, quia futuram prolem, si fortè inde sibi nasci contingat, hæredem sibi futuram non fore, in animo proponat, propter legis prohibitionem, Rara avis in terra, nigroquè similima cygno. Dicendum est ergo, paternum vitium his amplexibus ac copulationibus verè semper inesse, idemquè postea apparere in sobole inde suscepta; filius, namque, ex illicito coitu habitus paternum vitium, quo susceptus est, secum portat, & paternæ turpitudinis testis est. *cap. dicat aliquis 23. quest. 4.* & cum dicitur, quòd prohibita libera disponenti facultate erga filios naturales, paternum vitium constitutiones refranandum existimaverunt, non est intelligendum, quòd prohibitione illa refranare intenderunt coitus vitium; id enim si intendissent, inaniter intendissent; sed refranatio illa bonorum elargitionem concernit, quæ dum coarctatur, paternum vitium refranatur, id est, vitium patris, quod cernitur in filio, non ita diffunditur, nec ita alijs innotescit coarctata bonorum dispositione, sicut innotesceret effusa in illum bonorum elargitione ad ipsius patris arbitrium.

42 Itaque, lex quæ filios naturales, & etiam ex ancilla susceptos ad bonorum paternorum successione vnà cum legitimis vocat, nec naturæ juri, nec divino contraria est; solum ergo superest, vt, legitimorum liberorum juri adversari, dicamus, quibus naturalium communione minor legitimæ portio continget; sed hoc civile jus respicit, quo legitimæ portio taxata est; & variè quidem secundùm varia locorum statuta; Igitur, lex, cujus fuit, certam legitimæ portionem liberis legitimis diffinire haud quaquàm ex maiori liberorum numero augendam, potuit utiq; eandem statuere cum naturalibus filijs viriliter partiendam, vt pro plebeiorum naturalibus lex nostra statuit.

43 Cujus legis ratio, in eo, quantum conjicio, consistit, vt, in successione bonorum paternorum filij legitimi à naturalibus non discernentur, quando patris conditio æquales omnes efficit; tam enim legitimi, quàm naturales plebeij hominis filij, ad plebeiorum ordinem pertinent patris conditionem pariter in hoc secuti; quod in filijs nobiliùm longe aliter



se habet; nobilitas namque, patris bene in filios legitimos derivatur, sed non in naturales, seu bastardos, de quo Palæot. *de nob. & spur. c. 59. cum duob. sequent* tradit Tiraq. qui plures refert, de nobilitat. *c. 15. à nu. 10* & ex cōmuni sententia, & plurimis ab eo citatis Rojas in *epitom. succession. cap. 15. num. 1. & 2.* Atque ita, cum naturalis filius in honore, & nobilitate patris non succedat, longeque disparem à legitimo sortem in hoc subeat, in successione bonorum cum eo concurrere non debere, Legislatoribus nostris visum est, constituta differentia inter plebeij filios, & nobilis; quā & illud adjuvat, quod nobili, magis quā ignobili ignominiosum est, illegitimos habere successores, argumento *l. si qua illustris C. ad Orficiam. tradit Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus num. 3. ff. ad Senat. cons. Trebell.* Hac ergo de causa prædicta differentia inter nobilium, & plebeiorum filios naturales lege nostra inducta est, simul ut hoc ipso probaretur, legibus odibilis esse nobilium, quam aliorum hominum, contra castitatem peccatum.

44 Sed dubium est circā eandem *ord. d. titul. 92. in princip.* qua parte ex ancilla susceptos ad plebeij patris successionem cum legitimis admittit, an & ad matris hæreditatem admitti debeant illa postea manumissa, & cum legitima prole moriente. Qui casus, cum lege expressus non sit, tanquam omissus sub juris communis dispositione manet, *l. commo- dissime ff. de liber. & posth.* quo jure, quia nē dum naturalis matri succedit pariter cū legitimis, sed & spurius qui ex punibili coitu non est susceptus, ut sup. tradidimus, cujusmodi est is de quo agimus, qui ex punibili coitu nō est susceptus, & quia in servitute conceptus est, pro spurio habetur, *l. ex libera C. de suis, & legitim. heredib. & ex communi sententia tradit Alex. d. §. si quis rogatus, n. 2.* videtur, quod ille matri, quæ postea ad libertatem pervenit, hæres sit. Accedit, quod omni jure facilius est, & largius illegitimorum jus ad maternam successionem, quā ad paternam, cum ergo ad paternam liber sit adius jure nostro in casu proposito, videtur, quod multo magis ad maternam esse debeat.

Contrarium tamen tenendum, puto, quia, si jus civile antiquum attendimus, hujusmodi filij cognationis jure matrem non attingunt; unde eo jure in successibiles illi sunt, quāvis omnes postea libertatem adipiscantur, ut probat *text. in princip. instit. de servil. cognat.* qui sic exorditur, *Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem edicti qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur non pertinere; nam nec vlla antiqua lege talis cognatio compu-*

*tabatur.* Et loquitur ibi *text.* ut patet in sequentibus, etiam in filio à serva muliere ex libero concepto, inter quos nullum cognationis jus computabatur, quo, illis postea ad libertatem pervenientibus, alter alteri succedere posset; quod jus antiquum Justinian. constitutione de qua ibi, æquitatis causa temperavit, mutuum successionis jus inter eos introducens, sic tamen intelligendum, ut tales filij in servitute concepti cum legitimis non succedant, ut tradidimus, sup. iuxta quam observationem, filius ex serva muliere natus patri plebeio succedet vna cum legitimis, si liber inveniatur tempore quo moritur pater, matri verò non succedet illa postea manumissa cum prole legitima moriente.

Et non obstat, spurios etiam cum legitimis matri successibiles esse, qualis reputatus is de quo agimus, & latius patere illegitimis maternam successionem, quā paternam; id enim ex ea parte edicti provenit, qua cognationis jure proximioribus successio defertur; sunt enim mater, & filius tametsi spurius, sibi invicem cognati, & ideo cognationis, seu proximitatis jure sibi invicem succedunt *l. hac parte, versic. Itaque, l. si spurius ff. unde cognat. §. vulgò questos, versicul. Tantum, instit. de success. cognator.* unde, quia servilis cognatio ad leges non pertinet, ut in *d. princip. instit. de servil. cognat. l. 1. §. 1. ff. unde cognat. l. Jurisconsultus §. inter ff. de gradib.* secundum leges antiquas filius servæ mulieris hoc cognationis, proximitatisve jure succedere illi nunquam poterat, potest verò ex nova Justiniani constitutione, de qua in *d. princip. legitima prole non extante, intelligendo prout sup. secundum quam Imperat. constitutionem casus præsens, quia lege nostra non reperitur expressus, apud nos determinandus erit; & sic eveniet, quod filius in eo melioris conditionis existet ad paternam quam ad maternam successionem. Quod est notandum.*

45 Lex autem nostra quanvis in nepotibus non loquatur, ex quo, tanquam juris correctoria, de quo in *l. fin. versic. fin. C. de natural. liber.* in illis locum non habere, videbatur, ut, nēpe, nepos naturalis plebeio avo non succederet ab intestato, tamen contrariū sæpe in senatu judicatum fuit, ut constat ex adductis per Gam. *decis. 312. num. 4.* pro hac parte judicatum in senatu fuisse, testatur Cabed. *decis. 100. n. 13. in fin. tom. 1.* vbi disputat, & utriusque partis fundamenta adducit; & ita de stylo esse, asserit idem Author *arrest. 88. tom. eod.* sive nepos legitimus sit ex filio naturali, sive naturalis ex legitimo. Adde, idem æquè fore probandum, etsi nepos naturalis sit ex filio naturali; quia eadem ratio omnes hos casus æquè amplectitur ad eandē



in omnibus juris decisionem. Quod tamen in priori casu ampliandum est, ut procedat etiam in nepote, cujus pater nobilis esset, tempore nativitatis suæ, cum avus adhuc esset plebeius; is enim patre prædefuncto succedet avo: & ratio est, quia nepos in casu isto, tanquam legitimus patris sui filius, hæres ejus est; & filius, tametsi naturalis esset, patri suo hæres esse potuit, quia plebeius erat; atque ita, nihil est quod impediatur, nepotem ex patris sui persona, quam repræsentat, avo posse succedere. In alijs verò casibus, in quibus proponitur nepos naturalis ex filio legitimo, aut naturalis ex naturali, aliter est dicendum pro limitatione prædictæ sententiæ; si enim avus tempore quo nepos nascitur, plebeius erat, & filius eo jam tempore nobilis aliunde effectus esset, nepos avo succedere non poterit propter paternam nobilitatem, propter quam patri suo prædefuncto succedere non potuit; unde ad vitam successionem ascendere non poterit, quasi medio impedito, per quod ascensus erat. Per contrarium quoque, si avus nobilis esset, & filius plebeius, (quod evenire, non raro potest, præsertim in filio naturali, in quem paterna nobilitas non transit, ut dictum est supra) nepos qui patri suo succedere potuit, non succedet avo; quia non debet potiori jure gaudere ad avitam successionem, quam ad paternam, à qua, si pater esset nobilis tempore nativitatis illius, repelleretur; & non minor ad repellendum eum ratio, imò maior in avi persona reperitur; cum non debeat qui remotior est, melioris conditionis esse, quam sit proximior, Bart. in l. 2. §. videndum, num. 1. ff. ad Tertyll. sed proximior, id est, filius patri suo qui nobilis erat tempore nativitatis suæ succedere nequit, ergo, nec nepos qui remotior est, succedere illi poterit; & ita in non dissimili specie argumentatur Surd. conf. 177. num. 20. in fin. & sequenti, tom. 2.

46 Circa testamentariam quoque naturalium successionem jus nostrum à communi discrepat; quia jure communi pater cui legitima soboles extat, potest in testamento suo naturalibus filijs vnam vnciam relinquere, id est, duodecimam totius assis partem l. 2. C. de naturalib. liber. Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui, §. ne igitur collat. 7. de quo tam circa antiquum, quam novum civile jus, post alios Pichard. in princip. tituli instit. de hereditat. que abintestat. deferunt. §. 6. ex numer. 8. Quam dispositionis metam jus nostrum non novit; sed, aut naturalis pariter cum legitimis in legitima est instituendus, si pater plebeius est, aut prorsus repellendus, si nobilis est; à pari enim apud nos procedit naturalium

filiorum successio ex testamento, & abintestato, adhibita semper distinctione inter filium plebeij seu peditis, & filium nobilis. Vbi verò legitima proles non existit, jus nostrum qua parte de nobilium filijs disponit, cum communi convenit; eo enim jure, si pater ascendentes habeat, legitima illis derelicta, reliquam bonorum suorum partem naturalibus filijs relinquendi licentiam habet; quòd si nec ascendentes quibus legitimam debeat, habuerit, in vniuersa hereditate naturales instituire potest d. Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. si verò filios, & §. si verò habuerim, Auth. licet C. de natural. liber. quod in utroque membro circa nobilium naturales jure nostro æquè statutum est, d. libr. 4. titul. 92. §. final.

47 Atque ita notandum est, quòd, vbi legitima proles non extat, adsunt verò ascendentes, potest pater de parte quæ est extra legitimam illis debitam liberè disponere, tam, inquam, in naturales liberos suos, quam in prorsus extraneos; vbi verò legitima proles adest, de parte extra legitimam illi debitam constituta, non ita libera disponendi facultas patri competit; quam enim totam extraneis relinquere potest, naturalibus filijs non potest. Quod durum videtur; sed lex filijs legitimis providere intendit, ne bonis paternis aliàs illis obventuris privarentur, propter naturalem parentum erga filios naturales amorem; quia testator præsumitur, ita diligere naturales, sicut legitimos, ut scripsit Surd. de aliment. titul. 2. quest. 15 numer. 42. citans text. in l. ex facto §. si quis rogatus 1. ff. ad Trebell. qui tamen text. hoc ita non probat; sed natura ipsa parentum amorem erga filios naturales quemquam satis docet, quia illa communis est omnibus filijs, tam legitimis, quam naturalibus l. hos accusare §. omnibus versicul. sed cum natura ff. de accusation. cum adductis per Tiraq. in l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 288. C. de revocand. donation; quæ propensi amoris ratio cessat in extraneis, quibus pars extra liberorum legitimam constituta relinqui liberè potest.

48 Ex quo videbatur, legem in filijs loquentem, ad nepotes non de re extendi; ut si naturales sint, aut legitimi ex filio naturali, tales, inquam, quos avus instituire, necesse non habeat, possit nihilominus illis eam bonorum partem relinquere, quæ est extra jurtæ sobolis legitimam, sicut extraneo cui libet eandem relinquere, liberè potest; lex enim nostra, quæ hanc liberæ dispositionis facultatem arctat, in filijs duntaxat loquitur, non in nepotibus, in quibus illa propensi amoris ratio non ita viget, ut in filijs proprijs quos



quis genuit, & cum verba legis deficient, quæ loquitur in filijs, ad nepotes non videbatur trahenda, in quibus minor est ratio. Sed contrarium est tenendum per *tex. in l. final. versicul. Ea enim C. de naturalib. liber.* ubi Iustinian. et si tradat, nepotes naturales, cum proles legitima non extat, melioris conditionis esse secundum veteres leges ad vitam successione, quam filios ad paternam, (& loquitur de successione testati) tamen illa subsistente, in naturalibus filijs statutum ad nepotes extendit, id est, ut unam tantum unciam ex testamento avi, cui superant liberi legitimi, accipere possint, secundum dispositionem *tex. in l. 2. C. de naturalib. liber.* Et ita tradit Ludovic. de Sard. *tract. de naturalib. liber. 3. part. §. de successione naturalium, num. 3. & alijs citatis Surd. conf. 177. num. 26 cum sequent. tom. 2.* iuxta quam Imperatoris constitutionem quia apud nos filius naturalis patris nobilis cui legitimi liberi supersunt, ex testamento illius nihil capere potest, nec etiam capere quicquam poterit naturalis nepos ex avi testamento cum legitima sobole morientis. Et non obstat, legem in filijs loqui; quia juris interpretatione appellatione filiorum veniunt nepotes in materia ista, ut constituit Iustinian. *d. l. final. versicul. Ea enim.* Et cum legis finis sit, legitimis filijs providere, quorum favore constitutum est, ne pater filijs naturalibus relinquere possit in testamento suo, quod potest extraneis, ut pro ratione illius expendimus, nimirum, si appellatione filiorum nepotes quoque intelligantur; quod novum non est, si ex propria vocabuli significatione id eveniat, ut voluit *glo. verb. appellantur, in §. final. in §. qui testament. tutor. dar. poss.* si ex interpretatione extensiva, ut tenet, & multis Bart. *in l. liberorum, num. 10. & sequenti. ff. de verbor. significat.* Bald. *in l. maximum vitium num. 9. C. de liber. præterit.* quod ultimum probat *tex. in d. l. final. versicul. Ea enim, ibi, & in nepotibus extendimus & l. justa, ff. de verbor. significat.* ubi dicitur, quod iuxta interpretationem recipiendum est, ut filijs appellatione comprehendi videatur; & de hoc, quando filiorum appellatione nepotes comprehendantur, latissime agit Peregrin. *de fideicommiss. art. 22. ex numer. 44. cum multis sequentibus. & Surd. tract. de aliment. titul. 9. quæst. 36. ex numer. 8. Valasc. noster conf. 140. per tot. tom. 2.*

49 Nunc, postquam de successione filiorum naturalium abintestato, & ex testamento diximus ad jus commune, & Regium nostrum; peropportune se offerebat quæstio de successione contra testamentum paternum. Sed, quia jure communi expeditum est, naturales liberos si prætereantur, patris testamentum non rumpere, qui contra paternam vo-

luntatem quicquam ut patris hæredes capere non possunt, tradit *gloss. in l. 1. verb. naturales, & ibi Bart. versicul. Quæro utrum; ibi gloss. ibi notabilem dicit, ff. de honor. possess. contra tabul.* Marquard. *de calibar. Sacerdot. 3. part. cap. 4. num. 10. Palæot. de notb. & spur. cap. 38. nu. 7. Surd. de aliment. titul. 7. quæst. 11. num. final. & quæst. sequenti, num. 2. & latus titul. 8. privileg. 81. n. 1. cum duob. sequentibus. Valasc. noster conf. 94. numer. 4. tom. 1.* ubi de jure Regni late & eleganter disputat circa naturales plebeiorum, & resolvit, eos non posse annullare, nec rescindere patris testamentum, si prætereantur, aut iniquè exhæredentur, sed debitam sibi legitimæ portionem, testamento in reliquo manente, tantummodò posse petere, in quæstione hac non immeror his contentus quæ apud doctissimum Virum eo in loco videri possunt, ubi *num. final. addit.* tales plebeiorum liberos, non solum legitimam portionem ex paterna hæreditate vindicare sibi posse jure nostro, sed & à parentibus alienata in fraudem illius, posse post obitum eorum, per inofficiosa donationis quærelam revocare instar legitimorum.

50 Quod autem dicimus, contra paternam voluntatem ac dispositionem naturales liberos jure communi quicquam capere non posse, quod & secundum jus nostrum obtinet in his qui patre nobili nati sunt, sic semper accipiendum est, ut de acquisitione hæreditario titulo intelligatur, salva, scilicet, semper alimentorum causa, quæ de bonis patris filio naturali qui non habet aliunde unde alatur, etiã jure civili debentur, probat *tex. in Auth. de trient. & semiss. §. consideremus, ibi, & nutrimentum damus eis, collat. 3. & in Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. si quis autem de functus & §. si quis igitur habens, collat. 7. Auth. licet, in fin. C. de naturalib. liber. tradit Palæot. d. cap. 38. num. 4. & 5. Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 9. num. 1. qui alios citat. & ampliat in num. sequentibus. de quo per eundem titul. 7. quæst. 10. & sequenti, ubi post Palæot. loco proxime citato agit, an filius naturalis ultra unam illam unciam quæ ex patris testamento capere potest, & duas, quas capit abintestato quando legitima proles non extat, alimenta petere possit. Atque ita, secundum jus civile, inter naturales, & eos qui ex damnato sunt coitu, etiam circa alimenta differentia est, quæ notatur *d. Auth. licet in fin. & in corpore unde sumitur, quanvis Pontificio jure omnes alantur, ut in cap. cum haberet, in fin. de eo qui dux. in matrimon. quam poll. per adulterium, cum communi sententia, & intellectu.* Et quanvis prædicta jura quæ, naturalibus alimenta præstari; jubent, loquantur in casu, quo pater illorum abintestato moritur, **cadem***



eadem tamen civilis constitutio accipienda est etiam inuitis parentibus, si, videlicet, cum testamento moriantur nulla de naturalibus liberis facta mentione, erunt enim, si aliunde non habeant, unde alantur, de bonis patris alendi; quos, & pater ipse dum superstes erat, alere tenebatur, ut tenet *gloss. in d. §. si quis igitur habens, verb. legitimis, & in l. si quis a liberis §. Idem rescripsit, verb. justè ff. de liber. agnoscend. & pluribus citatis tradit Surd. l. questione nona, numero 1. qui num. sequenti ampliat cum citatis ab eo, non posse patrem testamento prohiberi, alimenta naturalibus filijs præstari; nec id statuto caveri potest, ut per eundem *ibid. numer. 3.* & hanc quidem sententiam juvat *tex. in d. Auth. licet, ibi, hujusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio, est necesse, sive legitimi extant, & succedunt vel conjuge viva quilibet alij sunt hæredes;* si enim naturales patris, necesse est, ut ibi dicitur, advertius hanc juris necessitatem pater testamento suo præcipere non potest, quia nemo potest facere, quin leges in testamento suo locum habeant *l. nemo potest. ff. de leg. 1.**

51 Illud inter omnes constat, patrem filio naturali eatenus succedere, quatenus illi filius, *Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. in quibus enim casibus, collat. 7. tradit Matthesil. qui text. illum optimum dixit, de successione abintestat. art. 2. memb. 2. num. 8. & sequentibus. & Bolognin. in additione ad eum ibid. Ludovic. de Sard. de natural. liber. 3. part. §. de successione naturalium, numer. penult. Palæot. de noth. & spur. cap. 39. nu. 1. Gom. l. 9. Taur. nu. 8.*

52 Ex quo infert Matthesilan. loco citato, *numer. 10.* quod, sicut filius naturalis intestato patri, cui legitima proles extat, aut conjux legitima, in nihilum succedit, ita, & è contra pater illi prædefuncto non succedet, si tempore quo filius moritur, pater ipse legitimos habeat liberos, aut uxorem, idem probat Nicol. de Ubald. *tract. de successione abintestat. 2. part. numer. 23. versicul. Sed posset dubitari, Angel. mirabile reputans, in §. præferuntur, numer. 6. versicul. Ex quo infertur mirabiliter, instit. de Senat. cons. Tertillian. Sed Bolognin. in addit. ad Matthesilan. num. 11. de sententia hac multum dubitat, & quamvis cogitandum relinquat, in contrariam magis inclinatur; quam expressè probat Palæot. *d. cap. 39. num. 3.* successione vicissitudinem admittens spectatis patris terminis in persona illius cui succeditur, & non in persona succedentis, ut, videlicet, quemadmodum naturalis filius succedit abintestato in duas vncias patri, cui nec legitima proles, nec vxor superstit, ita pater in eadem succe-*

dat filio naturali cui nec legitima proles extat, nec vxor, quamvis pater ipse tunc temporis legitimos habeat liberos, aut uxorem; qui non oberunt illi, naturali filio succedere volenti; & contrarium asserere, absurdum reputat Palæot. Ego illi assentio; sic enim successione vicissitudo æqualiter vtrinque servatur; quia quemadmodum propria legitima proles naturali filio non obest, quòminus patri suo finè liberis legitimis, & vxore morienti, in duas illas vncias succedere posset: ita è converso, legitima proles, & vxor non debet obesse patri, quòminus naturali filio absque illa præcedenti in easdem vncias succedere possit. Sic etiam videmus, quod frater qui legitimos liberos habet, succedit abintestato fratri illis carenti; & tamen si hic illi superviveret, propter liberorum ejus existentiam à successione illius repelleretur; quod pro eadem opinione adducit Palæot. *d. numer. 3.* Et quamvis videam, pro contraria non parum urgere, eam, quam *sup. numer. 15.* probavi ad reciprocam matris illustris cum filio suo spurio successione, à qua matrem legitimam prolem habentem repellendam dixi, quia eo casu spurio illi prædefunctæ non esset successurus, *juxta l. si qua illustris C. ad Orfician. differentia tamen ratio in eo est, quia illustri fæmina legitimam sobolem habente indignum reputavit. Imperat. spurios nominare; quæ quidem ratio fortior est ad illam repellendam à spurij filij successione, quam ad repellendum spurium à successione illius; si ergo spurio repellitur propter existentiam liberorum illius *d. l. si qua illustris,* multo magis illa ex ratione ibidem expressa repelli debet, servato sic in casu isto reciproca successione usu. Quem tamen hoc in casu non admittit. Matthesil. *d. art. 2. memb. 2. num. 4. in fin.* ubi scripsit, matrem illustrem filio spurio abintestato succedere, etsi ipsa legitimos, & naturales filios habeat, quamvis spurio illi prædefunctæ in casu isto non succederet, & ita tenuit Matthesil. *ibi,* contrarium, absurdum esse, dicens, idem tenet Angel. *d. §. præferuntur, num. 6. contra gloss. in §. final. instit. illo titul. de Senat. consult. Tertyll. qui tamen vicissitudinaria successione jus in casu isto probare magis debuissent ex ratione scripta in *d. l. si qua illustris,* & non in illo de quo agimus, in quo prædicta ratio non re-ritur, nec alia quæ patrem, cui legitima proles extat, à naturali filij finè illa decedentis successione repellat.**

53 Et juxta prædicta dicendum est, jure nostro patrem nobilem intestato filio naturali in nihilum succedere, quemadmodum, nec filius illi succedit; per contrarium verò plebe-

ium,



ium, seu peditem, naturalis cui legitima proles non extat, vniuersalem esse hæredem, tradit Gam. *decis. 2. num. 3. & 4.* Et quanvis filius plebeio patri succedat vna cum legitimis ejusdem patris liberis, non inde sequitur, patrem filio naturali posse succedere vnâ cum legitimis ejusdem filij liberis, cum nec legitimus ac naturalis simul pater filio succedat cui legitimi extant liberi; semper enim vicissitudinarius hoc, & mutuuum succedendi jus, accipiendum sic, & seruandum est, vt ex eo absurdum non sequatur; quod sequeretur, si cum descendentes prædefuncti filij, ascendentes concurrerent ad successionem illius; quod verò dictum est de naturali filio defuncto cum prole legitima ad exclusionem plebeij patris, æquè procedit in filio cui naturales tantum liberi superiunt, qui patris hæredes sunt, si & ille plebeius erat tempore natiuitatis eorum.

54 Illud constat, quòd, parentes vtriusque sexus filio legitimo æqualiter succedunt, siue pater, & mater sint, siue vteriores cum in pari gradu existunt, cum quibus semper fratres aut sorores vtrinque conjuncti in virilem admittuntur portionem; & hoc secundum novissimum jus de quo in *Auth. de hæredib. abintestat. venient. §. si igitur defunctus 1. collat. 9. Auth. defuncto C. ad Senat. consult. Tertyllian. antiquiori enim 12. tabularum jure multò melioris conditionis erant ad successionem legitimi descendentes pater, & avi paterni, quam mater, & maternæ lineæ ascendentes, adeò, vt à successionem filij repelleretur mater extantibus ascendentes paternis cujuslibet gradus, aut etiam agnatis, vt in princ. *instit. de Senatus consult. Tertyll.* & postea decreto Senatus illius benignius cum mater actum est, non tamen vsque adeò quin à patre præcederetur vsque ad Iustinian. temporal. 2. §. *sed neque avus ff. ad Senat. consult. Tertyllian. §. præferuntur, versicul. pater verò, instit. eod. titul.**

55 Per contrarium verò ad filij naturalis successionem mater, & avi materni potiore jure fruuntur, quam pater; illi enim totius assis capaces sunt; & in totum succedunt, secundum gradus prærogativam, quo jure fruuntur, & in filij spurij successionem, dummodò ex punibili coitu susceptus non sit, vt ex communi traditum est sup. at verò pater ex intestata filij naturalis hæreditate amplius quam duas vncias capere non potest. Vnde evenit, quòd si ad ejusmodi filij successionem pater, & mater concurrant, mater decem vncias capiet, pater duas tantum, in quas solum modo succedere potest, vt tradit Mathesil. *d. tract. de succession. abintestat. artic. 2.*

*memb. 2. numer. 13. Angel. in §. præferuntur, num. final. vers. Item ex his, instit. de Senat. consult. Tertyll. Palæot. de noth. d. cap. 39. num. 3. in fin. quanvis Ludovic. de Sard. de natural. liber. 3. part. §. de successionem natural. nu. penult. tenuerit, in casu isto matrem in vniuersam hæreditatem succedere excluso patre, motus ex eo, quia eodem modo defertur tutela, quo & successio, *Auth. de hæredib. abintestat. venient. §. ex his, collat. 9.* sed mater præfertur in tutela filij naturalis, secundum Bart. *in l. si quis sub conditione, numer. 8. ff. de testamentar. tutel. ergo, & in successionem præferri debet.* Sed hoc argumentum non convincit, patrem in casu proposito à duabus illis vncijs per matrem repelli debere, tum, quia etiam in illas succedat, semper verum est dicere, quod mater illi præfertur in filij successionem, vt potest, quæ decem capiat vncias, & sic in vniuersam ferè hæreditatem succedit; tum, quia mater totius hæreditatis capax est, & in tota simpliciter succedit, absolutè loquendo, non verò pater; quo argumento sic vtitur ad tutelæ onus Bart. *d. num. 8.**

56 Apud nos sanè, si pater nobilis erat, cum filium suscepit, mater in totam hæreditatem succedit; imò, ea non existente, hi qui per lineam ejus proximiores sunt prædefuncto filio, cognationis jure succedent excluso patre; qui, & consanguinei ex parte illius, extranei prorsus naturali filio reputantur, *Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. filium verò, collat. 7.* Si verò pater plebeius erat, tunc simul & cum mater æqualiter succedet, & perinde res habenda erit, ac si de legitimi filij successionem tractaretur, illa quidem ascendenti proximiori siue ex vno, siue ex altero latere, delata; nec fratrum, sororumvè vtroque latere conjunctorum, jure nostro ratio vlla habetur ascendentes superfluitibus.

57 Nunc vltimò se offerebat disputandi occasio de naturalium successionem cum collateralibus, & e contra; sed, quæ *sup. numer. 17.* dicta sunt circa spurios tam ad paternorum, quam ad maternorum collateralium successionem, & in naturalibus æquè obtinent; quia inter eos, & consanguineos patris nulla reperitur agnatio; sed extranei prorsus reputantur, vt *in d. Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. filium verò, idcirco nullum inter eos successionem intestatæ jus datur; datur verò cum transversalibus ex parte matris ex capite cognationis, quam inter se servant l. hæc parte, versic. Itaque, & l. si spurios ff. unde cognat. tradit Mathesil. de succession. abintestat. artic. 3. membr. 2. numer. 3. Caccialup. in repetit. l. si qua illustris, num. 66. C. ad Orfician. Palæot. d. cap.*



cap. 39. num. 5. Gom. l. 9. Taur. num. 47. & sequenti, versicul. Ex parte verò.

58 Ex quo, contra Mathesil. d. art. 3. membr. 2. num. 12. versicul. Tertio, quid si superviveret, quem secutus est Bolognin. in addit. ad eum ibid.; & Gom. d. l. 9. num. 50. infert Palæot. d. cap. 39. num. 6. quòd, si Mævius decedat duobus relictis fratribus naturalibus ambobus, cum vnus vterinus, alter utrinque conjunctus esset, pariter succedent; quia duplex vinculum non consideratur in vtrunque conjuncto; quando, quod ex patre est, quia nulla illo contrahitur agnatio, quæ ex patre proficitur, pro nullo habetur; tantum ergo, in casu proposito attenditur necessitudinis vinculum, quod ex matre est, & quia illud in ambobus fratribus æquale est, æqualiter ambo prædefuncto succedent. Quod jus etiam hodie post sublatam à Iustinian. agnationis, & cognationis differentiam, in Auth. de heredib. ab intestat. venient. §. nullam verò, collat. 9. durare, tenet Palæot. dict. cap. 39. numer. final. existimans, differentiam inter agnatos, & cognatos, à Iustiniiano sublatam fuisse in legitimè natis, nonverò in naturalibus, secutus in hoc Fabr. quem ingeniosissimum vocat, in §. repetitis num. 5. instit. de servil. cognat. & eundem ibid. sequitur Caccialup. illustrem Doctorem vocans d. l. si qua illustris, numer. 67. versicul. Sed Ioan. Fab. Gom. d. l. 9. numer. 47. versicul. Præterea etiam.

59 Quia verò jure nostro Regio naturalis filius pedite patre natus, vnà cum legitimis eidem patri succedit, & pater illi, ex correlativorum natura, dubium est, an inter eos, & collaterales ex parte ejusdem patris successionis jus detur? In qua quæstione olim contrarias in Senatu nostro fuisse Senatorum opiniones, refert Gam. decis. 3. qui affirmativam amplectitur; cum tamen pro negativa non parum urgeat, quòd lex Regia libr. 4. titul. 92. in princ. quæ naturalem filium ad plebeij patris successionem vnà cum legitimis vocat, correctoria juris est; vnde ad collateralium successionem de qua non loquitur, extendenda non est, sed tanquam casus omissus, sub juris communis dispositione manere debet; juxta vulgares traditiones. Nec quidem correlativorum jus, ac ratio hic locum sibi vendicat; quia lex loquitur de filij successionem in bonis patris; & ideo, correlativa, seu reciproca successio patrem respicit erga filij bona: ad collaterales verò nullatenus pertinet, quod & ipsum probat text. in Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. filium verò, collat. 7. vbi naturalis filius legitimatus genitori suo succedit, non tamen consanguineis illius, qui, le-

gitimatione non obstante, extranei ei nihilominus reputantur.

Denique, nec respectu vnciarum duarum, in quibus naturalis filius, successibilis est patri suo, juxta terminos Auth. licet C. de natural. liber. jus succedendi habet cum paternis collateralibus, vt inter omnes constat, & Gam. fatetur d. decis. 3. numer. 4. atque ita apparet, quod successionis jus, & capacitas inter collaterales ex parte patris, non pendet à jure, & capacitate ad paternam successionem.

60 Ex quibus sententiam hanc, probabiliorem duco. Quæ etiam in susceptis ex ancilla tenenda est: quanvis enim text. in princ. instit. de servil. cognat. in his mutuum successionem excluso patrono probare videatur, vt tenuit Gam. d. decis. 3. numer. final. secutus Guiliel. Benedict. ab eo citatum, in cap. Raynutius, verb. & uxorem Adelasiam, num. 144. de testament. tamen gloss. d. princip. verb. in alterius successionem, Ioan. secuta contrariam opinionem magis probat, quæ communis est secundum Angel. ibi, col. 2. qui eam sequitur, & præstantiorem vocat Fab. eandem secutus ibid. in fin.

## ARTICULI XIV.

### SUMMARIA.

- 1 **V**idua quæ a marito heredibus est alenda cum quibus honeste habitare non potest non tenetur habitare cum illis.
- 2 Traduntur casus in quibus mariti heredibus ex legis dispositione uxorem illius alere tenentur.
- 3 An alimentarius, in domo alere debentis, alimenta sibi debita percipere teneatur. Et quando vidua privilegium honestatis causa circa hoc locum habeat.  
Si testator uxori alimenta relinquat in loco certo præstanda, & mulier in illo honeste manere non possit, alibi præstanda erunt. Ibid. versic. Caterum.
- 4 Conditio morandi cum heredibus adjecta alimentorum legato uxori relicto, si adolescentula illa est, vel alias pulchra, & heredes extranei sunt, quanvis boni alias nominis, & honesti, vt turpis rejicitur.
- 5 Vidua propter honestatem hospites recipere non tenentur, si tamen sunt divites non excusantur a pecuniaria contributione hospitij causa inditta; a qua excusantur qui dignitatis privilegio, hospitij onere sunt exempti.
- 6 Quanvis vidua potius eligat hospitem recipere, quam de patrimonio contribuere, non est audienda.



dienda. Et quod in vidua dicitur, aequè procedit in illa qua nunquam nupsit, & in conjugata, cuius vir abest.

Honestatis jus, & privilegium, tanquam jus publicum, privatorum consensu tolli non potest. Ibid.

7 Etiam mulier inhonestè vivens hospitem recipere cogenda non est. Et simultanea cohabitatio maris atque famina, quanvis honesti sint, turpis iudicatur.

8 De impuberibus qui mulieres gravidas effecerunt.

Puella in scholis puerorum edoceri non debet. Ibid. versicul. Unde puellas.

9 Veteres Romani nocturna sacrificia mulieribus inhibuerunt honestatis causa; & nocturnos catus urbe agitare, lege duodecim tabularum prohibitum erat.

De antiquis in Ecclesia vigilijs, & jejunijs earum loco subrogatis. Ibid. versicul. Quem morem.

10 Mares, & feminae Roma non conveniunt in eodem templo eadem die ad stationes quadragessimales ex instituto Romanorum Pontificum honestatis causa.

11 De loco mulierum distincto à viris in templo ex antiquo Hebraeorum more, & quòd euntibus ad templum, & redeuntibus festorum temporibus distincta via erat, qua feminae seorsum à maribus incederent.

12 Antiquum est, aut etiam Apostolicum institutum, ut mulieres in templis, seorsum à viris sint, quòd interiecto ligneo pariete in aliquibus fieri consuevit servanda honestatis causa.

ARTIC. XIV.

De feminarum separatione à masculis honestatis causa.

1 **Q**UOD vidua cum à mariti hæredibus est alenda, cum illis habitare non tenetur, quando cum eis habitare honestè non possit, tenuit Speculat. lib. 4. titul. Qui filij sint legitimi, num. 30. quem sequuntur Bald. in l. divortio, in princip. col. 2. versicul. Sed hic quero, quando vidua ff. solut. matrimon. & ibi Paul. numer. 9. qui ponit exemplum in hæredibus extraneis, qui possent mulieris pudicitiae insidiari, cum alijs ab eo relatis Menoch. de arbitr. libr. 2. cas. 170. nu. 12. Barbof. in l. 2. in princip. 1. part. num. 29. in init. ff. solut. matrimon.

2 Tenentur autem mariti hæredes vxori illius alimenta præstare ex legis dispositione, quando prægnans relicta est l. curator ff. de ventr. in possess. mittend. tradit Surd. de ali-

ment. titul. 1. quest. 44. num. 51. vel quando inops est, & durat annus, quo mariti hæredes mobilia dotis, ex lege retinent; hoc enim casu inopem defuncti vxorem alere tenentur, vt tenet Specul. d. titul. qui filij sint legitimi, numer. 29. & ex communi sententia cum pluribus ab eo citatis tradit Barbof. eandem secutus d. 1. part. 1. 2. num. 21. versicul. succedit igitur, & numer. sequenti, & quando ad hoc mulier dicatur inops, ibid. per eum, numer. 23. & sequenti; & de materia latè Surd. d. quest. 44. per tot.

3 Et tunc quidem quando alimenta debentur ex legis dispositione, alimentorum debitor regulariter extra propriam domum præstare ea non tenetur; quando verò debentur ex dispositione hominis, vt putà, si alicui in testamento relicta sint, legatarius cohabitati- oni hæredis astrictus non est; & ita distinguit Paul. d. l. divortio, in princip. num. 9. intel- ligenstex. in l. 4. § final. ff. de aliment. & cibarij. legat. secundum posteriorem distinctionis casum, & sequitur Barbof. d. l. 2. in princip. 1. part. nu. 27. versic. Adde & aliam, & numer. sequenti. Qua sententia stante præsens privilegium honestatis, locum habet; quia viduæ quæ aliu- de non habet, vnde alatur, ex legis dispositio- ne intra annum alimenta debentur, secundum prædictam communem opinionem; ex quo in domo hæredum ea recipere tenetur; si ta- men, cum illis habitare honestè, non possit, honestatis causa, & privilegio scortum illi præstanda sunt, facta tamen compensatione operarum, quas, qui ex legis dispositione ali- tur, debet alenti, vt tradit Barbof. dict. l. 2. in princip. 1. part. num. 27. & numer. 29. in princip.

Alij verò indistinctè tenent alimentarium non teneri, alimenta percipere in domo alere debentis, sed extra eam sibi præstari, petere posse, tam vbi ex dispositione legis, quam v- bi ex dispositione hominis illa debentur; id- què commune ita esse, tradit Ias. in l. divor- tio, in princip. numer. 24. & sequenti ff. solut. ma- trim. & pluribus citatis Surd. de aliment. titul. 4. quest. 14. num. 16. & numer. 19. commu- nem dicit, & sequitur. Qua communi retenta, privilegium honestatis in hoc non reperitur, quando ex legis dispositione alimenta viduæ debentur, cum mulier, etsi in domo hæredum recipere ea honestè possit, ordinatio jure te- cundum communem petere possit, vt scor- tum moranti præstentur. Caterùm, cum ex hominis dispositione debentur, videlicet, quia testator vxori alimenta reliquit, privi- legio locus esse poterit, si alimentorum lega- to certus adjectus est locus; hoc enim casu, mulierem in loco à testatore designato ali-  
menta



menta percipere debere, communiter tenent omnes; limitatur tamen, nisi, honestè ibi manere, non possit, quia tunc alibi præstabuntur sprete loci adjectione, vt notat Bart. *per tex. ibi, in l. Caio §. Imperator, num. 2. ff. de aliment. & cibariis legat.* Bald. *in l. 1. num. 9. & 10. Cod. de legat.* Bald. *in l. 1. num. 9. & 10. C. de legat. post alios* Ias. *d. l. divorcio, in princ. num. 25. vbi ex An. har. conf. 254.* Super primo quaesito, tradit, mulieri incumbere probandi onus, quod alijs citatis tradit Menoch. *d. cas. 170. num. 13. & ibi num. 15. scripsit ex Paul. conf. 388. alias 425. viso casu supra scripto, col. ultim. versicul. de alimentis vero, lib. 2. in novis, iudicis arbitrium in hoc versari, vt ex personarum qualitate iudicet, ac verisimiliter subsit futurae turpitudinis suspicio, vel intolerabilis sævitia.*

4 Ego quidem, quod ad honestatis causam attinet, cum inter extraneos res agitur, & vidua adolescentula est, vel aliàs pulchra, leve probationis onus, facilequè pro ea esse debere iudicis arbitrium, duco; idquè etiam si defuncti hæres honesta persona sit, & probatæ opinionis; vt loquens in vidua pulchra, cui legata alimenta sunt adjecta conditione morandi cum hæredibus, respondit Bald. *d. l. 1. numer. 10. C. de legat. vbi scripsit, eo casu conditionem vt turpem fore remittendam, et si hæredes boni sint, & honesti, quia, inquit, habere malum nomen, & malam famam, est turpe l. facta §. si in danda ff. ad Trebell. cõveniunt tradita per Surd. de aliment. d. titul. 4. quest. 15. num. 31. cum duob. sequentib. vbi alios allegat.*

5 Ad præsens etiam privilegium spectat quod de hospitiij exemptione notavit Mutius Surgens in adnotation. ad fratrem Iuum Mart. Anton. Surg. *lib. 1. de Neapol. illustrata, pag. in lib. meo, 4. 2. vbi tradidit, viduas, honestatis causa, onere hospitiij exemptas esse.* Subdit tamen, quòd divites mulieres, quæ viris carent, tametsi à recipiendis domo militibus excusentur, tamen à pecuniaria contributione non excusantur; quia onus hospitiij, patrimonij est onus, non personæ, vt habetur *in l. 3. §. munus hospitis ff. de munerib. & honor. l. 3. C. de munerib. patrimonior. libr. 10.* idcirco patrimonij ratio, quæ in dividendis hospitibus est habenda, viduas divites salvo honestatis jure, & privilegio comprehendit.

Quod secus est in alijs, qui speciali privilegio dignitatis causa indulta, hoc onere sunt exempti, de quibus *in l. final. §. final. ff. de muner. & honorib.* ij enim nec hospites recipere tenentur, & à pecuniaria contributione hospitiij causa indicta, ejusdem privilegij jure eximuntur; aliàs enim indulto privilegio ple-

nè non fruerentur, sed illo potiùs per indirectum fraudarentur; at verò viduæ privilegium non datur illius personæ causa, & honore, sed propter honestatem cui plenè satisfit, si non admissio hospite onus patrimoniale supportet per pecuniariam contributionem.

6 Quinimò, etsi illa potiùs, hospitem admittere, quàm de patrimonio suo contribuere, eligat, audienda non erit quasi proprio renuntians privilegio; quia honestatis jus, cujus causa vidua istius oneris immunis est, publicum est, quod idcirco privatorum consensu tolli nequit. *l. jus publicum ff. de pact. text. optim. in propositum in l. non aliter ff. de usu, & habitat. vbi habetur, quòd mulier, cui vsus domus competit, non potest in ea hospitem recipere, nisi is sit, qui honestè cum ea habitaturus sit.* Quod autem in vidua dicimus, etiam in illa quæ nunquam nupta est, æquè procedit, pariterquè in conjugata cujus vir absens est.

7 Sed, & si talis mulier sit, quæ in honestè vivat, & meretricio etiam more, adhuc hospitem recipere cogenda non erit; cum nec meretrix ipsa in lupanario publico constituta, ab aliquo compelli possit ad secum coeundum pretio dato, vt cum Covar. *lib. 3. var. cap. 14. numer. 2. & Menoch. qui alios refert, de arbitr. cent. 6. cas. 535. num. 29. tradidimus sup. art. 9. ad fin.* Et non obstat, privilegium honestatis causa concessum, propter in honestum vivendi modum amitti, vt tradit Gregor. *in l. 42. titul. 18 part. 3. verb. Vbare del mal, ad fin. & ita generale est, secundum eum ibid. vt, qui delinquit in illud cujus causa privilegium concessum est, privilegium amittat; respondetur enim, mulieri virum non habenti, hospitiij immunitatem non competere, quia honesta est, sed ne ex contraria eventu in honestum quid sequatur; ita vt, si in honesta est, novæ turpitudinis illi occasio non non detur, si honesta, honestatis periculum, notamvè aliquam non patiat. Porro, hominum saltem opinione in honestum esse & turpe, viduam cum milite sub eodem tecto pernoctare, nemo non videt; ultra quàm, quòd periculosum id valde sit, ita, vt qui male suspicatur, sæpe culpandus non sit; cum, & in bonis etiam & honestis simultanea cohabitatio, turpis iudicetur, secundum Bald. *in l. 1. num. 10. C. de legat. in propositum vide multa notatu, & observatione digna ex sanctis Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus adducta per Petr. Canis. in commentar. de Maria Virgine lib. 2. cap. 13. versicul. Verum enim verò, vbi eleganter, & piè.* Et nec impuberem apud eum oportet morari, vel educari, qui pudicitia illius possit insidiari *l. penult. ff. vbi pupill.**



*pupill. educar. deb. ubi notandus est text. qui in impubere loquitur, quasi, & in his sinistra suspitioni locus esse possit.*

8 Nec mirum, cum & masculos impuberes, mulieres prægnantes reddidisse, historijs proditum sit; ut de illo qui cum novem annorum esset, nutricem suam gravidam effecit, testimonio D. Gregor. in *Dialog. traditum extat, ut refert gloss in summ. 20. quæst. 1. cujus Doctores plurimi meminerunt, quos refert Tiraq. l. 6. connubial. nu. 37. ubi tamen addit, in Dialog. D. Gregor. istud omnino non reperiri, ut etiam asserunt Card. Flor. & Ioan. de Anan. in cap. 1. numer. 5. de delict. pueror. ubi dicit, quod satis mirandum est, quomodo hoc gloss. illa posuerit, & quod istud nullus perpenderit, nisi d. Flor. De alio verò decem annorū, refert D. Hieronym. in epistola ad Vitalem, nutricem propriam concepisse, cujus etiam meminit Anan. dicti. cap. 1. numer. 6. & D. Hieronymi verba transcribit Tiraq. d. numer. 37. ubi ex eodem in eadem epistola tradit, Salamonem, & Achaz Reges, cum essent undecim, aut decem annorum, filios genuisse, illum, scilicet, Roboam, hunc, Ezechiam, & ipsos reges; quod item refert Anan. dicti. num. 5. & Coral. Miscel. lib. 6. cap. 23. n. 4. ubi, historia, inquit prodit, Salamonē, non dum decem annos natum, suo complexu, nutricem, filio Roboam, gravidam fecisse, & Achaz in undecimo anno filium suum Ezechiam genuisse, ut testatur D. Hieronym. in 2. part. epistol. ad Vitalem presbyterum. In fœminis sanè, in quibus acceleratio est gignendi facultas, crebrius hoc eveniet. Unde, puellas, etsi minores duodecim annorum sint, non debere edoceri in scholis virorum, tradidit Hispan. Munnoz de Escobar tract. de ration. administrator. cap. 27. nu. 39. ubi inquit, latis indecorum, & inverecundum esse, pueros simul cum puellis immisceri, cum, & in minoribus duodecim, & quatuordecim annorum luxuria vigere possit sufficiens ad generandum. Periculosa, itaque, maris, & fœminæ sub eodem tecto pernoctatio est, & latis est, periculosam esse, ut turpem dicamus; qui enim amat periculum, in illo peribit, *Ecclesiastic. 2.* Quare si perire non vis, non mancas, sed fuge; nec fugam erubescas, gloria enim est quam præcipit *Apost. 1. ad Corinth. 6. fugite,* inquit, *fornicationem,* Nota verbum Apostolicum, non dixit, *resistite,* sed, *fugite;* sanè Petrus Apostolus cum loquitur de advertario nostro diabolo, qui tãquam leo rugiens circuit querens quem devoret, non dicit, *fugite,* sed, *resistite, cui resistite,* inquit, *fortes in fide 1. cap. 5.* quasi, periculosus sit cū carne propria certamē quam cum diabolo, huic enim resistere, illud fugere, jubent Principes Apostolorum.*

9 Ejusdem rei gratia, ne, inquam, quoduis honestati offendiculum præberetur, veteres Romani nocturna sacrificia mulieribus inhibuerunt: quippe quòd eo tempore magna daretur occasio peccandi: nec tantum in materia de qua agimus, sed in alijs etiam: unde lege alia duodecim tabular. cautum erat, ne quis in vrbe catus nocturnos aguaret. Quem morem imitata est Ecclesia in solemnibus Sanctorum: prius enim, cultus causa, præcedente nocte vigilare in templis, mos erat, quod postea honestatis causa sublatum est, in locum vigiliarum sacris jejunijs institutis ac subrogatis, quæ Sanctorum vigilijs appellamus, antiquarum vigiliarum nomine retento: quod testatur Bapt. Mant. in Febr. sequentibus versibus.

*Id quoque, nam scitu locus est dignissimus addam,*

*Quòd nostri in templis atavi vigilare solebant,*

*Excubiasque pati, solemnia mane sequenti Festa recepturi; morem nova sustulit ætas.*

*Nam, quia nox sceleri solet esse occasio, & illud*

*Observant, qui furta volunt committere, tempus,*

*Jejunare diem, visum est sapientius, illam*

*Quæ præt, & clauso noctem dormire cubili.*

10 Ad præsens item honestatis jus & privilegium spectat usus vrbis Romæ in quadragesimalibus stationibus: non enim eadem die matres, & fœminæ, indulgentiarum causa in eodem templo conveniunt ad effundendas Deo preces statis illis indulgentiarum diebus, unde stationum nomen viurpatum est: sed distincti masculis, & fœminis in unum quodque stationum templum dies sunt: quod satis providè, & salubriter Summi Pontifices decreverunt, ut dum sanctum hoc separatim agitur, salva honestatis causa sanctius per agatur.

11 Nec ab his dissimile est, quod de mulierum à viris in templo discretionem, ex more Iudæorum tradit Ioseph. de bello Iud. libr. 6. cap. 6. cujus verba refert Card. Baron. *annal. Ecclesiast. tom. 1. sub anno Christi 12. n. 3.* Ex quibus, inquit, probè intelligi potest, tam in ingressu templi, quam etiam intra templum, & portis diversis, & parietibus interpositis mulieres à viris fuisse distinctas: porro, puerulos innocentes, de quibus nulla possiet esse peccati suspicio, matres sequi, si vellent, non erat vetitum; quibus etiam liberum esset, si voluissent, magis patribus inhærere. Beda in *Luc. capit. 2. quem retulit idem Baron. num. sequenti, eandem,* dicit, apud illos fuisse con-



fuetudinem, ut ad festa venientes, vel redeuntes in patriam, seorsum viri à mulieribus choros ducentes incederent: atque ex hac, aut illa causa, perditum pueri IESU occasionem fuisse, quorundam est opinio; quam tamen Baron. non probat, qui aliam assignat loco citato num. 5.

12 Sed, quod ad propositum nostrum attingit, antiquus ille Hebræorum mos circa loci distinctionem inter masculos, & fœminas, tam in templo, quàm in via ad illud, festorum temporibus, honestatis causa introductus est. Ob quam etiam apud nos in templis aliquibus, præsertim cœnobitarum, mulieres ab hominibus dividuntur ligneo pariete interjecto, ita ut invicem non videantur dum deputato sedent loco; idquæ Neapoli interpositis inter utrosque linteis, aut simili quopiam, passim observari, testatur Anton. Surgen. de Neapoli illustrata lib. 1. cap. 9. num. 27. Sed res hæc ab antiquo est; nam ex D. Chrysostomo hom. 74. in Matth. refert Petr. Canisius Theologus Societatis IESU, lib. 2. de Maria Virgine cap. 13. vers. Quid, quod adeo, viros olim à mulieribus, cum in ecclesia conveniunt, ligneis parietibus fuisse secretos; & ex Clemente Romano tradit ibid. Apostolicum hoc esse institutum, ut viri à mulieribus, & virgines ab alijs. seorsum in templis versentur; & alia ibid. in propositum adducit doctissimus Canis.

Quibus apparet, præsertim ex antiqua illa Hebræorum consuetudine, etiam ipso maritali jure, honestatis jus hac in parte maius esse; quia secundum consuetudinem illam, uxores à viris in templo, & in itinere secernebantur honestatis causa; nec id quidem mirum, quando, & in nuptijs, ac matrimonialibus conjunctionibus, non solum quod liceat, sed & quod honestum est, servari debeat, l. semper in conjunctionibus ff. de reg. jur. l. semper ff. de rit. nuptiar.

## ARTICULI XV.

### SUMMARIA.

- 1 **F**ilius, potius præsumitur legitimus, quàm adulterinus, quanvis mater eodem tempore adulterium commississe probetur; & quanvis ipsa asseveret, ex adultero filium concepisse; & tempore mortis sua id ita affirmet, filius illi credere non tenetur.
- 2 Delictum in dubio non præsumitur, & actus potius præsumitur factus tempore, & loco licito, quam illicito.

Filius potius præsumitur genitus ex marito, quàm ex adultero, propter præsumptionem qua potius pro possibili honesto sumenda est. Ibid. versic. Cæterum.

- 3 **Q**uasita per uxorem, a viro ad eam pervenisse, præsumuntur, favore honestatis, qua præsumenda potius est, quàm turpis acquisitio.
- 4 **D**e mariti confessione asserentis, quasita per uxorem ab eo illi non obvenisse, an valeat, & an turpis questus præsumptionem elidat.
- 5 **Q**ua acquisitum mulier negotiatrix, aut qua honestam aliquam lucratoriam artem exercet, non præsumuntur, a viro illi obvenisse, sic limitata l. Quintus ff. de donat. inter vir. & vxor.
- 6 **A**cquisita per viduam intra annum luctus, ex bonis prædefuncti mariti præsumuntur acquisita ad evitandam turpis questus suspicionem.
- 7 **I**dem traditur in filia, qua sub parentum cura, & administratione est, ut acquisita per eam, ex bonis parentum acquisivisse præsumatur. Et quid in filio sub patria potestate constituto.
- 8 **I**n questione de acquisitis per concubinam, an, ab amasio acquisivisse, præsumatur uxoris argumento, contraria referuntur opiniones, & negativa probatur. Et num. 19.
- 10 **P**ræsumptio juris perfectam facit probationem, & probandi contrarium onus transfert in adversarium.
- 11 **T**ormentorum usus, subsidiarium est remedium ad veritatem indagandam, quo iudices vii non debent quando modo alio de delicto contra reum constat. Et intelligitur text. in l. 1. §. ipsas C. de naturalib. liber. cum Alc. constituta differentia inter juris, & hominis præsumptionem.
- 12 **I**n dispositione legis, & dispositione hominis de muliere honesta loquentis, mulier præsumitur honesta. Quod notatur ad leg. Regiam qua viduis honestis fori privilegium conceditur.
- 13 **H**onestatis qualitas a muliere allegari debet. Et idem traditur ex communi regula circa bonæ fidei præsumptionem, & quamcunque aliam juris præsumptionem, ut allegari debeat ab eo pro quo præsumitur. Et sufficit allegari etiam post conclusionem in causa.

## ARTIC. XV.

Quod pro honestate præsumptio in dubio sumenda sit.

- 1 **Q**uod in dubio præsumendum potius sit quod est possibile honestum, quàm possibile in honestum, notavit Bald. per text. ibi in l. filium eam diffinimus, numer.



11. *versicul. Item nota ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* Ex quo inferit, filium, potius legitimum præsumi debere, quam adulterinum, tamen si eodem tempore mater, adulterium commisisse, probetur; & Bald. refert, & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 54. numer. 22. & 24. idem Auctor. de arbitr. lib. 2. cas. 89. nu. 22.* Et in tantum procedit hæc præsumptio, quod et si mater ipsa asseveret, filium illum, non ex marito, sed ex adultero concepisse, talis confessio filio non noccat, ut tenuit gloss. in l. etiam ff. de probat. & in l. final. in fin. juncto text. ibi, eod. tit. nec si mortis tempore mater id affirmet, dicens, quod pro exoneratione conscientiæ suæ hoc declarat, filius illi credere tenetur, ut cum Cyn. & Jacob. de Aret. tradit Bart. d. l. l. filium, n. fin. & pluribus citatis Menoch. d. casu 89. nu. 27. cum sequentibus. Quanvis enim negari non possit, quod matris assertio, præsertim cum in extremis agit, aliquam faciat præsumptionem, illa tamen eliditur alia tanquam potiori, quæ honestatis causa pro filio jure inducta est. Unde inquit Bald. in l. 1. num. 33. Cod. de his qui accusar. non poss. quod honesta conjectura in honestam præsumptionem excludit favore innocentis, per text. in l. miles §. qua propter, in fin. ff. de adult. repetit Menoch. d. l. præsumpt. 54. nu. 22.

2 Sed videtur, quod nullum honestatis speciale in hoc consistat, sed potius præsumptio ista ad generalem juris regulam, ac conclusionem spectet, secundum quam, delictum in dubio non præsumitur, sed potius actus licitus, ut est communis omnium ac frequens assertio per text. in l. merito ff. pro Soc. & ultra ordinarios late Alc. tractat. de præsumption. regul. 3. præsumpt. 1. Mascard. de probat. conclus. 495. Menoch. d. l. tract. de præsumpt. libr. 5. præsumpt. 2. per tot. ubi numer. 20. & in præsumpt. sequenti nu. 120. & 121. ex Bart. in l. non solum §. sed ut probari, numer. 3. ff. de oper. nov. nuntiat. post Alciat. & alios quos refert, tradit, quod actus qui certo loco, aut tempore potuit esse licitus, alio verò illicitus, potius tempore, & loco licito gestus, à lege præsumitur, ut evitetur delictum. Atque ita, cum filij generatio effici potuisset conjugali coitu, aut adulterino, quo per idem tempus mater vivebatur, ex generali illa juris regula, ac conclusione absque ullo speciali favore, honestatis causa inducto, ad conjugalem potius pertinere, credendus erit. Cæterum, ut proposita conclusio de possibili honesto potius præsumendo, in subiecto legitimæ filiationis exemplo verificetur, advertendum erit, in exemplo illo probationem delicti in dubium non verti; præsupponitur enim, matrem per illud tempus, quo,

filium genuisse, dicitur, & cum viro proprio cohabitasse, & cum alieno cubasse; atque ita, quod filius ex illo potius, quàm ex hoc coitu natus præsumatur, non eò pertinet, ut mater à delicti præsumptione liberetur, de cujus probatione non dubitatur; sed ut filij conceptio, quæ hoc, aut illo tempore, & hoc aut illo actu effici potuit, honesto potius, quam in honesto causata præsumatur, juxta Bart. doctrinam d. l. non solum §. sed ut probari, numer. 3. & aliorum de quibus Alciat. d. regul. 3. præsumpt. 1. numer. 2. & Menoch. locis proxime citatis. Quod si adhuc dicat aliquis, nec sic in proposito exemplo favorem honestatis reperiri, sed ipsius filij causa, & favore, natum potius ex matrimonio præsumi, quàm ex adulterio; id enim important verba Bald. in l. 1. nu. 34. C. de his qui accusar. non poss. ubi scripsit, quod honesta conjectura in honestam præsumptionem favore innocentis probris excludit, respondendum erit, huc quidem filij favorem, quem in hoc agnoscimus, filium ipsum honestatis causæ, & juri acceptum referre debere; idcirco, namque, favor hic filio impertitur, ut matrimoniali potius, quam adulterino coitu editus præsumatur, cum in ambiguo sit, hoc, aut illo conceptus fuisset; quia honesta conjectura in honestam præsumptionem excludit, ut Bald. inquit, quasi sic filij in hoc favor ab honesta pendeat conjectura, id est, à conjectura quam suadet honestas.

3 Rursus, ad eandem radicem pertinet præsumptio de qua in l. Quintus Mutius ff. de donation. inter vir. & uxor ubi Iurisconsult. ait verius, & honestius esse, quæ sita per uxorem, à viro ad eam pervenisse, præsumi, ut turpis quæstus præsumptio evitetur; qui convenit l. etiam, in fin. & ibi gloss. Cod. eod. titul. notavit gloss. in l. cum oportet, verb. ex ejus substantia, versic. sed in uxore C. de bon. qua liber. & ibi Bald. numer. 12. & alij communiter secundum Corn. ibid. col. final. prope fin. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 26. & pluribus citatis tradit Mascard. de probation. conclus. 30. numer. 1. ubi late prosequitur, & rursus conclus. 210. & concl. 1080 nu. 42. fuse item Menoch. de præsumption. libr. 3. præsumption. 51. ubi nu. 3. scripsit, quod et si præsumptio ista aliàs mulieri damnosa videatur, tenenda tamen est tanquam eidem utilis, quia utilius videri debet, quod est honestius; si enim dicimus, mulieri ab alio utiliter donatum esse, in honestæ alicujus donationis suspicio quædam oboriretur. Et in tantum prævalet pro honestate præsumptio, ut, et si dicatur, maritum non donasse uxori res penes eam repertas, præsumi potius debeat, furtivè ab eo illam subtraxisse, quàm ab alio acquisivisse, ut tradit Aretin.



conf. 31. incip. Considerata, col. penult. versicul. Ad secundum, quem sequitur Alc. d. reg. 3. præsumpt. 6 num. 3.

4 Nec quidem contraria mariti assertio, præsentem elidit præsumptionem, quanvis contrarium vt certum, & commune probet Menoch. d. præsumpt. 51. num. 27. cum sequentibus. vbi in quaestione illa, an confessio mariti assentientis, quaesita per uxorem, ab eo illi non obvenisse, probet, res ipsius mulieris esse, duo considerat, vnum, an talis mariti confessio, turpis quaestus suspicionem tollat, de qua in dict. l. Quintus, & eam tollere, affirmat pluribus ab eo citatis, ex quibus hanc esse receptam opinionem, asserit; aliud, an eiusmodi confessio probet, rem mulieris esse ad tollendum obstaculum donationis prohibita inter virum & uxorem; & nisi alia adfint præsumptiones, solam mariti confessionem ad id non valere, tradit, quia confessio inter personas alias prohibitas, censetur simulata, & in fraudem legis facta l. qui testamentum ff. de probat. & ita intelligit contrariam aliorum sententiam quos refert ibid. numer. 28. non tamen omnino probans distinctionem circa hoc ab Alciat. traditam d. præsumptio. 26. num. penult. & ultim.

Ego quidem in quaestione hac censeo, solam mariti confessionem, non solum contra jus donationis inter conjuges prohibitorum non valere, propter fraudulentam confessionis inter personas prohibitas præsumptionem de qua in d. l. qui testamentum, sed nec elidere turpis quaestus suspicionem de qua in d. l. Quintus; cum enim maritus ait, res ab uxore quaesitas, suas ipsius non esse, nec à se uxori obvenisse, quid aliud dicit, quam ab alio ad illam pervenisse? porro, turpis quaestus suspicio, de qua in d. l. Quintus, non in alio, quam in hoc ipso consistit, cum, quæ à marito mulier non habet, ab alio turpiter habere, existimatur. Cæterum, si maritus declaret, ab honesta aliqua persona rem uxori suæ donatam fuisse, credendum illi erit ad evitandam turpis quaestus suspicionem, propter honestam acquisitionis causam ab eo expressam, non tamen si alia non adsint adminicula, ad evadendam prohibita donationis præsumptionem; atque ita, in casu isto communem sententiam accipio, cum traditis per Menoch. loco citato.

5 In muliere autem negotiatrice, aut qua honestam aliquam lucratoriam artem exerceat, turpis quaestus præsumptio cessat, & ideo quæ eiusmodi mulier acquirit, à viro illi obvenire, non præsumuntur, sic limitata communi traditione, & præsumptione dict. l. Quintus; & est communis limitatio, quam

tenuit Bald. in l. cum oportet, numer. 12. in fin. Cod. de bon. qua liber. quem sequitur Alc. dict. regul. 3. præsumpt. 26. versicul. Sexto non procedit, num. 10. & 11. & alijs citatis Malcard. dict. conclus. 30. numer. 15. & 18. & conclus. 214. num. 11. Menoch. d. præsumpt. 51. num. 32 & sequenti. Et est advertendum, quod sola ipsa mulieris honesta negotiatio, & artis exercitium turpis quaestus suspicionem excludit, & prohibita inter conjuges donationis præsumptionem, ita vt, quicquid acquirit, industria tua honestè acquisitum præsumatur.

6 In vidua intra luctus annum, idem probant omnes vnanimè, quod in conjugata, vt ex bonis prædefuncti mariti præsumatur acquisivisse ad turpis quaestus suspicionem evitandam, quæ facillè suboriretur, si intra breve tempus post viri mortem, aliunde quam ex bonis illius acquisivisse, diceretur; & ita tradit Alc. d. præsumpt. 26. versic. Secundò declaratum. num. 4. & pluribus citatis Menoch. d. præsumpt. 51. num. 14. & sequenti, & receptissimam esse nostrorum sententiam, scripsit Malcard. d. conclus. 30 nu. 4.

7 Pariquè ratione, in filia quæ sub parentum cura, & administratione est, id idem probandum erit. Et, sanè, in quaestis à filio sub patria potestate constituto gloss. Ioan. secunda in l. cum oportet, verb. ex eius substantia, versic. Item quid si dubitetur Cod. de bon. qua liber. scripsit, qualitatem personarum debere attendi, ita vt si filius industriolus non sit, & pater dives sit, ex re patris acquisita præsumantur; è contra verò, si filius industriolus sit, & pater puer, quæ acquisivit, adventitia præsumantur; sequuntur Bart. ibidem penult. in fin. & alij secundum Malcard. de probat. conclus. 221. Bald. verò ibid. num. 11. distinguit inter filium qui paternum patrimonium administrabat, & cum cuius negotiatio de re patris non erat, quam distinctionem sequitur Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 50. nu. 1. & 3. & ibi nu. 5 & 6. duos alios casus subjungit, quorum vltimus est, quando verè sumus in dubio, & hoc casu, inquit, præsumitur pro possessore, & qui agit, probare debet, secundum gloss. d. verb. ex eius substantia, in fin. In filia verò quæ habitat in como parentum, præsumptio alia vehementior est, honestatis causa inducta, illa, inquam, quam in conjugata probat Iuriconsult. d. l. Quintus ff. de donat. inter vir. & vxor. quia eadem ratio de suspicionem turpis quaestus vitanda militat in filia. Quare, etsi iuri illa sit, si non doceat, aliunde sibi obvenisse, quæ possidet, a quæ præsumptioni huic locus erit; nec id quidem ægre ferre debet, quasi in re pecuniaria sibi damnotum, cum, quod honestius



neftius est, vtilius sibi reputare, debeat, vt in conjugata scripsit Menoch. d. *presumpt.* 51. num. 3.

8 Circa concubinam verò, quærunt Doctores, an eadem præsumptio locum habeat, vt, quæ sita per eam, ab amasio accepisse, præsumatur; quod in illa, vxoris exemplo, seu argumento æquè probat Bald. d. l. *cum oportet*, numer. 12. *versicul.* Idemputo, & in l. 1. numer. C. de naturalib. liber. *cujus dictum ibi sequitur*, & *singulare reputat* Francisc. Cremenf. *singul.* 6. *incip.* *Tuscis*, & sequuntur alij, citati a Mascard. *dict. conclus.* 30. numer. 3. *ampliat.* 1. & a Menoch. d. *libr.* 3. *presumpt.* 51. *ampliat.* 2. numer. 7. vbi pro hac sententia ponderat *text.* in *dict.* l. 1. §. *ipsas*, Cod. de natural. liber. quo illam latis sibi probari, scripsit, eamquè *ibid.* numer. *sequentib.* late defendit aduersus Alc. *dict. regul.* 3. *presumpt.* 26. numer. 2. & 3. & *Paril. cons.* 80. numer. 23. *libr.* 1. ab eo citatos; cum quibus sentit Mascard. Alc. *solum citato dict. conclus.* 30. numer. 3. in *fin.* & *clarius conclus.* 340. numer. 2. cum *sequentib.*

Nec sanè posterior hæc opinio displicet, attendente ratione, qua in vxore præsumptio acquisitionis honestatis causa inuicta est; hæc enim ratio, non solum cessat in concubina, sed contrarium potius in illa suadet; ideo, namque, vxor à marito acquisivisse, præsumitur, vt turpis acquisitionis præsumptio evitetur, quæ est ratio *dict.* l. *Quintus*; modò verò, si vxoris argumento dicimus, quod præsumitur concubinam ab amasio acquisivisse quæ concubinatus tempore acquisivit, non solum turpis quæstus præsumptionem evitamus, sed eam potius apertè introducimus; quid enim aliud est dicere, concubinam a concubinario tuo acquisivisse quæ lucrata est, quam turpia lucra, & turpè quæstum dicere? quare, si in quæstus ab ea, honestatis causa præsumimus, quæ in dubio præsumenda est, ipsa nos cogit dicere, quandiu contrarium non edocetur, quod ab amasio ad illam non pervenerunt; nec arctanda est mulier possessionis suæ titulum edocere, seu edicere, sed sufficit ei, dicere, possideo, l. *cogi.* Cod. de *petition. hereditat.* l. *fin.* Cod. de *rei vendit.* *bonus text.* in l. *si defunctus* C. arb. *tutel.*

9 Et non obstat Menoch *consideratio* d. *presumpt.* 51. numer. 8 & *sequentib.* vbi scripsit, eandem rationem militare in concubina, quæ in vxore; si enim concubina ab amasio acquisivisse non præsumitur, ab alio turpiter acquisivisse, præsumetur, vt igitur hæc turpis quæstus præsumptio evitetur in illa, quæ maritali retinetur affectu l. *concubinam*, & ibi Bart. & reliqui ff. de *conubin.* & à lege honestæ personæ loco

habetur l. *Masurius*, vbi Alc. ff. de *verb. significat.* quæ sita per eam concubinatus tempore, ab amasio pervenisse, præsumendum est ex eadè illa ratione, quam in vxore considerat Iuriscōsult. d. l. *Quintus*. Sed omissa responsione Alc. d. *presumpt.* 26. nu. 2. vbi dixit, legem facilius turpem quæstum præsumere in concubina quàm in vxore, quasi in illa quæ turpiter vivit in concubinato, inconueniens non sit, si ab alio turpiter acquisivisse, præsumatur, dum non præsumitur à concubinario ipso acquisivisse; hæc, inquam, responsione omissa, quæ turpis quæstus præsumptionem vndequaue secum involuit, respondendum erit, diversam omnino esse rationem in vxore, & concubina; quia in vxore, dum à marito accepisse, præsumimus ad evitandam turpis quæstus præsumptionem, honestam acquisitionis causam reperimus; at verò si in concubina eandem recipimus præsumptionem turpis quæstus evitandi gratia, hæc ipsa præsumptione, qua turpis quæstus præsumptionem declinare intendimus, in turpem quæstum certo incidimus; non est ergo talis admittenda præsumptio, quæ contrarium ejus quod illa alias intenditur, in concubina effectum operatur.

10 *Text.* verò in d. l. 1. §. *ipsas*, non ita vt visum est Menoch. contrariam sententiã probat qui potius pro ista retorqueri potest; dū enim, concubinam negatam ab amasio obtinere quæ possidet, tormentis subjici, jubet, planè ostendit, præsumptionem legis cōtra eam non adesse, si enim talis præsumptio adesset, ad plenam rei probationem tormentis opus non esset; ipsa namque, legis, seu juris præsumptio vbi adest, perfectam facit probationem, vt alia opus nō sit, & liquidissima dicitur probatio, *juxta gl. fin. in fin.* in l. *tutor.* C. de *pericul. tutor.* *quam ut notabit lōm commendat.* *las post alios quos refert, in l. licet Imperator,* num. 8. ff. de *leg.* 1. Alc. de *presumpt.* in *præcludis*, 2. part. numer. 3. & alijs citatis tradit Mascard. de *probat. concl.* 222. *ampliat.* 3. & ibi nu. 2. tradit, quod præsumptio juris, relevat ab onere probandi, illudque in adversariū transfert vt respondit Dec. *cons.* 32. *col. penult.* in *fin.* & sæpe alibi, quæ & alios refert *ibid.* ac deniq; quod ejusmodi præsumptio, dicatur vera, & propria probatio, pluribus citatis tradit Menoch. *dict.* tract. de *presumpt.* *lib.* 1. q. 36. n. 3. vbi n. 8. subdit, quod rectè interpretes nostri vno ore scribunt, præsumptionem juris facere probationem evidentem, claram, & manifestam.

11 Cum ergo cōmuni calculo ita tradatur bene infertur, præsumptionem, de qua in d. §. *ipsas*, legis præsumptionem non esse; si enim ejusmodi esset, tormentis in concubinæ persona opus nō esset ad perfectam acquisitionis probationem eliciendam; si quidem, tunc demum iudices



tormentis vti debent, quando alijs probationibus delictum non probatur, non verò cum alijs probationibus de illo constat, vt ex communi Interpretum sententia tradunt Covar. *pract. cap. 23. numer. 5. post init. versic. Quibus profecto*, Iul. Clar. *in pract. criminal. quest. 64. num. 5.* est enim tortura subsidiarium quoddam remedium indagandæ veritatis, ad quod non est deveniendum, nisi cæteri modi probationum deficient, & contra reum indicia urgeant, *l. item apud Labeonem §. questionem ff. de injur. post alios tradit Mascard. conclus. 1386. numer. 3.* Atque ita, *text. in d. §. ipsas*, vbi concubina negans, ab amasio acquisivisse, tormentis subicitur exquirendæ veritatis causa, non est intelligendus de præsumptione legis, quæ sola per se adversus negantem liquidissimam faceret probationem, vt alia opus non esset, *juxta sup. dicta*, quicquid de legis præsumptione, adversus Alc. *d. regul. 3. præsumpt. 26. num. 3. text. illum intelligat Menoch. dict. libr. 3. præsumpt. 51. num. 7. versic. Nec repugnat*; melius enim intelligitur de præsumptione hominis, seu conjectura, quæ arbitratiuè iudicis posset esse ita efficax, quod faceret sufficiens, indicium ad torturam, vt intelligit Alc. *d. numer. 3. quem secutus est Mascard. d. conclus. 340. numer. 6 & 7.* hæc est enim differentia inter præsumptionem juris, & præsumptionem hominis, quod illa, vera & propria dicitur probatio; hæc verò probationem sola non operatur, sed conjecturam in arbitrio iudicis positam, vt explicat Menoch. differentiam hanc ita tradens *lib. 1. d. quest. 36. nu. 10. cum sequentibus.*

12 Denique, ad eandem principalem conclusionem pertinet generalis in quacunque dispositione pro honestate præsumptio; semper enim, siue legis, siue hominis dispositio de muliere honesta loquatur, pro honestate mulieris, in dubio præsumendum erit; vt tradit Mascard. *de probat. conclus. 1066. numer. 3. & conclus. 1080. numer. 41.* vbi addit, mulierum virginitatem præsumi, secundum Doctor. *in cap. 1. de adulter. & Paris. conf. 160. numer. 28. vol. 4.* Atque ita, vbi lex de muliere honesta loquitur, quia legis præsumptio pro muliere est, quod honesta sit, onus probandi contrarium adverteatio incumbit; Mascard. *locis citatis*, vbi tradit, ex quibus mulieris inhonestas, & meretricium probetur, de quo post eum fusè Farinac. *in pract. criminal. tom. 4. titul. de delict. carn. quest. 136. capit. 3. per tot.* Quod est notandum ad leg. nostram qua viduis honestis, & mulieribus honestis quæ nunquam matrimonium contraxerunt, fori privilegium conceditur, de quo diximus *sup. art. 4.* iufficit enim,

constare, mulierem, viduam esse, aut nunquam matrimonium contraxisse, vt legi locus sit, quanvis de honestate testes non deponant, dummodò contrarium non probetur.

13 Sed dubium est, an necesse sit, honestatis qualitatem simul cum viduitate allegare; videtur enim, quod ommissio illius non noceat; si quidem, dum se viduam proponit, quod probare, necesse habet, honestam esse, ipsa legis præsumptione docet, ita vt alia qualitatis istius assertionem, aut probationem non egeat. In contrarium verò, quod honestatis qualitas necessariò alleganda sit, probatur ex communi traditione, qua assertitur, quod præsumptio juris alleganda semper est, vt colligitur ex *l. si adulterium cum incestu §. idem Pollioni*, ibi, *utique si error allegatur. ff. de adulter.* & ita esse regulam generalem, & notabilem, quæ colligitur ex illo text. quem singularem dixit, tradit Balb. *in reperit. l. Celsus 3. part. numer. 4. versicul. Ex quo text. ff. de usucapion.* secundum quam regulam procedit, quod *ibid.* late tradidit circa bonæ fidei præsumptionem; nam etsi illa in dubio præsumatur, juxta gloss. *in cap. si diligenti, verb. bona fides, de prescript. & Innoc. in cap. vigilantibus, eodem titul. & communem quam tradit Covarr. in regul. possessor 2. part. §. 8 numer. 2. de regul. jur. libr. 6. & pluribus citatis Surd. conf. 73. Quia Iacobus numer. 50. vol. 1.* hæc tamen communis conclusio intelligitur, dummodò bona fides a possidente allegetur, vt per Balb. *dict. numer. 4. vbi refert Bald. & Angel. in l. super longi, col. 3. Cod. de prescript. long. tempor. advocatum de hoc admonentes, & Capol. tract. de servit. urbanor. prædior. capit. 20. col. 2. dicentem*, quod in hoc vidit multos errare, & alia ibi in propositum adducit *dict. numer. 4. cum sequentibus.* Iuxta quam regulam, & communem conclusionem, dicendum est in casu nostro, quod etsi honestas in dubio præsumatur præsumptione juris, alleganda tamen sit vbi à lege qualitas hæc requiritur. Sufficit verò, illam allegari etiam post conclusionem in causa, vt loquens in bonæ fidei præsumptione, & quavis alia præsumptione juris ex facto insurgente, cum Alex. *in dict. §. idem Pollioni, in apost. ad Bart. & in l. 1. col. 2. Cod. ut que defuncti advocat. & Par. norm. per text. ibi in capit. dudum, col. 2. de elect. tradit Balb. loco citato numer. 8.*

(!)



## ARTICULI XVI.

## SUMMARIA.

1 **Q**uod honestum est preferri debet non honesto, ut in legato pauperibus mulieribus relicto, & pro virginibus maritandis, ad quod praeligenda erunt, qua honeste sunt.

2 Legatum monasterio religiosarum relicto, cum duo sunt in civitate, alterum virginum, alterum conversarum, traditur, cui potius applicari debeat.

3 Honestatis favore, ad legatum pro virginibus maritandis relicto, ex honestis ea potius sunt assumenda quarum honestas sub maiori est discrimine, idque singulari S. Nicolai exemplo comprobatur.

4 Si unus ex socijs communis domus eam locare vult persona honeste, alter in honeste; preferendus est qui honeste locare vult, etiam si in honesta pinguiorem ultra justam offerat pensionem.

Limitatur, si domus in lupanario sita est. ibid. in verticul. In casu vero.

5 Cum communi traditur, spurios, & naturales etiam, ad emphyteusim ecclesiasticam nominari non posse.

6 Ampliatur, ut procedat etiam si nominandi facultas concedatur per verba liberam omnino voluntatem importantia, contra Gam. & alios. Et respondetur ad l. cum quidam ff. de leg. 2. qua pro contraria opinione movetur. num. 7.

8 Traditur, quod illegitimorum exclusio ab emphyteusi ecclesiastica, non pendet a juris potestate, sed a voluntate ecclesie concedentis, ex Bart. & communis, contra Valalc.

9 In honesta persona, qua, scilicet, in concubinato, aut alias luxuriose vivit, ad emphyteusim ecclesiasticam nominari non potest.

10 Explicatur Regia ord. Lusitana libr. 4. titul. 36. §. 4. quatenus naturalem filium admittit ad successionem emphyteusis paternae in casu de quo ibi, spurium vero non, & differentia ratio inter utrumque assignatur.

11 An lex Regia d. §. 4. habeat locum in emphyteusi ecclesiastica, contrariae opiniones referuntur, & contraria in senatu sententiae; & pars negativa ut verior probatur.

Limitatur ord. d. §. 4. etiam in emphyteusi privata, quando in concessione actum fuit, ut naturalis in illam non succederet, ibid. in versic. Ceterum.

12 Legitime natus ex naturali, aut spurio, ad emphyteusim ecclesiasticam nominari potest, etsi a radice infecta procedat; quanvis ad maioratus successionem non admittatur qui procedit a radice infecta; & assignatur ratio differentiae inter unum, & alterum casum.

13 Si emphyteuta ecclesie moriatur nulla facta nominatione, relicto filio naturali, & nepote legitimo, ex illo, aut ex filio alio naturali suscepto, succedet nepos in emphyteusim patre, & patrio exclusis, secundum jus Regium ord. lib. 4. titul. 36. §. 4.

14 Idem traditur in emphyteusi privata, ut nepos legitimus ex filio naturali, patri preferatur, in terminis ord. d. §. 4.

15 Queritur an naturalis nominari possit ad emphyteusim quam nobilis aliquis, aut in dignitate constitutus concessit cum libera nominandi facultate. Affirmative respondetur num. 18.

16 In questione, an filius naturalis substitutum excludat, testatoris qualitas attenditur, & illa prevalet ipsius gravati conditioni.

17 Contrarium traditur in maioratus successionem, ad quam non admittitur naturalis, quavis a plebeio homine maioratus institutus fuisset.

18 Probatur, naturalem ad emphyteusim privatam libera nominationis nominari posse, quavis dominus qui in emphyteusim dedit, nobilis sit, aut quavis dignitate praeditus.

Limitatur in emphyteusi pro filiis recepta. ibid. vers. Nec obstat.

19 Naturalis jure Regio succedit in emphyteusi privata libera nominationis, quavis dominus qui concessit, nobilis esset.

20 Illegitimi ad honores, & dignitates promoveri non possunt, secundum communem sententiam.

21 Illegitimi ad gradum doctoratus, & magistris in Sacra Theologia, absque dispensatione promoveri possunt. Et num. 23.

22 Doctoratus est dignitas; & traditur, quid sit personatus in ecclesia.

23 Intelligitur text. in cap. final. de filiis praebiteror.

Dicto, alia, similitudinis implicativa est, ibid. versic. Tertio.

## ARTIC. XVI.

## De honesto preferendo.

1 **L**uxuria non debet aliquid amplius habere castitate l. his solis, in fin. Cod. de revocand. donat. Auth. de restitut. & ea quae parit in vndecim. mens. §. final. col. 4.



& quia honestas & castitas fororizant, & per contrarium, luxuria & in honestas, dicendum item erit, quod in honestas non debet aliquid amplius honestate habere, sed quod ubicunque hujus, & illius causa concurrat, preferenda hæc sit. Exemplum sit in legato decem mulieribus pauperibus distribuendo ex testatoris præscripto; ad quod præeligendæ erunt, quæ honestè vivunt, tametsi in alijs ejusdem loci quæ honestatis metam transgrediuntur, paupertatis qualitas à testatore expressa reperitur. Et idem in relicto dotis nomine pro virginibus maritandis; nam, etsi omnes virgines sint, & dotis relicto egeant, ut nubere possint, ex tamen præferri debent, quas cum virginitatis flore decor honestatis magis commendat.

2 Nec his obstat quod tradidimus in *commentar. l. 1. Cod. de Sacrosanct. eccles. 1. part. in init. numer. 47.* circa legatum monasterio simpliciter relicto, cum duo, aut plura in civitate sint, nec appareat, de quo magis senserit testator; quo casu, si monachi cum municipalibus ad legati petitionem concurrant, monialium potius monasterio cæteris paribus fore applicandum legatum, tradiderunt Cyn. *quest. ult. Bald. Angel. & Salyc. in l. cum multa Cod. de donat. ante nupt. & alij quos retulimus loco citato num. 46.* Quod quia propter muliebri sexus fragilitatem sic tradiderunt, consequenter addidimus in numer. sequenti, quod si similis oriretur quæstio inter religiosas sceminarum domos, alteram virginum Deo dicatarum, alteram mulierum post ante actam vitam malè perditam ad Deum conversarum, harum potius domui, quam illarum, in ambiguae voluntatis quæstione, relicto applicari, debere, idquè, non quia aliquid amplius habere debeat castitate luxuria, sed quia maior est istarum, quam illarum infirmitas. Quam sanè traditionem, acceptam volo in casu, quo legatum expediat ad conservationem mulierum in ea vitæ professione, ad quam se receperunt, vel ad conversionem aliarum; huc enim spectat infirmitatis status ratio ad quam respeximus, atque ideo, illa non existente, virginum coenobium præferendum in legato existimo cæteris paribus, propter virginitatis prærogativam, sic declarans opinionem illam meam, quam scripsi *d. num. 47.*

3 Et hac stante declaratione apparet, illam non pugnare cum ijs quæ sup. scribimus, quæ potius prædicta sententia sic declarata coadjuvantur, tam cum virgines admittuntur, ut re ipsa patet, quam cum conversæ mulieres in casu quem explicuimus; nam, etsi eæ in casu illo virginibus præferantur, cum

preferuntur in statu honestè vivendi, sicut illæ, reperiuntur; & ipsius honestatis favor, cuius periculum subest in casu proposito, has potius vocat, quam illas quæ in tuto sunt; ijs enim succurrendum potius est, honestatis favore sic exigente, quarum honestas maius patitur discrimen. Quod insigni illo ac præclaro D. Nicolai exemplo edocemur, qui, cum cognovisset, concivem quendam suum tres filias jam nobiles, quas habebat, matrimonio collocare non posse, quia pauper erat, & de illarum pudicitia prostituenda cogitasse, singulari quodam modo omnibus competente dote succurrit, qua tres illæ virgines honestis viris in matrimonium datæ sunt; dubitare verò non licet, plures alias virgines, & honestas quidem per idem illud tempus in civitate illa in dotatas, & egenas existisse, idquè non latuisse primum Adolescentem, de quo legitur, quod parentibus orbatus facultates suas pauperibus distribuit; & tamen, ut insigni Christianæ benignitatis exemplum, illud in legenda illius specialiter commemoratur, & in officio ejusdem Sancti laucat. Ecclesia, quod egit erga tres virgines illas, quarum pudicitiam pater earum prostituere cogitabat; quia, scilicet, cautiùs agi debuit, & celerius occurri, ubi maius honestatis vertebatur discrimen. Quo argumento, ad legatum pro virginibus maritandis relicto, inter honestas præferendæ eæ erunt quæ maius amittendæ honestatis periculum patiuntur, sive à comesticis custodibus, sive à lascivis amatoribus, aut, aliunde periculum hoc eas pati, contingat.

4 Ad eundem etiam honestatis favorem, ac prærogativam pertinet, quod scripsit Angel. *in l. 1. col. 2. versic. Si verò quis Cod. qui testament. facer. poss. & cum secutus Socin. in l. servi electione §. labro ait, num. 5 ff. de leg. 1.* nempe, quod si ex duabus communis domus socijs vnus eam personæ honestæ locare intendat, alter in honestæ, in locatione illius præferendus sit, qui vult locare honestæ; sequitur Gom. 2. *tom. var. cap. 3. numer. 14 versic. Vnum tamen est.* Quod ampliandum est, ut procedat etiam si in honesta persona pinguiorem offerat pensionem, adhuc in locatione domus præferendus est socius qui honestæ iusta consuetaque pacta mercede locare vult; turpe enim lucrum centeri debet, quod supra justum consuetumquè pretium ab inhonesta persona offertur, ut honestæ in domus conductione præferatur. Ultra quàm, quod quæ inhonestè vivit, ad habitationem domus inter honestos vicinos constitutæ admitti non debeat, & admissa etiam è vicinia expelli possit; de quo scripsimus sup. art. 9. Quare, quod scripsit



scripsit Angel. loco citato de prælatione pinguiorem pensionem offerentis, de in honesta persona intelligens, vel est accipiendum in locatione domus lupanario destinatae de qua ante immediatè ibi loquitur; vel, si de locatione domus in loco honesto sita intelligit, non est probandum; cum in casu isto, qui locare vult honestæ personæ justam mercedem offerenti præferri debeat. In casu verò, quo domus lupanario destinata est, in honestæ personæ locanda potius est, ne dum si pinguiorem offerat pensionem, sed etiam si eandem, quam honesta persona promittit; tum, quia domus in lupanario sita, inhonestarum mulierum habitationi deputata est, & ideo socius qui illi locat, re communi vitur in detinatum usum; tum etiam, quia honestati magis expedit, ut mulier honesta inter inhonestas non habitet, nec cum illis conversetur.

§ Ad eandem honestatis causam pertinet, quod communiter traditur, spurios, & naturales etiam ad emphyteusim ecclesiasticam nominari non posse; *quæ fuit Bald. traditio in l. generaliter §. cum autem numer. 2. Cod. de institut. & substitution. ubi loquitur in bastardis, & addit, in feudo, & emphyteusi ecclesiastica non includi etiam si legitimati sint, quia non sunt legitimè nati; sequitur Salyc. ibi col. 1. versic. Hinc est, lal. num. 9. qui numer. sequenti. limitat nisi essent legitimati per subsequens matrimonium, & Dec. ibid. numer. final. idem Dec. in cap. probat. ubi hoc, ut commune tradit ex Bart. & alijs in l. ex facto §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. ubi Bart. numer. 8. in fin. scripsit, quòd ecclesia de his non cogitat, nec præsumendum est, quòd cogitaverit propter dignitatem suam, & quia tales naturales non possunt haberi sine peccato mortali, Gam. decis. 2. num. 1. ubi inquit, quòd tales naturales ecclesia odio habet quia impudicè nati sùt & in confirmationem adducit illud Bald. in Auth. si quas rurnas, numer. 3. in fin. Cod. de Sacrosanct. Eccles. ubi dixit, quòd non licet in loco honesto in honestas personas collocare, idem Gam. decis. 149. numer. 2. & decis. 377. numer. 2. communem tradunt Palæot. de noth. & spur. cap. 31. in princip. Clar. in §. emphyteusis, quest. 30. & sequenti, Mena in adust. ad Gam. d. decis. 2. & pluribus citatis Corbul tract. de causis ex quib. emphyteus. jure suo privatur cap. 2. titul. de caus. privationis ob lineam finitam, num. 54. & 76. qui contra communem idem probare contendit etiam in emphyteusi à privato recepta, ex numer. 56. ubi late prosequitur; in ecclesiastica verò idem pluribus relatis cum communi tradit Valasc. conf. 134. numer. 7. & conf. 147. numer. 10. tom. 2.*

Cald. de eligend. potestat. cap. 13. num. 1. versicul. Et videtur, & de nominat. emphyt. quest. 7. numer. 39. latissime idem Author eod. tractat. quest. 19. & a num. 28. cum sequentib. & quest. sequenti ex num. 1. ubi num. 3. cum citatis ab eo contra Bald. & alios quos refert, & sequitur Gam. d. decis. 2. num. 8. idem probat etiam in casu quo ecclesia à principio spurio, aut naturali emphyteusim concessisset; quòd plerique probant, ut fatetur Palæot. d. cap. 31. numer. 4. *quanvis ipse cum Bald. teneat.*

6 Cujus receptissimæ sententiæ ratio fundamentalis in honestate consistit, quam diligit ecclesia, & per contrarium, concubinariam commixtionem, ac simplicem etiam fornicationem, sine qua illegitimi filij suscipi non possunt, odio habet; iacircò in concessione emphyteusis cum nominandi potestate non intelligitur de nominatione illius, qui concedenti odibilis est, *juxta text. quem in proposito Doctor. adducunt, in l. Lucius §. Lucius Titius Damam ff. de leg. 2. Ex qua ratione infertur primò, quòd, etsi nominandi facultas concedatur per verba liberam nominantis voluntatem importantia, adhuc illegitimus illa non includitur, quia non est præsumendum, quòd ecclesia de illo cogitaverit, qui sine peccato mortali haberi non potest; quæ est ratio quam scripsit Bart. in d. l. ex facto §. si quis rogatus numer. 8. cujus dictum ibi, notabile vocat Abb. & singulariter notandum monet in cap. in presentia, numer. 25. in princip. de probat. Et sanè nuncupata ratio præsentem etiam casum comprehendit; unde & pro eo Bart. mentem esse, fatetur Gam. d. decis. 2. num. 3. atque etiam decis. 149. numer. 3. licet utrobique, & rursus decision. 377. numer. penult. contrarium magis probet in generali concessione facta per verba liberam omnino voluntatem importantia, ut puta, si dicatur, quòd nominare possit emphyteuta quem voluerit; qua in specie idem tenet Afflict. decision. 386. in causa petitionis, num. 6. Cald. d. quest. 19. numer. 27. & sequenti, & numer. 64. & quest. sequenti numer. 8. contra quos est mens Bart. in ratione ab eo scripta dict. §. si quis rogatus, numer. 8. quæ hunc casum sine dubio comprehendit.*

7 Nec obstat l. cum quidam 14. in princip. ff. de leg. 2. ex qua Doctor. communiter colligunt, quòd ubi eligendi facultas datur per verba, *Quem volueris*, etiam indignus, & testatoris inimicus eligi poter; cujus text. argumento ad casum præsentem pro contraria sententia moventur, qui eam probant. Sed respondendum est, differentie rationem dari inter liberam eligendi facultatem ad rem suam à testatore datam, & liberam nominandi ad



ad emphyteusim potestatem ab ecclesia concessam; priori enim calu etiam indignus, & testatoris inimicus eligi potest, tanquam verborum proprietate comprehensus, juxta quam mens testatoris intelligitur in rei suae dispositione; & quia est testatoris mente id venit, quae cessat in inimicitijs post factum testamentum contractis *l. 3. §. final. ff. de adimend. legat.* etiam ex liberae electionis commissione non poterit eligi is qui post testamentum conditum de testatore male meruit, ut tenuit Bald. *d. l. cum quidam, question. 1. quem refert, & sequitur Paul. ibi numer. 2. notabilem reputans limitationem ad text. illum;* at verò in ecclesia hæc voluntatis erga naturales ratio cessat; quia enim ecclesia honestatis cultrix maxima est *cap. innotuit, de elect.* etiam si concessionis verba liberam importent nominandi facultatem, secundum proprium significatum, non sic accipienda sunt, ut dicatur, voluisse ecclesiam, in honestam personam in loco honesto collocari, contra id quod dixit Bald. *in Authent. si quas ruinas, numer. 3. C. de Sacrosanct. Eccles. per text. in l. si qua C. de spectacul. libr. 11.* quod de illa præsumendum non est, ut notabiliter dixit Bart. *d. l. ex facto §. si quis rogatus, numer. 8.* Sunt ergo concessionis verba quantumcunque liberam nominandi facultatem ex proprio significato importent, sic accipienda, ut salvum semper maneat honestatis jus, & causa, propter præsumptam ecclesiae concedentis mentem, quae verbi proprietati præponderare debet, nec hoc mirum, quando, & ad speciem *dict. l. cum quidam,* privati mens prævalet contra verbi proprietatem, ut cernitur in limitatione de qua sup.

8 Sanè Valalc. *noster conf. 134. num. 18. versic. Item non obstat, & num. sequenti tom. 2.* hanc, quam tuemur sententiam probat, diversa tamen ratione; existimat enim, naturalium, ac spuriorum exclusionem non pendere ab ecclesiae concedentis voluntate, sed potius à juris Pontificij potestate, secundum quod, illegitimi in emphyteusi ecclesiastica succedere prohibentur quasi incapaces illius; atque ita secundum eam de concessionis verbis curandum non est; & idem censet, licet non ita explicitè *conf. 147. num. 16. & final. in fin. d. 2. tom.* In quo cum illo non convenio, illiquè aperte refragatur Bart. ratio communiter recepta *d. l. ex facto §. si quis rogatus, num. 8.* secundum quam, illegitimorum exclusio ab emphyteusi ecclesiastica ab ecclesiae concedentis voluntate pendet, quae non præsumitur de talibus cogitasse; & ita ex Bart. & communi tradit Cald. *d. quest. 20. nu. 7.* Nec quidem contrariam ecclesiae voluntas præsu-

menda ex eo est, quòd nominandi potestatem concesserit per verba liberae voluntatis, ut tradidimus.

9 Secundò, & principaliter ex eadem communis sententiae ratione infertur, quòd ad emphyteusim Ecclesiasticam nominari non poterit in honesta ac turpis persona, quae, inquam, in concubinato, aut alias luxuriosè vivit; si enim naturalis nominari non potest juxta communem traditionem, quia ecclesiae odibilis est, & ideo odibilis, quia in honesto, & luxurioso complexu, in quo non ipse, sed parentes ejus peccaverunt, susceptus est, profectò multò magis odibilis, & de ecclesia male meritus existimandus est qui proprium portat peccatum luxuriosè vivens; non est ergo is ad emphyteusim ecclesiasticam assumendus ex mente communis cum ratione illius, Et sanè sententiam hanc confirmat illud quod scripsit Bald. *d. Auth. si quas ruinas, numer. 3. in fin.* ubi ait, quod licet quis possit, recipere emphyteusim ecclesiae pro te, & uxore, secus tamen videtur in concubina, pro ratione subjungens, quia non licet in loco honesto personas in honestas collocare *d. l. si qua C. de spectacul. libr. 11.* quod dictum cum ratione illius præsentis casui bene còvenit, multòquè proprius huic, quam præcedenti prædicta ratio adaptatur; qui enim turpem vitam agit in concubinato, vel alias luxuriosè vivendo, in honesta persona verè ac proprie est, verèquè ac proprie inhonestae personae nomine notatur, multò magis, quam ille qui non propriam, sed alienam, parentum, scilicet suorum in honestatem secum portat; si ergo hic qui in honesta persona quodammodo censetur, in loco honesto collocandus non est, multo minus collocari debet qui inhonestae personae verè ac proprie est, ac propterea rei domino detestabilior illo.

10 Tertio infertur ad jus nostrum Regium, quo statutum extat, naturalem filium, cujus pater habet emphyteusim ecclesiasticam, illo ab intestatò mortuo, legitima sobole non extante, nec aliquo nominato, succedere in eam, quasi à parente ipso tacite nominatum, *ord. lib. 4. titul. 36. §. 4. quod in antiquis habebatur libr. 4. titul. 62. §. 4.* Notanda verò est lex Regia, ut hoc obiter annotemus, quae hoc ita statuit in naturali, nedum ex plebeio patre nato, sed etiam cujus pater nobilis esset, ita ut ei ab intestatò haeres esse non posset secundum jus ipsum Regium *ord. libro quarto, titul. 92. §. 1. de quo scripsimus sup. artic. 12.* atque ita eveniet, quòd patre nobili decedente abique legitima sobole, & nulla facta nominatione, naturalis filius succedet in emphyteusim, cum alij, proximiores,



res, inquam, abintestatò patris hæredes sint. In spurio verò diversum jus traditur, qui non capit emphyteusim, præterquam si à Rege legitimatus ita sit, vt patri abintestatò succedere possit, vt habetur *d. titul. 36. §. 4. in fin.* atque ita non sufficiet legitimatio, vt patri ex testamento succedere possit, quæ apud nos est communis legitimatio forma, vice fungitur. Et diversitatis ratio inter naturalem, & spurium ad emphyteusis successionem ex jure Regio in casu prædicto, ex eo est, quia spurius nec communijure, nec nostro capere quicquam potest ex testamento patris præter alimenta, & hæc, quando aliunde non habet unde alatur; at verò naturalis ex nobili patre natus ex testamento illius capere potest si legitima proles non extat, vt *d. titul. 92. §. final.* huic igitur, qui paternæ successionis nõ ad eò est incapax, emphyteusis defertur in casu prædicto; spurio verò non tanquam paternæ successionis prorsus incapaci jure ipso, etsi ad illam ex testamento sit habitatus dispensatione Principis. Atque ita tam diversimodè circa naturalem, & spurium jure nostro cautum est *d. titul. 36. §. 4.*

114. Circa quam ord. dubitatum sæpe est, an illa in emphyteusi etiam ecclesiastica locum habeat; & pro parte negativa, testatur *Gal. tract. de nominat. emphyt. quest. 7. num. 39.* pluries senatum nostrum judicasse, emphyteusis ecclesiasticæ successionem filij naturalibus negantem, tanquam exosis, & ecclesiæ inimicis, & ibi hanc sententiam tenet, & rursus *quest. 19. numer. 21. eod. tract.* secundum quam multoties judicatum fuisse, testatur etiam *Valalc. conf. 134. numer. final. tom. 2.* vbi tamen fatetur, quod his temporibus magis recepta est in praxi contraria opinio, vt lex Regia procedat, & practicetur etiam in emphyteusi ecclesiastica, quoad naturales tantum, subditque, quod ipsi viderint, quantum hoc juri consonum sit, planè significans, prior sententiam veriorẽ esse; quam ibidem late defendit etiam in specie emphyteuticæ investituræ cum libera nominandi facultate; qui tamen hac in specie contrarium respondit, *conf. 147. d. 2. tom. id intelligens ibid. numer. penult.* quando ecclesia nominationi filij naturalis non resistit; quod tamen non satis convenit cum eo quod dixerat *d. conf. 134. numer. penult.* & repetit *d. conf. 147. numer. 16.* nempe, naturalium exclusionem ab emphyteusi ecclesiastica, non pendere à voluntate ecclesiæ concedentis, sed potius à jure ipso Pontificis, quod odio habet, & respuit ejusmodi filios; si enim, semota ecclesiæ voluntate, jure ipso prohibentur, in emphyteusi ecclesiastica succedere, vt ille existimat, profecto ni-

hil refert, an nominationi filij naturalis ecclesia resistat, aut consentiat, quòminus pro nulla habeatur quæ de persona inhabili facta appareat, juxta sententiam quam nuncupatus Author in distinctè probaverat *dist. conf. 134.*

Contrariam verò sententiam, quod lex Regia naturales admittens ad emphyteuticam successionem, in ecclesiastica etiam locum habeat, tuetur *Gam. decis. 2. num. 5. & 6.* vbi pro hac multoties fuisse judicatum refert, & eandem tenuit *decis. 149. num. 6.* vbi etiam pro ea judicatum fuit in utroque senatu in causa de qua ibi; semperque eo motus est fundamentum, quia vtile dominium quod habet emphyteuta, seculare reputatur, & secularis Principis jurisdictioni subiectum, vt statuere possit circa illud, sicut circa personam ipsius secularis emphyteutæ; quod ultra citatos à *Gam.* tenuerunt plures, quos retulit, & secutus est *Valalc. de jur. emphyt. quest. 17. numer. 12. & d. conf. 134. numer. 13.* unde lex Regia loquens de naturalis filij successione in emphyteusi paterna, in ecclesiastica etiam est accipienda, quam statuto suo concludere lex potuit, vt ultra citata loca tenuit etiam idem Senator Regius *Gam. decis. 377. numer. final.*

Cæterum, prior sententia tenenda est; nam, etsi demus, vtile dominium emphyteusis ecclesiasticæ, laicum censerì propter possidentis personam, non satis hoc est, vt de eo lex Regia intelligatur resistente ecclesiæ voluntate in ipsa emphyteusi investitura; cum nec adversus privati laici voluntatem lex Regia praticari debeat; ponamus enim, quod laicus rem suam in emphyteusim dedit cum pacti conventionem, ne naturalis filius in illam succedere possit; sanè valere conventionem, quæ bonos mores nullatenus offendit, dubitare non heet, & per consequens, naturalis filius deficientis prole legitima, in emphyteusi non succedet, limitata sic *ord. d. titul. 36. §. 4.* non quidem, quia dominus rei, sive vtile, sive directum simul dominium spectemus, de jurisdictione Principis legislatoris nõ sit, sed quia adversus justam, & honestam contrahentium voluntatem statuere voluisse, credendum non est; sic ergo in casu ecclesiasticæ emphyteusis, demus, vtile dominium, secularis Principis jurisdictioni subesse, non id factis est, vt ex lege Regia naturalis filius in illam succedat in casu de quo ibi, propter tacitam ecclesiæ voluntatem in contrarium in concessione rei suæ legitima præsumptione subintellectam, secundum *Bart. communiter receptum in d. l. ex facto §. si quis rogatus, num. 8. ff. ad Trebell.* quod enim expressa operaretur volun-



voluntas, operatur & tacita, juxta *reg. l. cum quid ff. si cert. petat.* Atque ita, si communis sententia ex ratione quam scripsit Bart. *dict. num. 8.* & probant communiter Doctores, tenenda est, utique, & ad jus nostrum Regium probanda hæc erit.

12. Quartò inferitur, legitimè natum ex naturali, aut etiam ex spurio, ad emphyteusim ecclesiasticam nominari posse, quod tenuit Cald. *de nominat. emphyteut. quest. 19. numer. 52. versicul. Quod ego, contra Gozadin. conf. 46. num. 15.* & Ruin. *libr. 1. conf. 158 num. 7.* ab eo relatos *ibid. numer. 35.* Nec obstat, quòd ejusmodi nepos à radice infecta, & repulla procedit, idcirco, ipse quoque quanvis legitimus sit, repellendus videtur, ut ad maioratus successionem communiter observatur, ad quam, exclusa radice, & omnes qui ex ea procedunt, censentur exclusi, *Gom. l. 40. Taur. num. 61.* & pluribus citatis tradit Pinel. *in l. si viva matre, num. 19. C. de bon. matern. Pelaez de maiorat. 2. part. quest. 6. à num. 52. Molin. de primogen. Hispanor. lib. 3. cap. 5. n. 41.* & sequenti; respondetur enim, non valere argumentum de maioratu, qui conservandæ familiæ causa instituitur, ad emphyteusim liberæ nominationis, ad quam persona extranea nominari potest; in illo enim excluso naturali filio, aut fœmina quia per eos familia non conservatur, & omnes qui ex illis procedunt, ex eadem ratione meritò censentur exclusi; at verò in emphyteusi ecclesiasticæ liberæ, naturalis excluditur ex tacita ecclesiæ concedentis voluntate, quia sine peccato non suscipitur, secundum Bart. *d. l. ex facto §. si quis rogatus, num. 8.* & quia non licet, personam in honestam in loco honesto collocare, secundum Bald. *in Auth. si quas ruinas, num. 3. in fin. C. de sacrosanct. eccles.* quæ quidem ratio in idem tendit, quod prior; & si hoc, sive illo modo eam spectemus, in eo qui legitimè natus est tametsi ex naturali, aut spurio susceptus sit, non invenitur; qui enim legitimis nuptiis procreatur, sine peccato quidem, & honestè suscipitur; ex quo in honesta persona dici, nullo modo potest, nec ut exosus, & ecclesiæ inimicus considerari potest.

13. Qua ratione sententia ista, non solum in expressa nominatione tenenda est, sed, & in tacita, ac legali, de qua in *ord. nostratib. 4. titul. 36. §. 4.* si enim ecclesiæ emphyteuta, intestatus decedat absque legitima sobole nulla facta nominatione, relicto nepote legitimo ex naturali, aut etiam ex spurio filio suscepto, paterna incapacitas non obstat nepoti, quominus, quasi tacita avi voluntate nominatus in emphyteusi succedat; ratio enim quam

sup. expendimus ad naturalis exclusionem in terminis juris Regij *d. §. 4.* nempe, præsumpta ecclesiæ voluntas in concessione emphyteusis, cessat in nepote legitimo ex filio naturali nato; atque ideo, quia ecclesiæ voluntas successioni illius non resistit, ad legem Regiam pertinet, sive quia utile dominium, circa quod lex disponit, laicum reputatur, secundum plurimorum sententiam, sive quia successio illa de qua lex agit, tacita nominatione venit à lege ipsa subintellecta, cui ecclesiæ se conformare vita est, quandiu personæ qualitas aliud non tuadet. Unde, retento eodem themate, si emphyteuta ecclesiæ moriatur relicto filio naturali, & nepote legitimè nato ex eodem filio, aut ex alio naturali, succedet nepos patre, & patruo exclusis, qui ex propria persona, tacitaque nominatione succedit, cujus illi sunt incapaces propter voluntatis defectum in ecclesiæ concedente, ut dictum est sup. Nec verò mirum videri debet ut nepos, cujus pater ad successionem emphyteusis avitæ incapax ipse sit, & habilis, quando ad testamentariam successionem bonorum ipsius avi hoc reperitur, ut nepos ex filio spurio, qui à patre institui non potest, avo hæres esse possit ex testamento illius, secundum Bart. *communiter receptum in l. Gallus §. quid si is ff. de liber. & posth. de quo egimus sup. art. 13. numer. 24.*

14. Dubitari verò magis potest, an eadem resolutio ad jus Regium tenenda sit in emphyteusi privata. Et dubitandi ratio est, quia lex Regia *d. §. 4.* in terminis de quibus *ibi*, naturalem filium admittit ad emphyteusim, quod de privata est intelligendum, & non de ecclesiastica, ut tradidimus sup. atque ideo, cum naturalis filius ejusmodi emphyteusis capax lege sit, videtur, quòd filio suo sit præferendus tanquam gradu proximior. Per contrarium verò, quòd à nepote repelli debeat, urgent maxime verba legis, quæ tum demum naturalem filium vocant, quando legitima proles non extat, ut patet in *d. §. 4. ibi, E não havendo descendente legitimo por morte do foyeiro, posto que aja ascendente legitimo, haverá esse foro o seu filho natural se o tiver, ainda que seu pay fosse cavalleiro.* Atque ita, cum adsit in proposita specie descendens legitimus, videtur, quòd naturali filio locus non sit, si verbis legis adhaerendum est; secundum ea, namque, nepos legitimus, tametsi ulterioris sit gradus, aditum filio naturali præcludit; porro, lex non requirit, ut legitimus descendens ulterioris gradus, quem naturali filio præponit, ex legitimo quoque parente susceptus sit generaliter, & indistinctè loquitur; quòd circà sic est accipienda prout ejus verba sonant, nec



nec nos amplius requirere debemus; præsertim, quòd negari non potest, quòd omni jure, ad civiles, moralesque actiones nepos legitimus ex naturali, aut spurio filio susceptus, melioris conditionis sit, ac favorabilior, quam pater ipsius; quòd vel saltem communi illa Bart. traditione in d. l. Gallus §. quid sitis, edocemur.

15 Postremo ex ijs quæ dicta sunt inferri videtur, quòd si emphyteusis privata sit concessa à persona aliqua nobili, aut in dignitate constituta, non possit ad eam quispiam illegitimè natus nominari, ex ratione, qua ad ecclesiæ emphyteusim nominari nequit; ratio enim in illa est, præsumpta ecclesiæ voluntas inde collecta, quòd, quia honestatis est cultrix, non creditur cogitasse in libera nominandi potestate de persona in honesta, qualis illegitimè natus reputatur, quia parentum turpitudinem, qua susceptus est, secum portat; quæ præsumptæ voluntatis ratio etiam in nobili persona locum sibi vèdicat; in nobilibus enim maior requiritur honestas, vt notatur in l. si qua illustris C. ad Orfician. & tradidimus sup. art. 13. atque ideo, si nobilis, seu aliàs in dignitate constitutus rem suam in emphyteusim dedit cum libera nominandi facultate, non est præsumendum, quòd de persona in honesta cogitaverit, tanquam odibili sibi, & exola, vt in ecclesia dicitur.

16 Confirmatur hoc ex eo quòd tradunt communiter Doctores de filio naturali ad substituti exclusionem; id enim ex conditione ac qualitate personæ testatoris coniecere solent, per text. ibi, in l. ex factis §. si quis rogatus 1. ff. ad Trebell. vbi Bart. num. 1. inquit, quòd si est homo positus in dignitate, non præmittitur de naturali filio sensisse ad substituti exclusionem, quia in hominibus positus in dignitate ista soboles magis abhorretur; quòd ultra Ordinarios ibi, & in cap. in presentia, de probationib. tradit Cost. in l. Gallus §. & quid sitantem 5. part. nu. 72. ff. de liber. & posthum. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. libr. 3. titul. 1. numer. 10. Molin. de primogen. Hispanor. lib. 3. c. 3. n. 42. & 44. Alvarad. de coniectur. mente defuncti lib. 2. c. 1. §. 1. n. 14. Cald. de nominat. d. quest. 19 n. 32. Peregrin. de fideicommiss. artic. 28. num. 47. vbi inquit, quòd Bart. omnes indifferenter sequuntur. Quæ coniectura ex dignitate, seu nobilitate testantis sumpta adeò potens est, vt si gravati conditio illi repugnet, quia fortè ille naturalis sit, aut aliàs ignobilis, testatoris conditio attendi nihilominus debeat, vt probat Alex. dict. §. si quis rogatus num. 4. secutus Angel. ibi, per text. in l. generaliter §. cum autem C. de institut. & substitutio. quos contra Rip. d. §. si quis rogatus

nu. 13. & 16. sequitur Peregrin. d. artic. 28. nu. 48. Et quòd testatoris dignitas operatur, idè in hoc vitæ illius honestatem operari, tradidit Bart. d. §. si quis rogatus nu. 2. vbi alij sequuntur, & notabile reputat Alex. ibid. nu. 5. Alvarad. d. cap. 1 §. 1. nu. 18.

17 Prædicta verò voluntatis coniectura sumpta ex qualitate testatoris, etiam ad maioratus successionem vt solènt Nostrates, vt si institutor illius, nobilis fuisset, aut aliàs in dignitate constitutus, naturalis in illo non succedat; sed in hoc Molin. d. cap. 3. nu. final. aliter tenet, & melius quidem, ea ratione motus, quia vbiçumque agitur de commodo, & honore filiorum, nunquam filiorum appellatione naturales filij comprehenduntur, secùdum Bald. qui etiam in legitimato loquitur, in cap. per tuas, nu. 3. de probat. Tiraq. de nobilit. quest. 15. n. 11. cui rationi alia additur, nempe, maioratum ad familiæ conservationem institui, quæ non conservatur per naturales, quia non dicuntur esse de familia, & domo, nec de agnatione, aut etiam de cognatione parentis, vt ex communi Scribentium traditione tradit idem Molin. lib. 1. cap. 4. n. 46. inde inferens, quòd tales non succedunt in feudo, nec etiam in maioratu, nisi specialiter, & expressis verbis vocati sint. Quæ ratio naturales à maioratus successionem removet etiam si institutor illius, non nobilis, sed inferioris ordinis esset. In emphyteusi verò, in qua de familiæ conservatione nõ agitur, hæc ratio cessat; & præcedens etiam, quia de filiorum commodo, & honore non agitur, quando libera conceditur nominandi facultas, cuius virtute & extraneus nominari rectè potest omissis filio; atque ita videtur, quòd ad naturalis nominationem recurri debeat ad qualitatem domini cõcedentis juxta supradicta.

18 Nihilominus tamen, in emphyteusi privata tenendum est, nominari posse naturalem etiam si dominus quid dedit in emphyteusim, nobilis sit, aut quavis præditus dignitate; quia et si nobiles magis deceat honestas, & vitium illi contrarium in illis magis abhorreatur, quam in alijs hominibus; tamen illi vitium hoc, & peccatum non ita abhorret, vt ecclesia, quæ honestatis, & castitatis maxima est cultrix, ex quo nulla exuberat voluntatis coniectura ad exclusionem naturalis etiam in libera nominandi facultate, vt sup. traditum est; quæ coniecturam non ita parit castitatis, & honestatis amor in nobilibus personis desideratus, unde, quòd in ecclesiastica emphyteusi, speciali quadam voluntatis coniectura optimo nixa fundamento traditum est, ad secularem, vbi illa ratio ita non urget, trahi non debet, sed si verba naturalem non excludunt, juxta eorum tenorem admitti debebit.



Nec obstat communis traditio in d. §. *si quis rogatus*, quia loquitur, quando testator substituit honorato si sine liberis decessisset, quo casu dubium erat, an de naturali etiam intelligeretur ad substituti exclusionem; & in ambigua voluntate ad conjecturas recurritur, inter alias verò, pro negativa parte sumitur ex dignitate ejus qui fideicommissit, *ut in d. §. si quis rogatus*. Cujus *text.* argumento ad emphyteusim privatam pro filijs receptam vti possemus, ut in illa distingueretur inter nobilem concedentem, & plebeium, facto argumento de ultimis voluntatibus ad contractus, cum Alex. in d. §. *si quis rogatus*, n. 21. prope finem, versicul. Sit ergo conclusio, ubi post multa in hac eadem specie hœcitur argumēto pro hac parte, & magis cōmūnem dicit cōmūnem etiam fatetur Dec. licet illi non assentiat, in c. *in presentia*, n. 46. *de probat. qua de relatè Cald. d. q. 19. ex n. 9. cum sequentib.*

At verò noster casus dissimilis est, quia non est de emphyteusi privata pro filijs nominatim recepta, sed de emphyteusi libera; atque ita ultimæ voluntatis argumentum, de quo in d. §. *si quis rogatus*, cum ibi notat. ad præsentem casum nullatenus pertinet. Probanda est ergo in illo affirmativa sententia.

19 Quæ finè dubio tenenda est jure nostro Regio attento, quo indistinctè cavetur, ut naturalis filius deficientibus legitimis in emphyteusi succedat, in terminis *ord. libr. 4. titul. 36. §. 4.* quam aliqui ex Nostri adeò generaliter, & indistinctè acceperunt, ut etiam in ecclesiastica intellexissent; quod sup. refellimus, legis verò generalitatem in sæculari agnoscimus, ita, ut etsi dominus qui concessit, nobilis esset, aut alias in dignitate posius, naturalis filius in emphyteusi succedat tacita nominatione, de qua in d. §. 4. & expressa etiam, juxta investituræ tenorem, cum naturales cōprehendit, sicut quamlibet aliam personam extraneam, quod illud etiam suadet, quod etsi pater nobilis sit, cui secundum jus idem Regiū d. *libr. 4. titul. 92. §. 1.* naturalis filius ab intellectato succedere nequit, succedit tamen in emphyteusi in terminis *dist. §. 4. de quo sup. egimus.*

20 Ultimò, ut circa spurij, & naturalis successorem, & nominationem ad emphyteusim, ita circa honores etiam, & dignitates, an ad illas illegitimè nati promoveri possint, varias Doctores nostri excitant quæstiones, ut videre est apud Bermond. Choveron. *de publicis concubinar. verb. Qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, a numer. 82. cum sequentibus*, Gambar. *tractat. de auctoritat. legat. de latere libr. 7. ubi a numer. 58. cum sequentibus* disputat, an illegitimus generaliter dispen-

fatus, ad Cardinalatus dignitatem euehi possit & an ad Episcopatum, & alia in propositum tractat *ibid. ex nu. 156 late Palæot. de notib. & spur. c. 56. cum duobus sequentibus. qui d. c. 59. n. 7. in fin.* de communi sententia ad quascunque dignitates pro parte negativa testatur, secundum quam subdit, illegitimos absque speciali privilegio doctores creari non posse, quia doctoratus, dignitas est, cujus illi sunt incapaces, juxta communem pro qua citari solet *text. in l. honor §. de honoribus*, ibi, *Item origo naturalium, ff. de munerib. & honor.* cui tamen Palæot. ipse d. c. 56 n. 8 non assentitur, quin potius contrarium pro certo reputat, nempe, illegitimos, ad quemlibet posse euehi honoris gradū, idquè apertè legibus nostris decisū existimat per l. *generaliter §. spurios ff. de curionib.*

21 Ego modò, ne ultra propositum meum egredi videar, omiſſa disputatione circa honores alios, & dignitates alias, de promotione ad doctoratum specialiter agam, de quo his diebus consultus, pro parte affirmativa respondi in persona Religiosi cujusdam, qui non spurius, sed naturalis filius erat; & tamen, absque illegitimitatis dispensatione non posse cum ad doctoratus, seu magisterij gradum in sacra Theologia euehi, opponebatur. Quod loquens in spurio tradidit Cardinal. *in proœm. Clement. in princip. col. 2. num. 4. idem Cardin. in Clem. cum sit, num. 14. in fin. de Magistr.* ubi in illegitimè natis generaliter loquitur; quam sententiam in puncto juris veriore esse, existimat Bermond. *dict. verb. Qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, num. 82.* ubi tamen subdit, quod contrariam quidam probant in *cap. perpendimus, de sentent. excommunicat.* quia doctoratus, non est honor qui competit alicui ratione publici officij, sed solum cōpetit spurio ratione privati officij, & consuetudo posteriorem hanc sententiam approbat, ut idem Card. fatetur d. *Clem. cum sit, nu. 14. in fin. & Pet. Lenauder. tract. de privileg. doctor. 1 part. quest. 21.* ubi, loquens in spurij ait, quod quotidie doctorantur, & quod non servatur, quod doctorari non possint, & ita etià de jure sentit idem Author *ibid.* quod nuncupatim, ac securè probat Palæot. d. c. 56. n. 8. ubi scripsit, quod hodie passim spurij omnibus doctorum insignia concedi videmus, & addi dit, quod, quanvis aliqui sentiant, id consuetudine introductum esse, ipse tamen, ne dum consuetudine, sed & jure multo ante cautum credit, quod consuetudo deinde temper approbavit, quæ optima dicitur legum interpret, l. *si de interpretatione ff. de legib.*

22 Sed obstat *text. in cap. final. de filijs presbyteror.* quatenus ibi prohibet Summus Pontifex, quemquam illegitimè natum ad dignita-

nitat  
Apo  
doct  
jus v  
ibi,  
Bart  
dico  
gistr  
final  
diac  
roga  
re sta  
optio  
dis,  
noni  
zuti;  
mag  
nim  
sunt,  
atque  
cap. f  
grad  
23  
confu  
final  
ratus  
non p  
vati,  
solum  
venit  
deber  
bus ff  
blicæ  
no sp  
na sua  
beat c  
curion  
De  
magi  
noris,  
sed se  
quasi  
tioris  
& eru  
subor  
seu, m  
recip  
docer  
tatem  
d. clem  
cum h  
collat  
qualit  
per ac  
qui di  
gradu  
intenc  
aliud l



nitates, & personatus promoveri, absque Sedis Apostolicæ dispensatione; qua prohibitione, doctoratus, & magisterij gradus comprehensus videtur, tam sub verbo, *dignitates*, de quo ibi, doctoratus enim, dignitas est, ut scripsi Bart. in rubr. de novo Codice faciend. §. 1. nu. 10. dicens, de hoc esse casum in cap. quanto, de magistr. quàm sub verbo, *personatus*, de quo in d. c. final. est enim personatus, ut explicat Archidiaconus in cap. 1. de consuetud. lib. 6. quædam prærogativa in ecclesia sine jurisdictione, ut habere statum honorificum in choro, in capitulo, in optionibus, in processionibus, in vocibus dandis, & similibus, plusquam alij ordinis sui canonici, & non tanquam alij in dignitate constituti; quæ omnia religiosi sacre Theologiæ magistris in monasterijs suis conveniunt; eo enim ipso, quod tales magistri sunt, alijs qui non sunt, in choro, capitulo, & similibus præcedunt atque ita videtur, prohibitionem de qua in d. cap. final. ad doctoratus quoque, & magisterij gradus pertinere.

23 Contrarium tamen est tenendum, quod consuetudine receptum est; & ad *text. in d. cap. final.* respondetur primò, quòd, etsi doctoratus, dignitas sit, talis tamen est dignitas, quæ non provenit ratione muneris publici, sed privati, cujus spurius incapax non est, sed ejus solummodò quæ ratione muneris publici provenit, ad quam, natalium originem attendi debere, præcipit *text. dist. 1. honor §. de honoribus ff. de munerib. & honor.* Nec quidem publicæ dignitatis, ac muneris incapax omnino spurius est, admittitur, namque, si ex persona sua idoneus aliàs sit, & legitimum non habeat competitorem *l. generaliter §. spurios ff. de curionib.*


Deinde respondetur, quòd doctoratus, & magisterij gradus in scholis principaliter honoris, & prærogativæ causa non conferuntur, sed scientiæ, & doctrinæ causa, ut, inquam, quasi alijs scientia præstantiores, illo præstantioris scientiæ gradu insigniti alios edoceant, & erudiant, ad hoc enim doctoratus gradus subordinatus est, quod, & verbum, *doctor*, seu, *magister*, indicat; ideoque, ad gradum hunc recipiuntur qui sapientes sunt, & habent docendi facundiam, & interpretandi subtilitatem, ut inter alia ad id requisita tradit Card. *d. clem. cum sit, num. 14. de magistr.* Atque ita cum hoc sit, quòd principaliter intenditur in collatione doctoratus, honoris, & dignitatis qualitas quæ venit in consequentiam illius, & per accidens, obstare non debet, quominus, qui dignitatis capax non est, ad eum scientiæ gradum admittatur, quo quòd principaliter intenditur ex natura rei, non est dignitas, sed aliud longe diversum; non enim principale

pendere debet ab accessorio *l. quod per manus ff. de jur. codicillor;* sed è contra accessorium principale sequitur, *regul. accessorium, de regul. jur. lib. 6.*

Tertiò, & ultimò respondetur, quòd *text. in d. c. fin.* planè loquitur in dignitatibus, & personatibus, qui pertinent ad ecclesiastica beneficia; loquitur enim ibi Papa cum Prælate ecclesiæ secularis, quæ talibus potitur beneficijs; quòd verba immediatè sequentia post illa, *dignitates, & personatus*, maximè persuadent, subditur enim statim, *& alia beneficia curam animarum habentia*; etenim dictio illa, *alia*, implicat similitudinem ad præcedentia, *juxta gloss. in l. si fugitivi C. de serv. fugitiv.* quæ ad hoc semper allegari, ait ibi Cepol. n. 18. *gloss. in cap. sedes, de rescript. tradit Tiraq. de legib. connubial. gloss. 5. num. 28 & 48. Covar. pract. cap. 25. num. 3.*

Atque ita, dum *text.* vetat, illegitimè natos promoveri absque Summi Pontificis dispensatione ad dignitates, & personatus, & alia beneficia curam animarum habentia, plane appellatione dignitatum, & personatum, ecclesiastica beneficia intelligit propter verba quæ sequuntur, *& alia beneficia, &c.* quæ similitudinis implicativa sunt; quòd gradui doctoratus, & magisterij nequaquam convenit, & per consequens, in illo *text.* gradus hic non intelligitur, quia nec verba illius id important, nec juris ratio extentionem talem patitur; si quidem prohibitio doctoratus in spurijs odiosa est, & contra publicum commodum; ad quod pertinet, ut qui alijs scientia excellit, scientiæ gradum adipiscatur, quo alios docere, & erudire possit; ad publicum item commodum spectat sapientium multitudo, *juxta illud Sapient. 6. Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarum.*

Non debet ergo ad hunc casum, quem verba *text.* non comprehendunt, extensio fieri; nec talis assumenda, est interpretatio unde prohibitio doctoratus viro docto indicatur, cum publicæ utilitatis detrimento; sed potius, cum talis prohibitio odiosa quidem, nec parum odiosa sit, & illa in jure scripta, & expressa non reperiatur, etiam in casu dubio non deberet admitti, cum odia restringi, & favores conveniat ampliari, ut dicit juris regula.



## ARTICULI XVII.

## SUMMARIA.

I Impedimentum justitiae publicae honestatis, quid sit, traditur ex D. Thom. quem omnes sequuntur.



- 2 Pontificium jus de impedimento publica honestatis, in duobus corrigitur sacri Concilij Tridentini decreto, nempe, quia non oritur ex sponsalibus invalidis; & cum valida sunt, non extenditur ultra primum gradum.
- 3 Proponitur questio, an ex matrimonio clandestino quod irritum est ab non servatam formam S. Concilij oriatur impedimentum justitiæ publice honestatis.
- 4 Pij V. Bulla refertur, qua declaravit, Concilij decretum de impedimento publica honestatis, in sponsalibus de futuro solummodo intelligi, & non de presentis contractis, sed in his antiquum jus per omnia servari debere. Ibid. versicul. Et sane.
- 4 Contra Sanch. probatur, ex matrimonio clandestino oriri impedimentum justitiæ publice honestatis, secundum jus antiquum in hoc non correctum decreto Concilij.

## ARTIC. XVII.

## De impedimento Justitiæ publice honestatis.

**I**ustitiæ publice honestatis impedimentum Ecclesiasticum est, Pontificio jure inductum ad impedienda, & dirimenda sequentia sponsalia, & matrimonia contracta cum consanguineis prioris sponsi, aut sponsæ ut probat *text. in o. juvenis cap. ad audientiam, c. sponsam, de sponsalib. cap. unic. eod. titul. libr. 6. cap. iteras, cap. duo pueri, de desponsat. impuber.* Definitur autem impedimentum istud à D. Thom. in 4. distinct. 41. quest. unica, art. prim. quest. 4. quem omnes sequuntur secundum Thom. Sanch. de matrimon. libr. 7. disput. 68. num. 1. tom 2. sic, *Est propinquitas ex sponsalibus proveniens, robur trahens ab Ecclesia institutione propter honestatem ejus.* Quam diffinitionem explicat Sanchez loco citato, ubi, & duabus disputationibus sequentibus de impedimento hoc fusè egit, ultra citatos ab Augustin Barbof Lusitano nostro Vamaranenti in *Remission. ad Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 3. de reformation. matrimonij.* Notanda verò sunt ultima diffinitionis verba, quæ sumpta sunt ex *text. in dict. cap. juvenis. ibi, tum propter honestatem Ecclesie; & manifestè ostendunt, solius honestatis causa, & intuitu impedimentum istud ab Ecclesia inductum fuisse; etenim honestum erat, ut frater cum sponsa fratris sui etiam illo præmortuo matrimonium non contraheret; & in contrahendis matrimonijs non solum quòd liceat, sed, & quòd honestum est attendi debet l. semper ff. de rit. nuptiar. l. semper in conjunctionibus ff. de regul. jur. ex quo, etiam civili jure ob eandem honestatis causam nec filius cum sponsa patris, nec pater cum*

filij sponsa matrimonium contrahere poterat l. si qua § 1. ff. de rit. nuptiar. § si uxor, instit. de nupt.

2 Sed Pontificium jus latius hoc extendit, usque ad quartum, scilicet, consanguinitatis gradum, quo circumscribitur impedimentum consanguinitatis, & affinitatis causa ortum *cap. non debet, de consanguinitat. & affinitat.* Cujus argumento idem tradit Abb. in hoc publica honestatis impedimento, in *cap. sponsam, num. 4. de sponsalib.* & ab omnibus ibi receptum dicit Covar. *de sponsalib. 2. part. cap. 6. §. 2. num. 1.* & pluribus ex Theologis, & ex juris peritis citatis pro more suo tradit Sanch. *d. disput. 68. num. 8. & num. sequenti* ex plurimorum sententia id ampliatur etiam cum sponsalia irrita erant, attento jure antiquo. At verò ex sacri Concilij Tridentini decreto *sess. 24. capit. 3. de reformatione matrimonij,* jus antiquum in duobus corrigitur; primo enim justitiæ publice honestatis impedimentum sustulit, ubi sponsalia quacunque ratione valida non erant, cum tamen antea ex sponsalibus puris, & certis, id est, nulla conditione suspensis, quanvis nulla essent, dummodo ex defectu consensus talia non essent hoc oriretur impedimentum, ut habetur in *text. d. cap. unic. de sponsalib. libr. 6.* Deinde statuit sancta Synodus, ut cum sponsalia valida fuerint, publice honestatis impedimentum primum gradum non excedat. Atque ita frater non poterit ducere in uxorem, fratris sui sponsam; poterit verò eam ducere, quisvis alius ulterioris gradus consanguineus; quòd si sponsalia cum priore fratre inita, quavis ratione valida non fuerint, poterit frater cum ejusmodi fratris sui sponsa matrimonium legitime contrahere.

3 Unde, quia hodie matrimonium clandestinum ex eodem Concilij decreto de reformatione matrimonij *cap. 1. dict. sess. 24.* irritum omnino est ex formæ defectu, ita ut nec valeat in vim sponsaliorum, ut concludit Sanchez *de matrimon. libr. 1. disputat. 10. numer. 3.* dubium est, an justitiæ publice honestatis impedimentum inde hodie oriatur; pro parte enim negativa facit, quia Concilium sustulit impedimentum ubi sponsalia invalida sunt, cujusmodi sunt ea quæ verbis de presentis conceptis contrahuntur non servata forma Concilij *dict. cap. 1.* quòd si verum est, qui clandestinè contraxit cum sorore una quam non cognovit, libere copulati alteri poterit, similiter, & fratre poterit ducere illam cum qua clandestinè contraxerat frater suus, quia affinitatis impedimentum non invenitur ubi copula secuta non est, & honestatis justitiæ impedimentum ex



ex clandestino matrimonio, quod irritum omnino est ex formæ defectu, non oritur; & ita tenet Sanch. *dict. libro septimo, disputat. 60. numero 13.* quanvis, si matrimonium ratum, alia de causa irritum sit, publicæ honestatis impedimentum ex eo oriri etiam post Concilium Trident. *probet ibid. numer. 5. contra Navarr. in summ. latina cap. 22. num. 58. Covar. d. cap. 6. §. 2. num. 2. & Ludovic. Lopez 2. part. instructor. cap. 50. ab eo citatos;* contra quos movetur Pij V. motu proprio edito anno 1568. qui incipit, *Ad Romanum spectat,* cujus verba refert, quæ satis declarant, decretum Concilij *d. cap. 3.* in sponsalibus de futuro duntaxat procedere, non verò in matrimonio rato, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat.

Et sanè, si Pontificis declaratio ad Concilij decretum tenenda est, quam teneri, idem Pontifex præcipit, & de hoc dubitare non licet, tum propter Pontificiam auctoritatem, tum propter rationes quibus ad sic declarandum motus est ab eo ibidem expressas, probandum utique est, *d. Concilij decretum in sponsalibus de præsentibus, ac proinde in matrimonio rato, & non consummato, quod nihil aliud est, quam sponsalia quædam de præsentibus, intelligi non debere; id enim Pontificiæ bullæ verba satis exprimunt, non solum quæ Sanch. retulit, sed, & antecedentia eorum;* postquam enim Pontifex præmisit, multos dubitare, an dictum œcumenici Concilij decretum *dict. cap. 3.* quo cavetur, impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli, ubi verò valida fuerint, non excedere primum gradum, in sponsalibus de futuro duntaxat deberet intelligi, an etiam matrimonia per verba de præsentibus contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita ut etiam eo casu impedimentum inde proveniens sublatum fuerit, quæstionem solvens, sic ait; *Nos itaque, ut omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quod sponsaliorum appellatione, qua dictum Concilium utitur, non nisi improprie matrimonium verbis de presenti conceptis contractum continetur, quòdque agitur de correctione juris veteris, quo casu secundò proprietatem verborum duntaxat procedendum est præsertim, cum longè maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præsentibus contracto, quam in sponsalibus de futuro vigere, à nemine dubitetur; idcirco motu proprio auctoritate Apostolicæ tenore præsentium declaramus, & diffinimus, decretum Concilij hujusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat*

*non autem in matrimonio sic (ut præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat; & ita ab omnibus judicari debere, mandamus, atque statuimus, non obstantibus, &c.*

Hæc Summ. Pontifex in *dict. Bulla,* quæ omnem prorsus dubitationem removent, ita ut dubitare non liceat, dictum Concilij decretum in matrimonio irritum locum non habere, sed circa illud ad jus antiquum recurri debere; quo stante, quando ex defectu consensus irritum non est, dubitare item non licet, publicæ honestatis impedimentum ex illo oriri, *juxta capit. unic. de sponsalibus lib. 6.* idquæ ad quartum usque gradum, *juxta Abb. sententiam in cap. sponsam, numer. 4. de sponsalibus.* communiter receptam. Atque ita constat, quòd bene advertit Sanch. *dict. disputat. 60. numer. 5. contra Navar. Covar. & Ludovic. Lop. ab eo citatos;* nec de sententia hac dubitandum est.

4. In eo verò quòd doctissimus idem Author *idid. num. 13.* sententiam hanc limitat in matrimonio clandestino, cui, nempe, parochi, & duplicis testis præsentia defuit, *secundum formam Concilij dict. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim.* assentire ei non potui; vel enim limitatio hæc procedit secundum Concilij decretum *d. cap. 3.* vel secundum jus vetus; non secundum Concilij decretum; quia illud ad sponsalia duntaxat de futuro pertinet, & non ad matrimonia, *juxta Pij V. declarationem, & determinationem in Bulla de qua sup. non secundum jus vetus, quia secundum illud etiam ex sponsalibus quavis ratione irritis, dummodo non sint irrita ex defectu consensus, oritur publicæ honestatis impedimentum, ut habetur expressè in d. c. unic. de sponsalibus lib. 6.* Atque ita apparet, quòd prædicta limitatio nullo jure procedit; & per consequens præsens casus sub juris antiqui dispositione manet, quod in matrimonio irritum dictum Concilij decretum non correxit, ut habetur in præcitata Pontificis Bulla.

Et non obstat, matrimonium de quo agitur, ex formæ defectu, quam præcipit idem Concilium *d. cap. 1.* irritum esse, & nec vim sponsaliorum habere; id enim agnoscimus; cæterum, quòd matrimonium irritum sit ex formæ defectu, nec valeat in vim sponsaliorum non est in causa, quominus, ex illo publicæ honestatis impedimentum oriri, dicamus; si quidem stando juri antiquo etiam ex sponsalibus omni validitatis robore carentibus hoc oritur impedimentum, & sola una ad id excipitur nullitatis causa *in d. cap. unic.* illa est quæ provenit ex defectu consensus; quia sanè consensus matrimonio non deest, tametsi



absente parochio de facto contrahatur libera contrahentium voluntate; atque ita exceptio illa in casu nullitatis ex defectu consensus firmat regulam in contrarium ad omnes alias nullitatis causas, ut quacunque alia de causa sponsalia nulla sint, sive de futuro, sive de presenti contracta, publicæ honestatis impedimentum oriatur ex illis; quod & ipsa *text. verba in d. cap. unic.* in sensu directo satis probant; postquam enim quædam nullitatis spõsaliorum causas expressit, subdidit verba illa, *aut alia quavis ratione sint nulla, dummodò non sint nulla ex defectu consensus.* Denique, non tantum verbis *text. in d. cap. unic.* & Pontificiæ Bullæ, sed, & perspicua etiam ratione ab ipsa honestatis justitia deducta, unde hoc provenit impedimentum, sententia ista facile cuiquam persuadere, potest; etenim, quòd fratre vnus eam habeat in vxorem, quam frater suus prius de facto matrimonialiter duxerat, negari non potest, quin honestos offendat obtutus; & multò magis si pater eam cum qua filius clandestinè contraxit, aut filius eam cum qua pater suus, postea ducat; quam honestatis offensam, nec civile jus apud Gentiles patiebatur, *l. si qua §. 1. ff. de rit. nuptiar.* multò minus ergo toleranda illa erit in Ecclesia Dei, quæ solius honestatis causa, & intuitu impedimentum hoc introduxit, ut ex definitione illius supra in initio relata constat.

## ARTICULI XVIII.

## SUMMARIA.

- 1 **B**eata Virgo Maria pulcherrima omnium mulierum omnibus excellit prerogativis honestatis, castitatis, & virginitatis, & duæ honestatis prerogative assignantur, & num. 2. & 3.
- 4 Duæ castitatis prerogative ejusdem Virginis traduntur.
- 5 Singularia quinque virginitatis Beatissima Virginis traduntur, & num. sequentibus.

## ARTICULUS XVIII.

&amp; ultimus.

*De excellentia, & prerogativa honestatis, castitatis, & virginitatis Beata Virginis Mariae.*

1 **H**onestas pignus est castitatis, & ornamentum; castitas virginitatis imago est; virginitas Angelicæ naturæ est imitatrix; *Eccolo accersivit, quod imitaretur in terris,* inquit D. Ambros. *libr. 1. de*

*virginib. & post alia, Nemo ergo miretur, si Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur.* Triahæc tororizant, & in vna eademquè persona interdum simul inveniuntur; felix cui ejuscemodi fors contigit; sed in beatissima Virgine Maria omnia, & singula felicissimam perpetuamquè mansionem fecerunt singularibus insignita prerogativis. Quod enim ad primum attinet, honestatis decor sic enituit in B. Virgine, ut splendor illius, honestatem ipsam intuentium animis infunderet, nec fineret, quemquam in honestum aliquid cogitare ad honestissimum Virginis aspectum; erat quidem pulcherrima, speciosissima inter filias hominum, sic eam vocat Albert. Magnus *in libr. de laudib. B. Virginis, quem refert Petr. Canis. de Maria Virginitate lib. 1. cap. 13. versic. Quæ omnia, prope fin.* cujus pulchritudinem, ubi de illa sermo incidit, passim Theologi extollunt; quam etiam naturali ratione desumpta ex optima complexione, & proportionem membrorum comprobant *Insignis Theologus Francisc. Suar. super 3. part. D. Thom. tom. 2. quest. 27. art. 1. disput. 1. sect. 2. versic. Secundò colligitur,* ubi etiam scripsit, quòd pulchritudo Rachel, & aliarum mulierum veteris testamenti figura fuit pulchritudinis Virginis; de qua, denique, scripsit Albert. Magnus *relatus a Canis. loco proxime citato,* non potuisse non eximia & incomparabili pulchritudine præditam esse, quæ multò rectius in ipsa, quam in Hester conjugè, & & Judith vidua, vel in Rachel; & Rebecca virginibus, Mariæ typum exprimentibus, prædicetur. Habuit, inquit, summum & perfectissimum in pulchritudine, quòd potuit esse in mortali corpore secundum statum viæ operante natura.

2 Et tamen ex illius aspectu, licet eximium, & admirabilem decorem Maria Virgo præ se ferret, nullum mortalium ad fædam carnis concupiscentiam solitum incitari, ex D. Bonaventuræ, & aliorum sententia tradit idem Canis. *d. tract. de Maria Virgine lib. 2. cap. 13. versic. Quid verò, in fin.* ubi subdit, ex illo venerando vultu, & corpore divinum aliquid, & virgineum frigidumquè prodijsserorem, qui ad impuritatem libidinemquè omnem spectantium restringendam, & arcendâ conferret, ac quasi Virgines germinaret, aut certè quidem ad maiorem vitæ honestatem provocaret; cui convenit, quòd ex D. Tho. *in 3. dist. 3. quest. 1. art. 2. question. 1. ad 4. & gravissimorum Theologorum judicio asserit Suar. loco sup. citato,* talem, scilicet, fuisse Virginis pulchritudinem, ut eam intuentes non nisi ad castitatem, & pudicitiam excitaret. Singularis sanè honestatis prerogativa, quæ ad pulcherrimum



rimum Virginis aspectum non sineret adesse in intuentis animo cogitatum in honestum; nempe, corporalis pulchritudo eximio honestatis decore perfusa ita erat, ut pulchrum sine honesto non videres. Oris loquela, corporis gestus, pedum gressus, omnia suavissimum ex se honestatis odorem emittebant, *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis? Cant. 7. Et D. Ambros. lib. 2. de Virginib. de B. Virgine loquens, Nihil, inquit, toruum in oculis, nihil in verbis procax; nihil in actu invere- cundum; non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulatio; ut ipsa corporis species, simulacrum fuerit mentis, figura probitatis.*

3 Adeo, ut nec lingua alias mendax, nec labia dolosa sacram unquam ejus pudicitiam attingere auderent; quod pro re magna & notabili sacris literis de Iudith, casta illa, & pulcherrima vidua memoratum est, *Et erat, inquit Iudith 8. hac in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde; nec erat qui loqueretur de illa verbum malum;* post alia ibi virtutum, ac laudum præconia, quasi magnum hoc, & mirabile ultimo loco scribitur, quod non erat, qui loqueretur de illa verbum malum. Iudith sanè typum gessit beatissimæ Virginis Mariæ; nec tamen ita magnum in illa fuit, cui Vir suus reliquit divitias multas, & familiam copiosam, quod non esset qui de ea malum verbū loqueretur, ut in Virgine paupere, & quæ filium habebat, quem opprobrijs multis, & maledictis blasphemantes animici ejus conviciabantur, & tamen de Matre propter eximiam ejus honestatem, & ipsa fronte enitentem nunquam locuti sunt verbum malum. Et quidem convenientissimum sic erat, ut de illa quæ honestatis ac pudicitie exemplar ac speculum vivum in orbe terrarum futura erat, nec iniquus mali aliquid unquam loqueretur; oportet enim, Sanctos, & ab his testimonium habere qui foris sunt, ut ait S. Ambros. 2. *super Luc.* ubi loquitur de inviolabili apud omnes Virginis Mariæ opinione, & statim subdit, *Nec decuit sinistra virginibus opinione viventibus velantem excusationis relinquere, quod infamata quoque Mater Domini videretur.*

Atque ita, duo hæc singularia sunt excellentissimæ honestatis quæ enituit in Domina nostra B. Maria; unum, quia intuentes eam in honestè quicquam cogitare, non sinebat virginalis illa honestas; alterum, quia & linguas procaces à verbo mēdacijs cohibebat. Sed quæret aliquis, Quod horum maius? Ego puto posterius; nec enim tam mirabile est, in conspectu pulcherrimæ Virginis, quam magis ac magis decor honestatis adornat, ipsius potiùs honestatis amore, quam carnis concupiscentia alici, quàm, linguam effrænam, & mendacem,

à verbo iniquo refrænari, *Beatus* (inquit *Ecles. cap. 28.*) *qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non est ligatus, jugum enim illius, jugum ferreum est, & vinculum illius, vinculum æreum est.* Beata est, ergo, Domina nostra, quæ speciosissimo honestatis velamine tecta, quasi clypeo forti à lingua nequam tecta & protecta semper fuit.

4 Castitatis insigne ejusdem Virginis, ac Dominae nostræ, inter alia in eo singulariter elucet, quod non solum, nec minimum quoduis veniale peccatum inventum est in illa, juxta illud *Canticor. 4.* unanimi Theologorum consensu Mariæ Virgini attributum, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te;* & est de fide, & Catholicorum omnium concursu tentia, cui concinit *sacrum Concil. Trident. sess. 6. canon. 23.* dum docet, Ecclesiam tenere, B. Virginem, ex speciali Dei privilegio omnia venialia peccata vitasse, sed nec vllum unquam concupiscentiæ morum qui absque peccato obrepit, passa est. Angelicam illi vitam tribuunt catholici Scriptores, de quo pulchrè, & eruditè Pater *Canis. de B. Virg. lib. 1. c. 10.* quippe qui, quam non tenuit originalis culpa, peccati fomes inde oriens non affecit, sed à prima ejus sanctificatione extinctus in illa fuit, ut docet Pater *Suar. super 3. D. Thom. quest. 27. art. 6. disput. 4. sect. 5. tom. 2.* Caro illa sanctissima adeo spiritui subdita erat, ut nec primo unquam motu adversus eum concupisceret: omnia in illa bene ordinata erant, inferiora superioribus & superiora Deo, perfectissimè subjecta erant; corpus, corporeosquè sensus summa clarissimæ mentis ratio incessanter regebat, ratio mentem ipsam, ut reginam suspiciebat, mens, seu spiritus beatissimæ Virginis Deo conditori suo, quem semper mente ipsa gerebat, in omnibus, & per omnia promptissimè obediens erat. Erat itaque, prudētissima Virgo, mulier fortis, terribilis ut castrorum acies ordinata, ut de illa canit Ecclesia, terribilis, inquam, Diabolo, & agminibus ejus, humano verò generi benigna & clementissima faulrix, atque adversus Infernorum acies tutissimum præsidium. Hæc est, ergo, singularis prærogativa virginalis illius castitatis. Cui, & illa additur, quod supra omnem humanam creaturam castitatem dilexit, & observavit. De qua, ut inquit D. Ambros. *de Virginib. lib. 2.* sub init. velut in speculo retulget species castitatis, & forma virtutis; & idem sanctus Doctor *lib. 2. in cap. 2. Luc. Discamus,* inquit, *sancta Virginis in omnibus castitatem, que non minus ore pudica, quam corpore, argumenta fidei conferebat in corde.* Sed cum hoc dicimus, quid mirum, aut quid magnum dicimus de illa, qua cum in terra morabatur,

nec



nec ipsa Angelica creatura, quæ habitat in cælis, purior erat.

5 De Virginitatis prærogativis testat ut dicamus, si fas est dicere de eo quod indicibile est; dicam tamen, non pro rei amplitudine, quæ sanctorum Doctorum, insigniumque Theologorum scriptis omnibus maior est, sed pro fragilitate mea, quam pro benignitate sua adjuvet sanctissima ipsa Virgo. Prima ergo virginitatis ejus prærogativa est, quod à principio usus rationis habuit absolutum, & firmum propositum servandi perpetuam virginitatem, de quo Suar. *super 3. D. Thom. quest. 28. artic. 4. disput. 6. sect. 1. tom 2.* ex eodem Angelico Doctore ibi, & alijs quos refert. Usus autem actualis rationis in illa incepit cum illa, id est, ab initio sanctificationis ejus in primo immaculatæ conceptionis instanti, de quo *idem Author ibid quest. 27. art. 4. disput. 4. sect. 7.* atque ita, sanctissima Domina in utero matris, ab initio, & deinceps Virgo semper fuit, non solum corpore, quod multis contingit, sed, & mente etiam, quod solius Mariæ est, in quo Virginitatis forma, & perfectio consistit, ut docet S. Thom. *2. 2. quest. 152. art. 1.* unde merito propriissime quæ sola, *semper Virgo*, appellata est, quæ sola ex quo esse cœpit, perfectissima Virgo corpore, & mente esse cœpit, in æternum permanens Virgo, Virgo carne, Virgo mente, Virgo professione, Virgo, denique, qualem describit *Apost. 1. ad Corinth. 7. mente, & corpore sancta.*

6 Secunda singularis prærogativa beatissimæ ejusdem Virginitatis in eo stat, quod prima in orbe terrarum ex voto Deo facto Virgo fuit, ita pluribus adductis latè Petr. Canis. *de Deipara Virgine lib. 2. cap. 14. ex versic. Tam consentienter*, Suar. *super 3. D. Thom. quest. 28. art. 4. disp. 6. sect. 3. tom 2.* quam prærogativam eximiam dicit Canis. & quod res hæc immortalæ Virgini laudem parit, quod non solum perfecto virginitatis dono excelluerit, sed etiam in hoc pietatis genere nulli secunda primas omnino tulerit; ex quo, Evangelicarum Virginum Principem vocat ibid. De tempore autem quo votum emisit, communis omnium sententia est cum D. Thom. *d. 3. part. quest. 28. art. 4.* in solutione ad primum, ubi Suar. *d. disput. 6. sect. 2. versic. Dicendum primò est*, quod purè, & absolutè vovit antequàm ab Angelo annuntiaretur, pro quo adduci communiter solet illud *Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*, cujus in hanc sententiam meminit *text. in cap. sufficiat 27. quest. 2.* & pro eadem post alios quos referunt, explicant Canis. *de Deipara Virgine lib. 2. cap. 14. ex versic. Hunc germanum*, & Suar. *loco proxime citato d. sect. 2. ubi in versic. Dico ergo secundo, cum com-*

*muni Theologorum in 4. dist. 30. & aliorum quodcuat, probat, B. Virginem etiam ante contractum cum Iosepho matrimonium votum hoc emisisse.* Nulla verò dubitatio est de excellentia, dignitate, & perfectione voti ejusdem super universa alia aliarum Virginum vota, tum quia excellentius vovit, & quod vovit, perfectius observavit, tum quia in vovendo prima fuit, ut dictum est; atque ita, B. Virgo inter omnes Virgines primatum gerit, quarum etiam ex hoc, & illo clarissimum est exemplar; post eam enim, atque ad illius exemplum Deo Virgines offeruntur, juxta illud Prophetæ, *Adducentur Regi Virgines post eam, proxima eius afferentur tibi, afferentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum Regis*, Psalm. 44. quod D. Bernard. in sermon. *Signum magnum*, Virgini accomodat, *Offerantur, inquit, Regi Virgines, sed post eam, nam primatum sola vendicat sibi.* Ex quo, convenientissimè, *Virgo Virginum*, cognominata est, & à sancta Ecclesia sic appellata, quæ, quia Virginum omnium Princeps excellentissima est, & omnium excellentissimum exemplar, omnium Dux, & Princeps, cognomen hoc merito sibi suo promeruit, & sortita sola est.

7 Tertia prærogativa in humilitate consistit; decet, namque, virgines, humiles esse, alioquin, *Melius est*, inquit D. Augustin. in Psalm. 29. *humile conjugium, quam superba virginitas.* Cui convenit quod habetur in revelation. Sanctæ Viduæ Brigittæ lib. 4. cap. 71. ubi dicitur, *Nam acceptior est mihi conjugata humilis, & devota, quam virgo superba, & impudica.* Decet, itaque, virginem, humilem esse, & ut eleganter ait S. Antonin. Archiepiscop. Florentin. lib. 2. in Luc. *Decet, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit.* *Novit, inquit, deferre senioribus sui magistra humilitatis, in qua est professio castitatis.* Unde D. Bernard. *hom. 1. super Evangel. Missus est, Pulchra permixtio, inquit, virginitatis, & humilitatis, nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua, & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem;* & post alia ibid. sermonem convertens ad superbos Virgines, *Quid, inquit, dicis Virgo superbe? Maria virginem se oblitam, gloriatur de humilitate; & tu negligendo humilitatem blandiri tibi de virginitate; Respexit (ait illa) humilitatem ancilla suæ; qua illa; Virgo utique sancta Virgo sobria, Virgo devota; Nunquid tu castior illa? Nunquid devotior? An nunquid tua forte pudicitia gravior castitate Mariæ, ut tu scilicet sine humilitate placere sufficias ex tua; quod illa non potuit ex sua? Denique, quanto honorabiliores ex singulari munere castimonie, tanto tibi tu maiorem injuriam facis, quod ejus in te decorem fœdas permixtione superbiæ; alioquin expedit tibi, virginem*



non esse, quam de virginitate insolescere. Non omnium quidem est virginitas; multo tamen pauciorum est cum virginitate humilitas. Si igitur virginitatem in Maria non potes nisi mirari, stude humilitatem imitari, & sufficit tibi Quod si, & virgo, & humilis es, quisquis es, magnus es. Hæc sanctus Abbas, quæ hic transcribere non piguit, tum quia dulcia sunt, & absque fastidio melliflua, sicut omnia ejusdem Sancti de B. Virgine quam devotimè coluit, quibus opera illius passim abundant, ac ut melle dulcia affluenter redundant; unde, & melliflui cognomen merito Sanctus ipse adeptus est, cum & maximè, quia nuncupata verba prærogativam virginitatis cum humilitate B. Virginis prædicant quantum humana valet eloquentia, & aureum illud os quod ex abundantia cordis loquebatur; etsi non tantum, quantum res ipsa in se laudabilis est, & prædicabilis; id enim, nec si omnium hominum membra in linguas converteretur, sufficienter unquam impleri potuisset, juxta D. August. testimonium ser. 35. de Sanctis, qui est secundus in assumpt. ejusdem Virginis. Est, itaque, summa Virg. M. humilitas, virginitatis ejusdem insignis prærogativa de qua S. Antonin. loco sup. citato, Didicistis, inquit, Virgines pudorem Mariae, discite humilitatem.

Quarta prærogativa est, quia sacra hæc Virginitas sacris literis significata, & præsignata sæpe est; oportebat, nempe, magnum hoc quod apparuit in terra, multis ante seculis in ea per varios typos, & vaticinia Prophetarum multa prædicari, tum, ut antiqui illi Patres prænotione illius gauderent, juxta illud Domini Ioan. 8. Abraham Pater vester exultavit ut videret diem meum, & vidit, & gavisus est; tum & maximè, ut res mirabilis & in orbe terrarum singularis, præcedentibus signis tanquam clarissimis fidei argumentis apparentius illustrata, posteris traderetur. Rubus ardens incombusus de quo miratur Moyles Exod. 2. admirabilem B. Mariæ Virginitatè præsignabat; Porta illa quæ respiciebat ad Orientè, de qua dicitur Ezechiel. 44. Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniã Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi, Princeps ipse sedebit in ea, &c. quid aliud, quam perpetuam ejusdem Virginis virginitatem ante partum, & in partu, & post partum significat? Pulebrè, inquit, D. Hieronym. super Ezechiel. ibid. lib. 13. quidam portam clausam, per quam solus Dominus Deus Israel ingreditur, & Dux cui porta clausa est, Mariam Virginem intelligunt; quæ & ante partum, & post partum Virgo permansit; Hortus conclusus, & fons signatus, Canticor. 4. ad idem pertinent; totumquè ipsum Canticorum librum,

non solum per accommodationè, sed etiam in sensu aliquo à Spiritu Sancto intento Virginè præcinere, ex communi Interpretu super eum sententia testatur Pater Suar. super 3. D. Thom. in præfation. col. 2. versicul. principio ergo, tom. 2. Denique, ut alia omittamus, quæ videri possunt apud Canit. locupletissimè auctorem de B. Virgine lib. 2. c. 4. & eod. lib. c. 6. versicul. pergamus autè, illud Isaia 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, Virginem ipsam ejusquè ante partum in conceptione Filij, & in partu virginitatem prædicat. Singularis itaque, ac miranda virginitas est, quæ antequam esset in orbe terrarum, erat in ore Prophetarum, sub typis & figuris in oculis Patriarcharum. Quinta, denique, ac vltima earum quas hic attingere proposuimus, nam recensere omnes, nec mei muneris est, nec viriù mearu, ejusdem virginitatis prærogativa magna, excellentia humano maior intellectu, ac singulare maximum est, esse virginitatem cum prolis fecunditate. A seculo non est auditu, ut aliqua simul mater esset, & virgo, præter Beatissimam hanc, quæ nec primam simile vita est nec habere sequentem, ut de illa cantat Ecclesia Singularis virginitas, ait Bernard. homil. 1. super Missus est, prope fin. quam non temeravit, sed honoravit fecunditas; & nihilominus specialis humilitas quam non abstulit, sed exiulit fecunda virginitas; & incomparabilis prorsus fecunditas quam virginitas simul comitatur, & humilitas. Quid horum non mirabile, quid non incõparabile, quid non singulare? Singulare, itaque, maximum, & præexcellens virginitatis prærogativa, fecunditas est. Iam verò si, cujus mater virgo ista sit, attendas, de materna dignitate magis miraberis, quàm de fecunda virginitate. Quò te tua, ait D. Bernard. loquens de hoc d. homil. 1. super ejus mirabili celsitudine ducet admiratio? Non ne ad hoc, ut se videns nec satis posse mirari? Et D. Ambros. de virgin. lib. 2. sub init. Quid, inquit, nobilitus Dei matre? Quid splendidius ea quam splendor eligi? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generavit? Etenim, matrem esse Dei, primaria est laus & prærogativa Virginis, ut ex multis sanctorum auctoritatibus latè, & eleganter tradit Petr. Canit. de Deipara Virgin. lib. 3. c. 13. per tot. post omnia Suar. super 3. D. Thom. quest. 27. art. 1. disput. 1. sect. 2. tom. 2. Tanta est hæc dignitas, ut nec cor eam concipere, nec lingua valeat exprimere, & Angelici etiã transcendit capacitatem intellectus S. Thom. 1. part. 9. 25. art. 6. ad 4. & in 1. sententiar. infinitam vocat hanc matris dignitatè, quia filius, cujus est mater, Deus est qui est ininitus, qui cū Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

LAUS DEO.

INDEX



  
**INDEX LOCORVM**  
**JURIS CIVILIS, PONTIFICIJ,**  
 ac Regij Lusitaniæ, quæ in præsentî  
 tractatu explicantur.

*Ex Digesto veteri.*



**EX** iustitia §. 1. de iustit. &  
 jur. init. num. 4. & num. 8.  
 L. in causâ 2. §. idem Pompo-  
 nius ff. de minorib. init. nu. 9.  
 & duob. sequentib.  
 L. ite si pretio §. fin. ff. locat. ib.  
 L. cum præter §. final. ff. de iudic. art. 2. nu. 3.  
 L. ancillarum, in fin. ff. de petition. hæreditat.  
 art. 9. num. 5. in fin.

*Ex Infortiato.*

L. penult. de concubin. art. 8. num. 1.  
 L. & mulieri ff. de curator. furios. art. 9. num.  
 13. in fin.  
 L. 2. §. final. ff. de adimend. legat. art. 10. n. 11.  
 L. final. ff. de concubin. art. 12. nu. 2.

*Ex Digesto novo.*

L. non omne, de regul. jur. & l. semper in con-  
 junctionibus, alias, in conventionibus, eod.  
 titul. init. num. 7 & 8.  
 L. marito ff. de adulter. l. nec in ea, eod. titul.  
 art. 6. num. 28. & sequenti.

*Ex Codicæ.*

L. final de recept. arbitr. art. 2. num. 3.  
 L. consensu §. vir quoque, in versicul. Si verò  
 filio C. de repud. art. 6. num. 16.  
 L. hac edictali C. de secund. nuptijs, art. 6. n. 17  
 L. quanvis 2. C. de adulter. art. 6. nu. 21. in fin.  
 L. si filiam C. de inofficiol. testam. art. 7. n. 4.  
 L. fratres, aut sorores C. de inofficiol. testam.  
 artic. 8. num. 8. in fin.  
 L. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. art. 8. n. 22.  
 L. Mimæ C. de Episcop. audient. art. 9. num.  
 15. versicul. Necquidem.  
 L. vnic. C. de mulierib. quæ se proprijs ter. v.  
 junxer. artic. 10. num. 3.  
 L. final. C. commun. de manumissionib. ibid.  
 num. 4. cum sequentib.  
 L. vnic. C. si quis eam cuius tutor fuer. corru-  
 per. art. 12. nu. 5. versicul. Tex tamen.  
 L. si qua illust. is C. ad senat. consult. Offician.  
 art. 13. num. 3. & num. 5. & 6. & num. 25.  
 cum duob. sequent. & nu. 28. & 29. & nu. 31.  
 L. final. C. de natural. liber. art. 13. nu. 41.  
 L. 1. §. iplas, C. de natur. liber. art. 15. n. 10 & 11.  
 L. vnic. C. de maium. lib. 11. art. 1. num. 4.

*Ex Authenticiis.*

Auth. vt null. iudic. §. necessarium, collat. 9.

artic. 3. num. 1. & 2.

Auth. de lenonib. §. facimus, collat. 3. art. 4. n. 2  
 Auth. vt cum de appellat. cognoscitur §. aliud  
 quoque capitulû, versic. Cautas, in fin. col-  
 lat. 8. art. 7. n. 2. 3. & 4. & n. 6. 7. & 8.  
 Auth. quib. mod. natural. efficiunt. sui §. final.  
 collat. 7. art. 13. n. 22. versic. Et non obstat.

*Ex institut.*

§. Iuris præcepta, instit. de iust. & jur. init. n. 8.  
 Princip. instit. de se. vil. cognation. art. 13. nu.  
 36. versicul. Et convenit, & nu. 38. & n. 44.  
 versicul. Contrarium.

*Ex iure Pontificio.*

C. erit autem lex 4. dist. init. nu. 5. & num. 12.  
 versicul. Atque ita.  
 C. dilecti de arbitr. art. 2. num. 10.  
 C. nuptiæ 32. quæst. 1. art. 4. num. 2.  
 C. aliter dist. 31. art. 11. num. 5.  
 C. final. de filijs præbyteror. art. 16. num. 23.  
 versicul. Tertio, & ultimo.

*Ex Sacro Concil. Tridentino.*

Sess. 25. cap. 14. de refo. mauon. art. 11. nu. 11.  
 & num. 14.  
 Sess. 24. c. 3. de reformat. matrim. art. 17. n. 3.

*Ex iure Regio Lusitaniæ.*

Ord. lib. 5. tit. 124. §. 15. & 16. art. 2. nu. 18.  
 Ord. lib. 4. titul. 76. §. final. art. 3. num. 2.  
 Ord. lib. 3. titul. 5. §. 5. art. 4. num. 6. & duob.  
 sequentib.  
 Ord. d. titul. 5. §. 3. versic. Porem, art. 4. num.  
 11. in fin.  
 Ord. lib. 4. titul. 102. §. 3. in princ. art. 5. num.  
 24. in fin. & num. 27.  
 Ord. lib. 5. titul. 25. §. 6. art. 6. nu. 15. & 16.  
 Ord. lib. 4. titul. 88. §. 1. art. 7. §. 2.  
 Ord. lib. 5. titul. 27. art. 8. num. 5.  
 Ord. lib. 4. titul. 90. §. 1. d. art. 8. nu. 6.  
 Ord. lib. 4. titul. 66. d. art. 8. ex num. 11. vsque  
 ad num. 22.  
 Ord. lib. 5. titul. 18. in princ. art. 9. num. 18.  
 Ord. lib. 5. titul. 30. art. 11. num. 15. ad fin.  
 Ord. lib. 5. titul. 20. art. 12. num. 1. versic. Cui  
 concinit, & num. 3. & 4.  
 Ord. lib. 4. titul. 92. art. 13. nu. 30. & num. 32.  
 & nu. 35. & nu. 43. & num. 47. & 48.  
 Ord. lib. 4. titul. 36. §. 4. art. 16. nu. 10. & nu.  
 11. & num. 14. & num. 19.





# INDEX ALPHABETICO

## ORDINE DIGESTUS NOTABILIUM rerum præsentis tractatus.



### *Accusare.*

Accusare qui non potest coram iudice etiam non potest denuntiare; & denuntians accusatoris loco habetur, art. 2. num. 17.

Accusare per procuratorem in causis criminalibus potest mulier, art. 2. num. 18.

Accusare per procuratorem, prohibitum est jure Regio, & communi, etiam talionis pœna sublata, ibid.

### *Adulterium.*

Adulterij causa vxor dotem amittit, & auras: & an etiam bona alia; & de alijs adulterij pœnis remissivè, art. 6. num. 10.

Et an etiam alimenta perdat conjux adultera ibid. num. 11.

Adulterij mariti, & vxoris compeniantur ad evitandas civiles pœnas bonorum, & divertij d. art. 6. num. 14.

Adulterij pœnæ reconciliatione expressa, aut tacita tolluntur etiam post latam sententiam d. nu. 14. versicul. Quod probatur.

Adulterij causa, & condemnatio, cum civiliter tractatur sive agendo, sive expediendo in utroque conjuge æqualiter procedit, d. art. 6. num. 17. in fin. Secus cum criminaliter agitur, ibid. num. sequenti.

Adulterij crimen publicum est, & quilibet de populo ad illius accusationem admittitur jure communi antiquo, d. art. 6. num. 20. in fin. Et quid de jure noviori, num. ad fin. Et de jure Regio solus maritus accusat, d. n. 21.

Adulterij crimen, gravissimum est, & omnijure detestabile, & punibile, d. art. 6. nu. 26.

Adulterij causa ceteris ademptum legatum vxori relictum, art. 10. num. 10.

Adulterij crimen mixti fori est propter sacrilegium quod tecum involuit, art. 11. nu. 20.

### *Advocatus.*

Advocatus, & doctor concubinæ donare non possunt, nec in testamento relinquere, secundum communem, art. 8. num. 24. versicul. In advocatione, vid. in num. sequentibus. prætertim num. 28.

### *Alimenta.*

Alimenta viduæ quando debeantur à mariti hæredibus, artic. 14. num. 2.

Alimenta sive ex legis, sive ex hominis dispositione debeantur, non tenetur alimentarius recipere in domo alere debentis, secundum communem sententiam, ibid. num. sequenti & in versicul. Alj verò.

Alimenta viduæ relicta cum adjectione loci vbi illa pœtentur, si mulier in loco à testatore designato habitare honestè non possit, loci adjectione rejecta debentur, ibid. versicul. Cæterùm, & num. 4.

### *Ancilla.*

Ancilla quæ domino suo luxuriosè illa abutenti resistere non quit, potest eum ad venditionem ipsius compellere, artic. 10. num. 4. versicul. Potest.

Ancilla in cuius concubinato dominus si suus perseveravit usque ad mortis suæ tempus, libera manet, si de illa aliter non discessit, ibid. num. 5.

Idem, si dominus perseveravit in ancillæ suæ concubinato usque ad tenilem ætatem, vel usque ad supervenientem cum carnalis contactus impediri non potest usque ad mortem, ampliato sicut final. C. commun. de manumission. d. numer. 5. & 6.

Idem, si in statu illo dominus perseveravit usque ad religionis ingressum, d. artic. 10. numer. 7.

Ancilla præmortua quam dominus usque ad tempus mortis illius concubinario affectu tractavit, liberi ex ea suscepti, morte patris quidem illis non discessit, libertatem consequuntur, d. art. 10. num. 8.

Ancilla in cuius concubinato dominus perseveravit, & quam ultimo elogio in servitute reliquit de liberis ex ea susceptis non disponens, in servitute manet, & filij libertatem adipiscuntur; similiter in casu e converso, d. art. c. 10. num. 9.

Ancilla domini sui concubina quæ cum alio, illo ignorante, fornicata est, libertatem non adipiscitur morte domini, filij verò liberi manent, ibid. nu. 10. & 11.

Ancillæ



# I N D E X

Ancillæ quam dominus in concubinam habebat relictum, contraria voluntate conlectur ademptum, si illa cum alio rem habuit, d. nu. 11. versicul. Aded.

### *Argumentum.*

Argumentum ab ordine scripturæ frequens in jure est, init. num. 5.

Argumentum de milite ad clericum non intelligitur in clerico minorum ordinum, nec quando dissimilis ratio inter utrumque reperitur, art. 8. num. 27.

Argumentum de milite armato ad advocatum valet, in pænalibus tamē, & odiosis non procedit, art. 8. num. 28.

### *Bannitus.*

**B**annitum occidens stante statuto, quod à quolibet impunè occidi possit, non peccat si publicæ vindictæ zelo occidat; lecus aliàs, art. 6. n. 24. versic. Et similis est.

### *Capacitas hæredis.*

**C**apacitas hæredis extranei etiã aditæ hæreditatis tempore spectatur, quod quomodò intelligatur, vid. art. 13. num. 16. versic. Et ad jura.

### *Carceris custos.*

Carceris custos carceratam mulierem cognoscens ultimo supplicio damnatur, art. 12. n. 5.

Et quid si illa meretrixerat, aut sponte se obtulit, ibid.

### *Castitas.*

Castitas etiam de conjugali concubitu dicitur, sed simpliciter, & absolute intellecta, de conjugatis non prædicatur, init. nu. 3.

Castitatem simpliciter vovens impeditur contrahere matrimonium sed si de facto contrahat, tenet debitum verò exigere nequit, & reddere tenetur, ibid.

Castus quis esse potest, & si foris talis appareat, ib.

Castus potest esse aliquis & non honestus simul, ib.

Castitas maior exigitur in fæminis, quã in masculis, secundum mores hominum init. 12.

Castitas coitum illicitum excludit, non verò conjugalem, art. 6. nu. 1.

Declara vt ibid. nu. 4. versic. Moveor.

Castitas maior requiritur in militibus, quam in paganis, art. 8. num. 23. versic. Et ratio,

Castitas virtus, regia est, ac sublimium personarum art. 13. nu. 2.

Castitas maior requiritur in principibus, & sublimibus personis quam in alijs, ibid. versic. Nostri verò.

Castitatis observatio maior requiritur in nobilibus mulieribus, quam in alijs, d. art. 13. n. 3.

### *Clericus.*

Clericus concubinæ suæ nec donare, nec testamento relinquere potest, secundum comùnē art. 8. n. 28.

Clericus vnde dicitur, art. 11. num. 1.

Clerici honestatis exemplo alijs esse debent; &

fordidis vestibus, atque etiam nimis pretiosis uti non debent; & suspectas mulieres apud se retinere non possunt d. n. 1. & 2.

Clericum solum cum sola loqui, prohibitum est quanvis illa commater sit, d. art. 11. nu. 3.

Clericis sanctimonialium monasteria absque causa frequentare non licet; & quot vicibus frequentatio induatur, ibid.

Clerici sacrorum ordinum matrimonium contrahere non possunt, & sceleratioris sūt nuptiæ eorum, quam concubinitus aut fornicatio; clericus verò minorum contrahit, sed beneficio, si quod habet, privatur ipso jure, ibid. num. 4.

Clerici Orientales sacrorum ordinum matrimonium contrahere nequeunt, sed uxerati ordinari permittuntur uxore retenta, ibid. n. 5.

Clerici filius susceptus sub specie matrimonij licenter contracti efficitur legitimus ecclesiæ cui pater in lei vit. d. n. 5. versicul. Et Concil.

Clerici fornicatio etiam in contentioso foro punibilis est pænâ arbitraria, ibid. n. 6. & n. 10. in fin.

Clerici fornicatio cum soluta crimen adulterij secum non involuit, ibid. nu. 7. Nec incestum, nu. 8. nec stuprum, nu. 9.

Clerici sacrorum susceptione castitatem saltem implicitè vovere videntur, & simplex fornicatio eorum sacrilegium secum trahit, d. n. 10.

Clericus concubinarus graviter punitur, ac vanè Pontificio jure, & Concil. Trident. vique ad pænâ depositionis ab officio, & beneficio reservata portione congrua ad alimenta, d. art. 11. num. 11. & sequenti.

Clericus concubinarus etiam antequam admonitus sit, puniri debet pœnis sacris canonibus statutis, vel secundum ecclesiasticas constitutiones, d. art. 11. nu. 12.

Et an in manifesto concubinario monitio necessaria sit hodie ad incurrendam suspensionis pœnam; & an suspensus ordinis ministerio se immiscere irregularitatem incurrat, vid. ibid. num. 13. & sequenti. Et qui dicatur concubinarus manifestus, d. num. 13. versicul. Dicitur verò

Clerici concubina mixti fori est propter sacrilegium, d. art. 11. n. 15. quanvis concubinitus manifestus non sit; occultus verò de quo non potest inquiri, exteriori foro nulli subditur, ibid. versic. Mihi quidem.

Clericus sacerdos spiritualè cognationè contrahit cum illa quam audit in pœnitentiario foro, non tamen perpetuo durat, d. art. 11. n. 18.

Clericus propter incestum ab ordinibus perpetuò deponitur, d. art. 11. nu. 20. Item propter adulterium, ibid. propter quod, ultra depositionis pœnam, pœnam etiam subit perpetuæ clausuræ in monasterio aliquo, ibid. n. 21.



## R E R V M.

- Clerico in adulterio deprehenso occiso pœna excommunicationis non incurritur, *ibid.* nu. 22. Et quid, si eum sponsa deprehensus occidatur, *ibid.*
- Clericorum sacrorum ordinum filij, spurij sunt, d. art. 11. n. 23.
- Coitus.*
- Coitus dominæ cum proprio seruo acerrimè in utroque punitur, & in filijs etiam inde susceptis punibilis est, art. 10. n. 1.
- Et quid de tervi coitu cum filia domini sui, aut dominæ lux, *ibid.* & n. sequenti.
- Coitus domini cum propria ancilla punibilis nõ est, sed aliquando remunerabilis, vt in casu l. final. C. commun. de manumissionib. d. art. 10. num. 4.
- Coitus damnatus ac punibilis dicitur etiam qui extraordinaria pœna punibilis est, art. 11. num. 26. *Compromissum.*
- Compromissum in muliere factum etiam iuramento præstito non valet, nec tale iuramentum obligatorium est art. 2. nu. 6.
- Concubinatus.*
- Concubinatus dicitur à simultaneo vtriusque concubitu, art. 8. nu. 1.
- Cōcubina dicitur quæ animi affectione in concubinatum carnaliter cognoscitur suppositis alijs ad id requisitis, *ibid.* & nu. sequenti.
- Concubinatus Pontificio iure, naturali, & diuino prohibitus est. Et an civili etiam iure prohibeatur, communes invicem contrariæ sunt opiniones, d. art. 8. n. 3.
- Concubinæ quas sanctos Patres veteris testamēti habuisse, legitur, vxores erant, & ad differentiam vxoris principalis concubinæ vocabantur, *ibid.* in versic. Respondendum.
- Concubinatus, secundum largam significationem etiam de illis dicitur, inter quos matrimonium consistere nequit d. art. 8. nu. 4.
- Concubinatus iure feri punibilis est secundum locorum statuta. Et quid de iure Regio Lusitane, *ibid.* & nu. sequenti.
- Et Pontificio iure arbitrio iudicis punibilis est d. n. 4. versic. De iure verò.
- Concubinarj personæ turpes censentur; & ideo si hæredes instituantur omisso fratre, aut sorore, inofficiosi testamenti querela competit, d. art. 8. nu. 6.
- Idem, siue propriam siue alienam concubinam, aut concubinarium instituat aliquis, aliquav è fratribus, aut sororibus omillis, *ibid.* num. 9.
- Concubina ad emphyteusim etiam secularem nominari non potest, d. art. 8. n. 6. in fin.
- Concubinarjos manifestos infames esse, ita vt in testes recipi non possint in causa civili, aliquorum est opinio. Idem traditur in illo qui duas simul cōcubinas habet, & qui vnã cū
- fit vxoratus, d. art. 8. nu. 7. & 8. Contrarium ad vtrumque probatur d. n. 8.
- Concubinarj instituere se invicem possunt in testamento, & legata, & fideicommissa sibi invicem relinquere, & inter vivos donate, d. art. 8. nu. 10.
- Et quid de iure Regio Lusitaniæ circa donationes, & alienationes alias factas in concubinas ab vxoratis, latè *ibid.* ex n. 11.
- Concubina olim militis, quæ tempore testamēti in concubinatu illius jam non erat, potest ab eo ex testamento capere d. art. 8. nu. 22. versicul. Pro qua,
- Concubinis donata, aut in testamento relicta à milite, clerico, avvocato, aut doctore, vid. *ibid.* nu. cum sequentib.
- Concubinæ relictum à concubinario suo non cenietur ademptum ex eo quòd cum alio, illo ignorante, fornicata est, art. 10. n. 11.
- Concubinarj manifestus qui dicitur, art. 11. n. 13. versic. Dicitur verò,
- Concubina clerici, mixti fori est, art. 11. n. 15.
- Concubina, quæ acquisivit tempore concubinatus, non præsumitur ab amasio acquisivisse, art. 15. n. 8. & 9.
- Conditio.*
- Conditionem, si honestè vixerit, non implet mulier quæ casto corpore vivit, in honesta vitæ conversatione vtens, init. n. 3. & art. 5. n. 4.
- Conditio, si castè vixerit, vel, donec castè vixerit, siue à marito, siue ab alio scripta sit de viduali continentia, & castitate intelligitur, & secundas nuptias excludit, art. 6. n. 4.
- Conditio viduæ adjecta, si honestè vixerit, vel donec honestè vixerit, castæ, & honestæ viduitatis conditionem importat, *ibid.* n. 6. & 7.
- Conditio matrimonij impeditiva in nunquam nuptis non valet, d. art. 6. n. 8.
- Conditio, donec castè & honestè vixerit in testamento scripta ijs personis quæ nunquam matrimonium contraxerunt, matrimonij impeditiva non est; & quid impoitet, *ibid.*
- Et quid quando ejuscemodi conditio in contractu, adicitur, *ibid.* n. 9.
- Consuetudo.*
- Consuetudo contraria honestati non valet, quæ corum tela potius dicenda est, art. 2. n. 4.
- Consuetudine induci non potest, vt mulieres iudicandi munere fungi possint, præterquam in mulieribus in dignitate constitutus, *ibid.*
- D.*
- D**ilectio, alia, implicat similitudinem ad præcedentia, art. 16. n. 23. versic. Tertio.
- Dilectio illegitimitatis an valeat si illegitimus erat filius alicujus principis, aut personæ aliàs sublimis, eo non expresse, art. 13. n. 2. versic. Nostri verò.
- Dives, honorabilis dicitur, & honestus, init. n. 1.



*Doctoratus.*

Doctoratus, est dignitas, art. 16. n. 22. Et illegitimè nati ad gradum doctoratus promovendi possunt, ibid. n. 21. cum sequentibus.

Doctoratus gradus ad quid principaliter sit institutus, & quæ ad illum requirantur, ibid. n. 23. versicul. Deinde respondetur.

Doctoratus prohibitio in spurijis odiosa est d. n. 23. versic. Atque ita.

Doctor an concubinæ suæ donare possit, vid. in verbo Advocatus.

*Dos, & donatio propter nuptias.*

Dotis, & donationis propter nuptias, adulterij causa amissa vltimofructum extantibus liberis lucratur conjux innoxius proprietate liberis reservata, art. 6. nu. 15.

Et quid attentò jure Regio Lusitano, & Hispano ib. & sequentibus. *Ecclesia.*

**E**cclesia maxima est cultrix honestatis, art. 16. nu. 17.

Ecclesia in concessione emphyteusis cum libera nominandi facultate, præsumitur non voluisse illegitimos comprehendere, ibid. nu. 8.

*Emphyteusis.*

Ad emphyteusim etiam seculari nominari non potest concubina, art. 8. n. 6. in fin.

Ad emphyteusim ecclesiasticam illegitimè nati nominari non possunt, præterquàm si per subsequens matrimonium sint legitimati, art. 16. num. 5. & 6.

Ampliatur in casu quo nominandi facultas concessa est per verba liberi à omnino voluntate importantia d. n. 6. versic. Ex qua ratione, n. 7.

Ad emphyteusim ecclesiasticam nominari nequit persona luxuriosè vivens, ibid. num. 9.

Emphyteusim ecclesiæ pro se, & concubina recipere, nemo potest d. n. 9. versicul. Et sanè.

In emphyteusi paterna succedit filius naturalis patre ab intestato mortuo, cui legitima proles nõ extat, ex jure Regio Lusitano, ar. 16. n. 10

Et quid eodem themate retento, si emphyteusis ecclesiastica sit, ibid. nu. 11.

Emphyteusis privata concedi potest cum pacto ne filius naturalis in illa succedat d. num. 11. versic. Cæterum.

Ad emphyteusim ecclesiasticam nominari potest legitimè natus ex naturali, aut spurio, d. art. 6. num. 12.

Ad emphyteusim privatam, seu secularem nominari naturalis potest, etiam si qui concessit, nobilis esset, aut quavis præditus dignitate d. art. 16. num. 18.

Et quid in emphyteusi privata pro filijs recepta, n. 18. versicul. Cujus tex. argumento.

*Exceptio.*

Exceptio firmat regulam in contrarium ad casus alios sub ea contentos, art. 4. n. 7. in fin.

Exceptio lenocinij marito objecta, dilatoria est, & idcirco ante litem contestatam opponi de-

bet, art. 6. nu. 22. ad fin.

Exceptio paris adulterij ab vxore marito objecta, peremptoria est, d. n. 22. in fin.

*Filius, & Filia.*

**F**ilias irrequisitis parentibus ad nuptias convolare, honestum non est, art. 7. n. 1.

Quod intelligitur non solum in ijs quæ sub patria potestate sunt constitutæ, sed etiam in emancipatis, & viduis, & naturalibus solummodo, ibid. versic. Et hoc quidem.

Filiae minores viginti quinque annorum irrequisitis parentibus nubentes pœnam exhæredationis incurrunt, d. n. 1. versic. Ad quod & n. 2.

Filia post vigesimum quintum ætatis annum in corpus suum peccans exhæredationis pœnam non incurrit, quam iacurrit, si minor viginti quinque annorum peccat d. n. 2.

Limitatur in illa quæ iustis à patre nuptijs illi oblati cum dote competente assentire nolens, in corpus suum peccare elegit, d. art. 7. n. 3. & 4.

Filia quæ dignas à patre nuptias illi oblatas recusat, & spreto parentis consensu post vigesimum quintum ætatis annum nubit, quanvis indigno nubat, dummodo sit liber, nec communi, nec Regio jure pœnam exhæredationis incurrit, ibid. nu. 5. & 6.

Filia ante vigesimum quintum ætatis annum sine parentis consensu indigno nubens exhæredari ob id non potest, d. n. 6. versic. Ex quo magis probo. Declaratur ibid. nu. sequenti.

Filia, vt pœnam exhæredationis incurrat quia in corpus suum peccavit ante vigesimum quintum ætatis annum, secundum jus commune requiritur, quod luxuriosè vivat, sed attentò jure Regio Lusitano, semel peccasse, sufficit, d. art. 7. nu. 8.

Filia etiam vidua peccans in corpus suum ante vigesimum quintum ætatis annum, pœnam exhæredationis incurrit, ibid. n. 9.

Filia conjugata adulterans sive ante vigesimum quintum ætatis annum, sive postea, eandem incurrit pœnam, ibid. n. 10. Declara vt ibi.

Filiam meretricij causa exhæredare potest pater quanvis meretricator ipse sit, nisi ille turpitudine sua ejusdem turpitudinis occasionem filia præbuisset, d. art. 7. nu. 12.

Et quid in matre, vid. ibid. n. præcedente. Filia inuitis patris nubens quanvis indigno nubat intra tempus prohibitum, aut peccans in corpus suum necessarijs ad vitam alimentis privanda non est, d. art. 7. n. 13. & 14. & n. 16.

Filia in corpus suum peccans ante vigesimum quintum ætatis annum, & postea resipiscens, an à patre dotanda, & alenda sit ibid. n. 17.

Filio ingrato qui aliunde non habet unde alatur an alimenta præstandæ sint, d. art. 7. n. 14.

Et an pœnitentia illius causa ingratitude tollatur, ibid. nu. 15.



Filius, ex qua causa exheredari potest, alimētis etiā privari potest, *ibid.* n. 16. versic. *Movet*.  
 Filij ex servili conortio suscepti, an, & quando parentibus liberis deinde factis succedāt, art. 13. nu. 36. & 37. & nu. 44.  
 Filius ex illicito coitu susceptus paternæ turpitudinis testis est, art. 13. num. 41. versic. *Dicendum*.  
 Filij legitimis æqualiter hodie succedunt viri-  
 ulque sexus parentes cum in pari gradu exit-  
 unt, d. art. 13. nu. 54.  
 Ad filij verò naturalis successione, melioris cōditionis est mater quam pater, *ibid.* n. seq.  
 Filia, quæ acquirit constituta sub cura, & administratione parentum, de bonis illorum acquisivisse præsumitur, art. 15. nu. 7.  
 Et quid in filio masculino, *ibid.*

*Fornicatio.*

Fornicatio simplex, mortale peccatum est, & contrarium asserere; esset hæreticum, art. 8. nu. 3. versic. *Movet* dubitationem,

*Frater.*

Fratri competit querela inofficiosi testamenti adversus testamentum fratris quando in illo turpem instituit personam, dummodò frater ipse querelam movens simili turpitudinis nota non laboret, art. 8. nu. 9.

*Honestas.*

**H**onestas dicitur à verbo, *honor*, seu *honor*, quasi, honoris status; & in lata significatione prædicatur de honorabilibus ex qualibet causa personis, *init.* n. 1.  
 Honestas simpliciter dicta, quasi per excellentiam intelligitur de virtute morali, quæ libidini opponitur, *ibid.* num. 2.  
 Honestatis diffinitio secundum prædictum significatum *ibid.* & nu. 3.  
 Honestas simpliciter, & absolute sumpta, ad conjugatos æquæ pertinet, ut ad cælibes, *init.* n. 3. versic. *Honestas*.  
 Honestas virtus moralis est exterius apprens, *ibid.* versic. *Verba illa*.  
 Honestus qui verè est, & castus simul necessario est, d. nu. 3.  
 Honestas inter juris præcepta, & legis requisita primo loco collocatur, & excedit quod licitum est, d. *init.* nu. 6.  
 Honestum omne, licitum est, & bonum, *ibid.*  
 Honestas maior requiritur in fæminis, quam in masculis, *init.* nu. 12. in fin.  
 Honestatis jus ab omni superioritate exceptum est, art. 1. num. 1. & nu. 3.  
 Honestatis causa subditæ ad tripudium à Principe vocatæ igit non tenentur, d. n. 1. *Declaratur* nu sequent. ad fin.  
 Honestatis jus Regia, & Imperiali dignitate antiquius est, & cum primis partibus cæpit in paradiso terrestri, inde ad barbaras etiā natio-

nes ejus observatio transcendit, d. art. 1. n. 3.  
 Honestas in publicis spectaculis etiā quæ publicæ lætitiæ causa celebrantur, & in histrionum theatris servari debet, art. 1. nu. 4.  
 Honestas quæ requiritur in mulieribus, & propter quam judices esse nequeunt, ad bonos mores naturales pertinet, art. 2. nu. 2.  
 Honestatem servari, magis expedit reipublicæ, quam multiplicatio populi procedens ex corruptis moribus, art. 3. n. 7. in fin.  
 Honestas tantum d. sideratur, ut fori privilegio locus sit, tam in viduis, quam in nunquam nuptis, art. 4. nu. 8. in princ.  
 Honestæ mulieris appellatio simpliciter, & absolute, ad illam refertur, quæ honestatem semper coluit, vulgò apud nos, *donzela*, d. n. 8. post princ.

Honestas etiā de conjugatis prædicatur, sicuti de nunquam nuptis, art. 6. nu. 1.  
 Honesto in loco non licet collocare personas in honestas, art. 9. n. 7. versic. *Pro qua*.  
 Honestas summa requiritur in clericis c. c. omnia, art. 11. nu. 1.  
 Honestatis privilegio, mulier virum non habens hospitè recipere non tenetur, art. 14. n. 5. & 6.  
 Quavis mulier ipsa aliàs in honestè vivat, *ibid.* nu. sequenti.  
 Honestatis servandæ causa veteres Romani nocturna sacrificia mulieribus inhibuerunt, d. art. 14. nu. 9.  
 Honestatis causa loco vigiliarum Sancto-  
 rum jejunia sunt subrogata, *ibid.* versic. *Quem mori è*.  
 Honestatis jus maritali etiā jure maius est, d. art. 14. nu. 11. versic. *Quibus apparet*.  
 Honestum possibile in dubio potius præsumitur, quam possibile inhonestum, art. 15. num. 1. versic. *Ceterum*.  
 Honestas in muliere præsumitur tam in legis quam in hominis dispositione, d. art. 15. nu. 12. *All. gari* tamen debet, *ibid.* n. sequenti.  
 Honestatis publicæ impedimentum, *vid.* in verb. *Impedimentum*.

*Illustris.*

**I**llustum fæminarum præcipuum est debitum, castitatis observatio, art. 13. n. 3.  
 Illustris mulier cui legitima soboles extat, non succedit filio suo sponte; succedit verò, si cum spuris moritur, illa legitimis caret liberis, art. 13. n. 15. & 16. & n. 52. versic. *Et quavis*.  
 Illustri matri filius naturalis succedit unà cū legitimis ejusdem matris liberis d. art. 13. n. 25. & nu. 29.  
 Idem, si filius ex fornicario coitu susceptus ab illa est, qui tamen punibilis non sit, nec meretricius, *ibid.* n. 27. & nu. sequenti.  
 Illustres personæ quæ dicantur, d. art. 13. n. 31.  
 Illustris mulier ad spurij exclusionem à successione illius, quæ dicatur, d. n. 31. ad fin.



*Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis.*  
 Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis causa, & intuitu ab Ecclesia introductum est, & quid illud sit art. 17. num. 1.

Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis Pontificio jure antiquo ad quartum usque gradum extendebatur, & etiam ex sponsalibus irritis oriebatur. Sed Concil. Tridentin. decreto non habet locum nisi cum sponsalia valida sunt, & primum gradum non egreditur, nu. 2.

Impedimentum hoc oritur ex sponsalibus de presenti nulliter contractis, secundum Pontificium jus, & quod in sponsalibus de presenti à Concilio correctum non est, d. art. 17. n. 3.

Idem, & si irrita sint ob formæ defectum quia clandestinè contracta, num. sequenti.

*Incestus, & alia de litera I.*

Incestus non committitur nisi cum consanguineis, & affinibus carnalibus, aut spiritualibus art. 11. num. 8. in fin.

Incestus multis de causis detestabilis est, & utroque jure varijs pœnis punitur, d. art. 11. nu. 16.

An pœnis jure civili impositis incestus crimini, plectendus sit qui incestum committit, Pontificio jure ex spirituali cognatione inductum ibid. num. 17.

Inimicus testatoris eligi potest libera eligendi facultate à testatore data, art. 16. nu. 7. Limitatur quando post conditum testamentum suborta inimicitia est, ibid.

Injuria vera mortuis non inferitur sed ficta, art. 5. num. 12. in fin.

Judex de crimine inquirere non potest nisi præcedente diffamatione, aut partis querela aut denuntiatione, & aliàs manet processus nullus art. 2. num. 17.

Juramentum contra bonos mores naturales obligatorium non est, art. 2. nu. 7.

Juris præceptum, & vnum ex capitalibus est honestè vivere, & intelligitur de honestate secundum mores, quam quilibet in se servare debet, init. num. 4.

Ius Regium Lusitaniæ circa successionem filij naturalis in bonis patris, à comuni in multis deviat, art. 13. n. 33. & n. 37. & n. 39. & n. 46.

*Læsiō.*

**L**æsiō etiam si sit citra dimidiam justij pretij repugnat bono, & æquo, quo jus gentium consistit, init. nu. 10. in fin.

Læsiō citra dimidiam justij pretij in foro conscientie non permittitur, init. num. 12.

*Legatum.*

Legatum à testatore relictum ut pauperibus mulieribus distribuatur, aut pro virginibus maritandis, distribuendum inter illas potius debet quæ honestæ sunt, art. 16. num. 1.

Legatum monasterio simpliciter relictum cum

duo in civitate sunt, cui potius applicari debeat, ibid. num. 2. & sequenti.

In legato pro virginibus maritandis, inter honestas eæ præferri debent quarum honestas sub maiori discrimine est, ibid. nu. 3.

*Lenocinium.*

Lenocinij crimen detestabile est, & homicidio, atque etiam adulterio gravius art. 6. n. 22.

Lenocinij exceptione opposita per uxorem marito illam de adulterio accusatam, repellitur maritus ab accusatione, alius tamen utriusque acculat, d. nu. 22. versicul. Quod sic.

*Lex.*

Lex honesta esse debet, & de honestate morum intelligitur, init. nu. 5.

Lex humana interdum mala aliqua permittit ex causa, & etiam boni permissiva aliquando est, init. num. 8.

Lex humana permittit læsionem citra dimidiam justij pretij, init. n. 9. & n. 11. & 12. Non tamen obtinet in foro conscientie d. n. 12.

Lex permissiva mali, mala idcirco non est aut non justa, ibid.

Lege generali constitui non potest, ut mulieres judicandi munere fungi possint, art. 2. n. 5.

Lex loquens de vidua honesta non intelligitur de illa, quæ inhonesta vitæ conversatione utitur tamen si corpore non peccet, art. 5. nu. 4.

Idem, etsi lex simpliciter in vidua loquatur privilegij causa, ibid. n. 5. & n. 9. in fin. Declaratur nu. sequenti.

Leges pœnales de secundo nubentibus sublatae hodie sunt Pontificio jure; sed habent locum in vidua quæ stuprum committit, art. 5. n. 7.

Legis Regiæ Lusitaniæ pia institutio in executione ultimi supplicij laudatur, art. 6. nu. 25. versic. Denique.

Lex permittens occidere adulteros propria auctoritate, an justa sit, & valida, ibid. n. 26. & sequenti.

Leges de concubinarijs simpliciter loquentes, de publicis concubinarijs intelliguntur, art. n. 7.

Lex correctoria nec ex identitate rationis extenditur ad casum non expressum, art. 13. n. 30. versicul. Sed quia.

Lex filios naturales, & etiam ex servili consortio admittens ad successionem plebeij patris vna legitimis, nutritiva peccati non est, nec iniqua, art. 13. nu. 40. & nu. 42.

*Locator.*

Locans domum meretrici in lupanari sitam, aut extra illud, quam turpiter vivere non ignorat, an peccet, art. 9. n. 4. & duobus sequent.

Locator durante locationis tempore potest expellere mulierem inhonestè viventem in domo lacata, d. art. 9. nu. 8.

Et an in casu isto residui temporis pensio mulieri remittenda sit; & generaliter, an debeat remitti



remitti pensio inquilino expulso propter malum rei vltim; ibid vid. nu. 9.

In locacione domus communis quam vnus ex locijs locare vult, personæ honestæ, alter inhonestæ, præferendus est qui honestæ locare vult, præterquam si in lupanari constituta sit domus, art. 16. nu. 4.

*Luxuria.*

Luxuriola vita, indecens, & inhonestæ, etiam dici potest absque cõmixtione carnali art. 5. num. 5. in fin.

Luxuriosè vivere, & semel aut iterum in corpus peccare, differunt, art. 5. nu. 21.

Luxuriosè viventi mulieri datur curator d. nu. 21. in fin.

Luxuriosè vivens pater administrationem bonorum filij amittit, d. art. 5. nu. 22. in fin.

*Mayoratus.*

Mayoratus à successione repellitur quisquis qui à radice exciula seu infecta procedit, art. 16. nu. 12.

In maioratu naturales non succedunt quando expressè vocati non sunt, etiam si institutor illius nobilis non esset, sed inferioris ordinis d. art. 16. nu. 7.

*Maritus.*

Maritus cui lege competit facultas vxorem adulteram propria authoritate occidendi si ipse quoque adulterio innodatus sit, occidere vxorem adulteram non potest, art. 6. n. 23.

Maritus occidens vxorē, & adulteram cum illa, quanvis lege permittente faciat, lethaliter peccat. d. art. 6. n. 24. & seq. & n. 26. circa init.

Marito civilibus legibus nunquã data est potestas occidendi propria authoritate vxorem adulteram, patri vero data est hæc facultas in filiam sub sua potestate constitutam, & marito in adulterum in certis casibus; & cur sic, d. art. 6. nu. 28. & sequenti.

Maritus, vbi bona ex forma statuti inter conjuges communicantur, quæ ex illis alteri debent in partem suam debet imputare, vel remediante sua poterit vxorē revocare, art. 8. n. 16.

Maritus in partem suam imputat quæ de bonis communibus in malos usus consumpsit, & pecuniariam condemnationem delicti ab eo commissi d. art. 8. n. 17.

Maritus qui in furore est, mortuus æquiparatur, art. 9. nu. 11. versic. Sed dubitatur.

Maritum inutilem habens fruitur privilegio viduarum, ibid.

Mariti confessio circa res ab vxore acquisitas, quod de bonis suis acquisita non sint, nõ probat, art. 15. n. 4. & 5.

*Mater.*

Mater propter debitum contractum ex causa tutelæ filij non est in carcerem detrudenda quanvis privilegij omnibus, & huic expressè

renuntiaverit, art. 3. n. 5. & 6.

Mater propter impudicitiam amittit filiorum tutelam, sicut quæ ad secundas nuptias convolavit, art. 5. n. 19. Declaratur nu. 21.

Mater secundas iniecit nuptias ante pettum filij tutorem non succedit illis in pupillari ætate defunctis, ibid. nu. 20.

Contrarium in illa quæ luxuriosam vitam agere instituit tutore filijs non petito, ibid.

Mater propter luxuriosam vitam filiorum tutelam ipso iure amittitur non ex cõtracto iudicis decreto, d. art. 5. nu. 22.

Item illa quæ secundas cõtrahit nuptias, ibid. versic. In contrarium.

Mater quæ filiorum tutelam amisit propter secundas, nuptias, an iterum facta vidua illam recuperet art. 5. n. 23. & 24.

Mater habens secundum virum tunc facta redditur filijs prioris matrimonij, d. n. 24.

Mater quæ filiorum tutelam amisit propter luxuriosam vitam, quanvis postea resipiscat, illam non recuperat, d. art. 5. nu. 25.

Mater quæ est meretrix filiam meretricij causa exheredare nequit, art. 7. n. 11. Limitatur in matre quæ conditi testamenti tempore emendata est, ibid. versic. Quod tamen. Sublimitatur ibid. versic. Ego ilis.

Mater melioris conditionis est ad naturalis filij successione, quam pater; & in tutela filij naturalis præfertur patri, art. 13. n. 55. Et quid de jure Regio Lusitanæ, vid. in n. sequenti.

*Matrimonium.*

Matrimonium permissivum iuris est in statu generis humani multiplicatis; & differentia circa hoc inter primum, & secundum art. 6. n. 7.

Matrimonium clandestinè contractum, nec in vim sponsalium valet, art. 17. nu. 3.

*Meretrix.*

Meretrices infames sunt; & vt tales regulariter in omni casu à testificatio repelluntur, art. 4. nu. 4.

Et quanvis meretricari desinat eadem infamiam notatam habet, ibid. nu. 9.

Meretrix olim, & si postea honestè vivat, honestarum mulierum privilegio non gaudet, d. art. 4. nu. 9. versic. Tertius casus.

Meretrix quæ meretricij causa recipitur turpiter non recipit, art. 8. n. 19. versic. Quod tamen.

Meretrix quæ dicatur, art. 9. n. 1. Et vnde dicatur, ibid. in n. sequenti.

Meretrices, & lupanaria in civitate permittuntur ad evitanda maiora mala; & unde lupanaria dicta sint, d. art. 9. nu. 3.

Meretrici domus locatis, quam in illa turpiter vivere non ignorat, an peccet, d. art. 9. n. 4. & 5.

Meretrix è vicinia expelli potest. Item, & mulier quæ in honestè vivit cum aliquo, ibid. num. 6. & 7.



Et etiam in domo propria inhonestè vivens expelli potest, ibid. num. 10.  
 Meretrices propter civile debitum in carcerem detrudi possunt, art. 9. num. 12.  
 Meretrices infames sunt, & personæ turpes, & an in testes adhiberi possint in causa criminali, ibid. nu. 13.  
 Meretricem si aliquis instituat sibi hæredem omissio fratre, aut sorore, inofficiosi testamenti querelæ locus est, ibid.  
 Meretrici an sit dandus curator, remissivè ibid. in versic. Et an meretrici.  
 Meretrices testamenti factionem habent activam, & passivam, d. art. 9. nu. 14.  
 Meretrices cogi non possunt portare certum habitum, aut signum, ibid. nu. 15.  
 Meretrix, etiam quæ in lupanario publico residet, ad coitum invita compelli non potest, & vim illi inferens iudicis arbitrio punitur, d. art. 9. num. 16.  
 Et quid de jure Regio Lusitano, ibid. num. 17. & sequenti.  
*Miles, & alia de litera M.*  
 Milites concubinæ suis donare non possunt, nec in testamento relinquere, & donata ipsi repetunt, in testamento verò relicta auferit fiscus, art. 8. nu. 23. Limitatur in donatione remuneratoria, ibid. n. 24. versic. Limitant.  
 Ministros publicos cognoscetes carnaliter mulieres coram illis muneris sui causa comparètes leges puniunt, art. 12. nu. 1.  
 Etiam si mulier sponte se offerat, ibid. nu. 3.  
 Et quavis inhonesta sit quæ alijs præbere se contueverit, nu. 4.  
 Monachus habetur pro mortuo artic. 10. num. 7.  
 Monialibus competit fori privilegium, quod cõpetit honestis virginibus in sæculo viventibus etiam si monasterium dives sit, art. 4. num. 10. Limitatur, secundum jus Regium Lusitanum in monasterio jurisdictionem habente, ibid.  
 Mores boni, meliores sunt quam nobilitas, art. 4. nu. 4. in princ.  
 Mores naturales per lapsum triennij præsumuntur mutati, artic. 4. num. 9. versic. Secundus casus, art. 5. nu. 10. versicul. Mutatam.  
*Mulier.*  
 Mulierum choreæ, & tripudia ex se licita sunt, & honesta aliquando tamen in honestè aguntur, artic. 1. numer. 2. versic. Pro resolutione.  
 Mulier iudex esse non potest, nec arbitrix, etiam si in illam compromittatur, & tolceperit arbitrium, art. 2. nu. 1.  
 Mulier quæ est regina, aut quæ in comitatu suo superiorem non recognoscit, iudicandi munus in subditos per se exercere potest, d. artic.

2. nu. 8. & 9.  
 Quæ verò in comitatu suo superiorem recognoscit, potest inter subditos jurisdictionem per se exercere, vbi de hoc consuetudo extiterit, ibid. numer. 9. versicul. Secundus casus.  
 Mulier quavis non possit esse arbitrix potest esse arbitratrix, d. art. 2. nu. 11.  
 Mulier prohibetur, in iudicio pro alijs postulare quavis honesta ipsa sit, ibid. numer. 12. In camera verò consulere, non prohibetur, numer. 14.  
 Mulier pro alijs procuratrix ad iudicia esse nequit, præterquam in aliquibus casibus qui remissivè traduntur, ibid. nu. 13.  
 Mulier testimonij ferendi causa ad iudicem ire cogenda non est, propter honestatem, d. art. 2. nu. 15. Limitatur ibid.  
 Mulier regulariter non admittitur ad publicum muneris accusationem quod propriam ipsius aut suorum injuriam secum non trahit, d. art. num. 16.  
 Item, non admittitur ad denunciandum crimen quod accusare nequit, ibid. nu. 17.  
 Mulier in causis criminalibus quas prosequi potest, per procuratorem admittitur, ibid. num. 18.  
 Mulier privilegio honestatis in publicum carcerem non est detrudenda, etiam si detur carcer à virorum carceribus segregatus, nec si ex publica causa sit obligata, artic. 3. numer. 1.  
 Quod est honestatis privilegium, & in muliere honesta duntaxat intelligitur, ibid. num. 2. versic. Constat enim, Limitatur in conjugata, d. n. 2.  
 Mulier nec pro fiscali debito ex causa civili descendente in carcerem detrudenda est, & quavis fisci debitori successisset, qui pro debito eodem capi poterat, ibid. nu. 3.  
 Mulier, attento communi Authentic. jure nec pro delicto in publicum carcerem mittitur, quod jus consuetudine, & patrijs legibus abrogatum est, d. nu. 3. & seq.  
 Mulier privilegio ne in carcerem detrudatur pro civili debito renuntiare nequit, d. artic. 3. num. 7.  
 Mulier es adhibitæ ad testificandum de virginitate, honestæ esse debent, aliàs non admittuntur quavis peritæ sint, & genere nobiles art. 4. num. 4.  
 Mulier stuprata non nupta, honestè vivens gaudet privilegio fori honestis viduis indulto, art. 4. nu. 6. & n. 8. versic. Postquam ergo, Declaratur nu. sequenti.  
 Mulier dicitur à mollicie; & in stricta significatione de corrupta accipitur, propriè tamen, etiam de virgine, ibid.



Mulier obligans secum marito, & promittens respondere coram certo iudice, vidua deinde facta privilegio fori viduis competente vti poterit, art. 4. n. 12.

Mulieres extra fœdus matrimoniale coeuntes, in triplici sunt differentia, artic. 8. numer. 8.

Mulier in honestè vivens è vicinia ejici potest, non tamen in lupanario vivere cogenda erit si merito vltu non vivit, art. 9. nu. 7.

Et juxta sacras ædes habitare in honestas mulieres, non est permittendum, d. numer. 7. prope fin.

Et etiam in honestè vivens in domo propria, expelli potest, d. art. 9. n. 10.

Mulier conjugata, propter in honestum vivendi vltum quando è vicinia expelli possit, ibid. num. 11.

Et quando propter civile debitum in publicum carcerem mitti possit, ibid. nu. seq.

Mulierem sollicitans ad rem veneream in penitentiario foro, Inquisitorum Apostolicorum foro subicitur. Idem, si ante, vel statim post sollicitet, art. 11. n. 19.

Mulieres in templo ex more antiquo segregantur à viris, art. 14. nu. 11.

#### Naturalis filius.

**N**aturales filij dicuntur qui ex concubinato suscipiuntur, ad quod plura requiruntur, secundum jus civile; sed secundum Pontificium, omnes qui nascuntur ex ijs inter quos matrimonium consistere potest, naturales censentur, art. 8. num. 2. versic. Quavis.

Naturalis filius transversalibus ex parte patris abintestatò non succedit, nec illi illis, art. 13. num. 17.

Naturalis filius matris illustris succedit illi pariter cum legitimis, d. art. 13. nu. 25.

Naturalis filij appellatione quis intelligatur, vt matri illustri succedat pariter cum legitimis, ibid. n. 26. & duob. sequentib.

Naturalis filius patris plebeij succedit illi vnà cum legitimis, jure, Regio Lusitano; si verò pater nobilis esset filius naturalis non succedit illi d. art. 13. nu. 30.

Naturales filij quando, & qualiter patribus succedant secundum jus commune, d. art. 13. nu. 33. Et quid de jure Regio Lusitanæ, ibid. nu. 34.

Naturalibus liberis pater qui est nobilis, & legitimam habet iobolem non potest relinquere partem quæ est extra liberorum legitimam, secundum jus Regium d. art. 13. nu. 47. & 48.

Naturales liberos præsumitur pater ita diligere, vt legitimos, ibid.

Naturales filij patris plebeij si prætereantur, testamentum rumpere non possunt, nec annullare, sed debitam sibi portionem ex bonis paternis vendicat, art. 13. n. 49.

Naturales liberi qui non habent vnde alantur, de bonis paternis, & etiam contra testamentariam patris dispositionem ali debent, ibid. num. 50.

Naturali filio pater eatenus succedit, quatenus ille patri, quanvis pater legitima iobole non careat tempore, quo naturalis sine illa moritur, d. art. 13. nu. 51. 52. & 53.

Naturales non succedunt abintestatò consanguineis ex parte patris, nec illi illis, sed cum collateralibus maternis datur reciproca successio, art. 13. nu. 57.

Naturales fratres æqualiter succedunt abintestatò prædefuncto fratri, quanvis vnus vtrinque illi conjunctus sit, alter veterinus tantum, ibid. nu. sequenti.

Naturales plebeio patre nati qui patri succedunt, secundum jus Regium, collateralibus paternis non succedunt, nec è contra, d. art. 13. nu. 59.

Idem in susceptis ex ancilla, ibid. numer. sequenti.

Naturalis filius patri abintestatò mortuo succedit in emphyteusi paterna si legitima proles non extat, ex jure Regio Lusitano, art. 16. num. 10.

Et an in ecclesiastica emphyteusi locum hoc habeat, vid. in nu. sequenti.

Naturalis filius quando substitutum excludat artic. 16. numer. 16. & numer. 18. versic. Nec obstat.

Naturalis filius non succedit in maioratu quanvis institutor illius nobilis non esset, nec in dignitate positus, ibid. nu. 17.

Naturales filij non comprehenduntur appellatione filiorum, vbi de commodo, & honore filiorum agitur, d. nu. 17.

Naturales an ad dignitates evehì possint, d. art. 16. num. 20.

Et an ad doctoratus, magisterijvè gradum evehì possint naturales, & spurij ibidem numer. 21. & sequentib. Affirmativè resolvitur nu. 23.

#### Nepos.

Nepos spurius à paternis avis institui in testamento potest tanquam extraneus quilibet, quanvis ex damnato coitu susceptus sit, art. 13. nu. 22.

Nepos legitimus ex filio spurio paternis avis abintestatò succedere nequit, d. art. 13. numer. 23.

Nepos legitimus ex filio spurio ab avis paternis institui in testamento potest tribus concurrentibus



rentibus ibid. nu. 24.  
**Nepos legitimus ex filio spurio** ab avo institutus, in dubio in eius nepotis contemplatione institutus cenletur, & quicquid ab avo capit, adventitium reputatur nec patri usufructus quaeritur, d. n. 24. versic. Secundum.  
**Nepos legitimus ex spurio incestu** ab avo paterno institui non potest, ibid. versic. Tertium.  
**Nepos naturalis aut spurius ex spurio filio** susceptus ab avo paterno institui potest quibus casibus nepos legitimus ex spurio potest, d. nu. 24. in fin.  
**Nepos naturalis, aut legitimus ex naturali filio** susceptus, an, & quando avo paterno ab intestato succedat art. 13. n. 43.  
**Nepotes comprehenduntur** dispositione legis de filiis loquentis, art. 13. nu. 48. versic. Et non obstat.  
**Nepos legitimè natus ex filio naturali, & etiam ex spurio** succedit avo in emphyteusi ecclesiastica art. 16. nu. 13.  
**Et etiam in privata emphyteusi** succedit avo mortuo ab intestato, patre suo naturali ipsius avi filio excluso, stante jure Regio Lusitano, d. art. 16. nu. 14.

*Nobilis, & Nobilitas.*

**Nobilium personarum crimina,** deteriora reputantur, & per contrarium, earum virtus praestantius elucet, art. 13. nu. 1.  
**Nobilium appellatione** qui comprehendantur, d. art. 13. nu. 2. in fin.  
**Nobilitas qualis requiratur in patre,** ut filius naturalis illi non succedat ex jure Regio Lusitano, art. 13. nu. 32.  
**Nobilis non praesumitur quisquis,** sed plebeius quoad contrarium non edocetur, d. num. 32. ad fin.  
**Nobilitas patris in filios legitimos derivatur,** sed non in naturales, seu bastardos d. art. 13. numer. 43.

*Nuptiae.*

**Nuptiae dicuntur castae, & castus cum propria** vxore concubitus, art. 6. n. 1.  
**Nuptijs secundis** marito praedefuncto, & filiis superstitibus injuria irrogatur, art. 6. n. 3.  
**Nuptiae secundae etiam dicuntur castae,** d. art. 6. nu. 6. Non tamen ita ut primae ibid.  
**Nuptiae secundae pertinent ad legem boni** permissivam, d. nu. 6. versic. Quod verò.  
**Et quomodo primae permissivi item juris** dicantur, ibid. nu. 7.

*Præsumptio.*

**P**raesumptionis juris, & de jure definitio, art. 8. nu. 13. Contra eam probatio non admittitur, nisi per partis confessionem in

judicio factam, ibid.

**Præsumitur vnusquisque plebeius,** quoad contrarium non probatur, art. 13. n. 32. ad fin.  
**Præsumitur filius potius ex marito susceptus,** quam ex adulterio, & si mater contrarium asseveret, nec filius illi credere tenetur, art. 15. nu. 1.  
**Præsumitur actus potius loco, & tempore licito** gestus, quam illicito, ibid. n. sequenti.  
**Præsumitur, quaesita per vxorem,** de viri bonis acquisivisse, d. art. 15. nu. 3. Et quid, marito contrarium asseverante, ibid. nu. sequenti. Fallit in muliere negotiatrice, ibid. n. 5.  
**Præsumptio legis dicitur liquidissima probatio,** vera, & propria, & probationis onus transfert in adversarium, d. art. 15. n. 10.  
**Præsumptio hominis probationem sola non efficit,** sed conjecturam ad iudicis arbitrium, ibid. nu. 11. in fin.  
**Præsumitur pro honestate mulieris** tam in hominis, quam in legis dispositione de muliere honesta loquentis, d. art. 15. n. 12.  
**Præsumptio legis alleganda temper est,** ut locum habeat, & sufficit, illam etiam post conclusionem in causa allegari, ibid. n. 13.

*Presbyter. & alia de litera P.*

**Presbyterorum filij cum patribus suis habitare** non possunt, art. 11. n. 24.  
**Ali tamen debent à patribus, & etiam de redditibus praebendarum,** si aliunde non sit unde alantur, ibid. num. 25.  
**Presbyterorum filij etiam ex soluta simplici suscepti,** ex damnabili, & punibili coitu dicuntur suscepti; & idcirco matribus non succedunt, ibid. nu. 26.  
**Princeps generalem legem condere nequit,** quia statuat, mulieres in iudices eligi posse: potest verò certae alicui mulieri privilegium illud ex causa elargiri, art. 2. n. 5. & 6.  
**Privilegium datum alicui, & descendentes** suis masculis, ac faeminis, etiam filiabus viduis competit, art. 5. nu. 1.  
**Privilegium honestatis causa concessum renuntiare nequit,** art. 14. n. 6.  
**Prohibitus postulare in iudicio,** non cenletur prohibitus in camera consulere, nisi quando prohibitionis ratio hunc etiam casum comprehendit, art. 2. n. 14.  
**Pupillus aut pupilla non dicitur qui quæve patrem** habet, quavis intra pupillarem aetatem exiit, art. 4. nu. 8.  
**Pupilli qui filios genuerunt,** art. 14. n. 8.

*Sacrilegium.*

**S**acrilegium committitur quolibet coitu clericus sacris initiatus, art. 11. n. 10.

Sacrile-



Sacrilegij crimen est mixti fori, & præventioni locus est in illo, d. art. 11. n. 15.

*Spurius, & Successio.*

Spurius quis sit, & vnde dicatur, artic. 11. numer. 23.

Spurius maternæ successiois capax quando ex non punibili coitu susceptus fuit, aliàs secus, art. 13. nu. 4.

Et quando ex non punibili coitu susceptus est succedit matri vnà cum legitimis, & præteritis, aut sinè causa exhæredatus matris testamentum rumpit, ibid. versic. Et adeò. Limitatur in spurio matris illustris cui legitima soboles extat d. art. 13. nu. 5.

Et quid si legitima soboles matris illustris illi hæres non existat, an spurius succedat, ibid. num. 6.

Spurius viduæ quæ origine sua plebeia conditionis erat, & illustris facta est ex persona mariti ex quo legitimos filios suscepit, matri cum illis non succedit, d. art. 13. n. 7.

Idem, si ex priore matrimonio cum plebeio contracto legitimam prolem reliquisset illustris postea facta secundis nuptijs, ibid. numer. 9.

Contrarium in spurio suscepto ante matrimonium cum matre contractum, vnde illa postea illustris facta est, ibid. n. 8.

Spurius matris illustris filius maternis avis non succedit extate sobole legitima prædefunctæ matris, d. art. 13. nu. 10.

Succedit verò maternis avis cum eorundem filijs legitimis, aut nepotibus ex filio, aliavè filia procreatis si mater ejusdem abique legitimis liberis decessisset, ibid. n. 11.

Idem, quanvis mater cum liberis legitimis decessisset, qui tempore delatæ successiois avitæ non extabant, ibid. nu. 13.

Et an spurius cujus mater illustris est plebeis avis ex latere materno succedat, ibid. num. 14.

Spurius transverfalibus ex latere paterno abintestatò non succedit, nec illi spurio art. 13. nu. 17.

Spurius transverfalibus ex latere materno succedit abintestatò, & illi spurio, d. n. 17. versic. Per contrarium.

Et quid, si ex punibili coitu susceptus fuisset, nu. 18. & duob. sequentib.

Spurius etiam dicitur, qui ex nefario, incestuoso, & punibili alio coitu oritur, d. art. 13. nu. 19. versic. Et fanè.

Spurius qui matri succedere nequit quia illustris erat, & legitimam sobolem reliquit, maternis collateralibus abintestatò succedit, & illi similiter spurio d. artic. 13. numer. 20.

Spurius à collateralibus ex parte patris capere potest ex testamento, & per actum inter vivos, ibid. nu. 21.

Spurius non succedit in emphyteusi paterna patre abintestatò mortuo, nisi si à Principe legitimatus ut abintestatò succedere possit patri, art. 16. nu. 10. versic. In spurio.

Spurius ad doctoratus, & magisterij gradum promoveri potest, art. 16. nu. 23.

Successiois intestatæ jus, mutuum, & reciprocum est, art. 13. nu. 15.

*T.*

**T** Alionis pæna per consuetudinem abrogata est hodie, art. 2. nu. 18.

Tormentis ad indagandam veritatem iudices uti non debent nisi in subsidium quando alijs probationibus delictum non probatur, & contra reum indicia vrgent, articul. 15. num. 11.

Tutela filiorum non est decernenda mulieri in honestæ conversationis, & si corpore casta sit, art. 5. nu. 27.

Tutela non dum obtenta facilius denegatur, quàm amittatur jam obtenta ibid.

Tutelam quando mulier amittat propter impudicitiam, aut secundas nuptias, vid. in verb. *Mater propter impudicitiam*, & in sequentib.

Tutor pupillam suam carnaliter cognoscens de portationis pæna punitur cum publicatione bonorum, art. 12. n. 5.

*Vidua.*

**V** Iduæ, & si divites sint, privilegio fori uti possunt, art. 4. n. 10.

Vidua vna ab alia conventa coram iudice domicilij sui, potest privilegio fori utens, proprii domicilij iudicem declinare, & curiæ præsidem eligere, & art. 4. nu. 11.

Vidua privilegio eligendi iudicem, quod miserationis causa concessum est, renuntiare nequit; si verò contentiat in iudicem coram quo convenitur, alium deinde in eadem causa eligere nequit, d. art. 4. nu. 12.

Viduæ competunt privilegia nobilitatis ex persona mariti defuncti, sed non illa quæ marito competeant ratione officij, & dignitatis illi annexæ, art. 5. nu. 2.

Et etiam invito marito nobilitatis privilegia ex persona illius illi competunt, ibid. num. 14.

Vidua quæ honestè non vivit, privilegij viduitatis non fruitur, tam quæ aliàs competunt ex persona mariti quàm quæ ex viduitate ipsa, d. art. 5. n. 3. & 4.

Idem, si in honesta vitæ conversatione utatur, quanvis sinè stupro, art. 5. n. 8.



Vidua testatoris stuprans amittit relicta sibi sibi ab illo, art. 5. nu. 6. & nu. 15. versic. Militat verò.

Vidua committens stuprum perdit relicta sibi in testamento mariti, num. 6. & num. 9. Et ad quem pertineant, vid. d. nu. 9.

Vidua quæ aliquando in honestè vixit, honestè postea vivens legis beneficio de honestis viduis loquentis fruitur, d. art. 5. nu. 10.

Vidua unico stupro amittit privilegia nobilitatis quæ illi competunt ex persona mariti; & quanvis postea castè, & honestè vivat, non recuperat illa, ibid. nu. 11.

Et an propter stuprum donata à marito amittat, & lucra alia intuitu mariti constante matrimonio acquisita, d. art. 5. nu. 12.

Vidua propter stuprum dotem non amittit, d. num. 12.

Nec amittit lucra ex dotalibus pactis, aut ex legali bonorum communicatione illi obvenientia ibid. num. 13.

Vidua donec nubit, in priore matrimonio per fictionem permanere dicitur, d. art. 5. num. 12. versicul. Quinimò.

Vidua propter stuprum non amittit donata illi à marito prædefuncto; amittit verò in testamento relicta, etiam post annum luctus commissò stupro, ibid. n. 15.

Si verò ex matrimonio illo liberos habeat, proprietates bonorum quæ à marito accepit, ad illos pertinet, ibid. n. 16.

Vidua succedens vni ex liberis in bonis illi à patre eorum relicta, & luxuriosè vivens sive post, sive ante successorem, tenetur proprietatem illorum bonorum alijs liberis ejusdem tori reservare instar secundò nubentis, d. art. 5. num. 17.

Vidua filiofam tutelam amittit propter luxuriosam vitam, & alia in propositum vide in verb. *Mater propter impudicitiam*, & in sequentibus.

Vidua relicta donec castè, & honestè vixerit, transeunte illa de secundas nuptias, an, & quando debeatur, artic. 6. numer. 2. & sequentibus.

Vidua relicta purè non deficit illa ad secundas nuptias etiam intra lugubre tempus festinante, d. art. 6. nu. 5.

Vidua, illa etiam dicitur quæ habet virum inutilem, & talis fruitur privilegio viduarum, art. 9. nu. 11. versic. Sed dubitari.

Vidua cui alimenta debentur ex mariti bonis, non tenetur habitare cum hæredibus illius quando habitare honestè cum illis non possit, art. 14. nu. 1. & n. 3. & 4.

Vidua quando alimenta debeantur de bonis mariti ex legis dispositione, dict. artic. 14. numer. 2.

Vidua honestatis causa onere hospitij exempta est, & qualiter id intelligatur, d. art. 14. nu. 5. & 6. & nu. 7. sequenti.

Vidua præsumitur acquisivisse de bonis defuncti mariti, quæ intra annum luctus acquisivit, art. 15. nu. 6.

Viduitatis laudes remissive articul. 5. numer. 1.

Vigiliæ sanctorum vnde dicantur, & de subrogatione juniorum loco earum, art. 14. num. 9.

*VIRGO MARIA.*

Virgo Maria pulcherrima omnium mulierum fuit, & honestatis, castitatis, & virginitatis singularibus prærogativis inter omnes excellit, art. 18. nu. 1.

Virginis beatissimæ singularis honestas ad honestatem excitabat intuentes in eam, & à verbo iniquo mendaces etiam linguas cohibebat, ibid. nu. 2. & 3.

Castra semper absque vilo vnquam concupiscentiæ motu; & super omnem humanam creaturam castitatem dilexit, ibidem num. 4.

Virgo semper, Virgo virginum, prima in orbe terrarum virgo ex voto facta, Deo, & aliæ virginitatis ejusdem prærogativæ, d. art. 18. à num. 5.

*Virgines.*

Virginis in cælo portant laureolam, quæ alio nomine, aureola nuncupatur; & est corona splendoris ad accidentale præmium pertinet, art. 4. nu. 1.

Virginibus illis laureola debetur, quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuo servandi, sive voto sive absque illo, & tales sequuntur Agnum quocunque jert, ibid.

Virginis testimonio magis creditur, quam testimonio viduæ, vel aliarum mulierum, ibid. num. 3.

Virgines privilegio fori gaudent, quod viduis competit, dict. artic. 4. numer. 5. Et hoc si pupillarem jam excesserint ætatem, ibidem, numer. 8. versicul. Qua interpretatione.

Virgines fæminis alijs loco, & incessu præcedunt, d. art. 4. num. 13.

Virgines humiles esse decet, art. 18. nu. 7.

Virginitatis prærogativæ, & laudes, art. 4. nu. 1. & 2. & nu. 13.

*Vxor.*

Vxor propter adulterium dotem amittit, & alia de vxore adultera vide in verb. *Adulterium.*



## R E R V M.

Vxor propter oscula, & impudicos alios tactus dotem non perdit, nec alimenta, art. 6. numer. 12.

Et an divortio locus sit illam ob causam, ibid. & nu. sequenti.

Vxor virum adulterum convenire civiliter potest ad tori separationem, lucrandaque donationem propter nuptias, ibid. nu. 14.

Vxor non potest maritum criminaliter accusare de adulterio, d. art. 6. n. 18.

Vxor maritum illam de adulterio criminaliter accusantem repellere potest opposita exceptione adulterij ab illo commissi, communi jure attentio, ibid. nu. 19. & 20.

Et quid de jure Regio Lusitano, & Hispano, d. n. 19. ad fin. & n. 21.

Vxor rem à marito concubinæ illius donatam, vel in eam quoquo titulo translata in soli-

dum sibi repetere potest cum libera ejusdem rei administratione, & stare in judicio pro repetitione illius absque mariti licentia potest de jure Regio Lusitano, artic. 8. numer. 11.

Limitatur si agat post mariti mortem alij nupta ibid. nu. 12.

Nec pretium refundit quanvis à marito concubinæ venditam rem fuisse, dicatur; nec concubina admittitur ad probandum rem sibi venditam fuisse pretio dato, nisi per ipsius vxoris confessionem in judicio factam, ibid. num. 13. Et alia in propositum ad jus Regium vid. ibid. in numer. sequentibus. usque ad 22.

Vxori relictum censetur ademptum contraria mariti voluntate, propter adulterium ab illa commissum, art. 10. nu. 10.


## F I N I S.


























EGIDIO  
DE  
SACROS  
ECCLES